J. F. SCHÜTTE S. J.

MONUMENTA
JAPONIAE
I
CATALOGI
1549-1654

1975

MONUMENTA HISTORICA SOCIETATIS IESU
A PATRIBUS EIUSDEM SOCIETATIS EDITA

VOLUMEN 111

MONUMENTA MISSIONUM SOCIETATIS IESU

VOL. XXXIV

MISSIONES ORIENTALES

MONUMENTA HISTORICA JAPONIAE I

Textus Catalogorum Japoniae

1553-1654

ROMAE
APUD « MONUMENTA HISTORICA SOC. IESU »
Via dei Penitenzieri, 20
1975



Effigies S. Ignatii de Loyola, Societatis Jesu Fundatoris. — Inscriptio: IGNAT. SOCIET. IESV FUNDAT. (Nota: deesse titulum Beati vel Sancti!). Effigies haec, manu sculpta e materia conchae margaretiferae (Perlmutter, Madreperla), 5 cm. per diametrum extenditur. Quam auctor die 28. Juni 1956 a Yamashita Magotarō, octuagenario, a familia antiquorum Christianorum Japonensium descendente, in Sakitsu, Shimo-Amakusa, dono accepit. Imago haec nescio num forsitan e Seminario Pictorum et Incisorum Soc. Jesu, quod a Sakitsu non adeo distabat, prodierit.

MONUMENTA HISTORICA JAPONIAE I

TEXTUS CATALOGORUM JAPONIAE

ALIAEQUE DE PERSONIS DOMIBUSQUE S. J. IN JAPONIA
INFORMATIONES ET RELATIONES
1549 - 1654

EDITIONEM CRITICAM, INTRODUCTIONES AD SINGULA DOCUMENTA,
COMMENTARIOS HISTORICOS
PROPOSUIT

JOSEF FRANZ SCHÜTTE S. J.



ROMAE
APUD « MONUMENTA HISTORICA SOC. IESU »
Via dei Penitenzieri, 20
1975



IMPRIMI POTEST

Romae, die 18. Januarii 1974 ANDREAS SNOECK S. I.
Delegatus Generalis

IMPRIMATUR

Romae, die 19 Februarii 1974 ✠ ALOYSIUS ROVIGATTI, *Vicesgerens*

TYPIS PONTIFICIAE UNIVERSITATIS GREGORIANAE — ROMAE

BEATISSIMAE VIRGINI

MATRI DEI MARIAE

SOCIETATIS JESU

MATRI ET REGINAE

HUMILI PRECE

DICATUM

PROLOGUS

Edito nuper volumine *Introductio ad Historiam Societatis Jesu in Japonia 1549-1650,* quod apud *Institutum Historicum Soc. Jesu Romae* anno 1968 prodiit: quod ' Prooemium ad Catalogos Japoniae edendos, ad edenda Societatis Jesu Monumenta Historica Japoniae Propylaeum ' diximus: en *Textūs Catalogorum* undequaque multorum annorum labore conquisitos et exactissimo examini etiam atque etiam subjectos, ea lingua ac formā, qua exstant, proponimus.

Volumen hoc Textuum Catalogorum Japoniae *totum tempus* comprehendit, quod a fundata Japoniae Ecclesia pariter et Societate usque ad Ordinis in Japonia exstinctionem per unum fere saeculum decurrit: a Xaverii adventu (15. Augusti 1549) usque ad Catalogos anni 1654. *Catalogorum voce* imprimis ea omnia documenta intelliguntur, quibus ad usum Ordinis personae ac domus Societatis, plerumque certo ordine ac methodo, recensentur: Catalogi proprie dicti. Saepius autem personarum elenchi, praesertim ubi de exiguo sociorum numero agitur, omissa Catalogorum proprie dictorum methodo, in forma epistolae proponuntur, vel in epistolis, ut pars earum, includuntur. Ejusmodi epistolae eo pretiosiores sunt, quando Catalogi proprie dicti per longius tempus desiderantur. Defectum Catalogorum aliquando etiam aliis elenchis supplemus, quibus certus aliquis numerus sociorum recensentur: ut puta ii, qui ad Congregationes Provinciales aliasque Consultationes convenere; vel ii, qui simul alicui documento subscribunt; vel quorum, aliquando, vel salutandi causa, vel ob quaedam negotia tractanda, epistolarum auctores nominatim meminerunt. E quorum genere est epistola pulcherrima a Fratre Ambrosio Fernández, futuro martyre, e carcere ad P. Alphonsum de Lucena Macaum missa (Doc. 61), et epistola P. Michaelis Minoes, Matrito ad Secretarium S. J. P. Franciscum Piccolomini data (Doc. 84).

Praeter Catalogos ceterosque Elenchos, alia quaedam documenta volumini nostro inserenda censuimus, quibus status Provinciae Japonicae, ejusdemque personae, domus, redditus, expensae non minime illustrantur: quorum descriptione res japonicae vel modo, ut ita dicam, « statico » pro certo aliquo ac determinato tempore tractantur; vel modo « dynamico » de earum progressu agitur: ubi utilissimae informationes de personarum in Japoniam

ingressu, mutatione de loco in locum, reditu ad portum Macaensem, de Superiorum nominatione, de sociorum votis, obitu, aliaque multa leguntur; simulque de Domorum fundatione, translatione, eversione plura continentur. Exempla descriptionis « staticae » et in 21 Capitulis 12 Patrum in Japonia, die 7. Martii 1623 signatis (Doc. 77) et in Informatione pro Provincia Japonica P. Antonii Francisci Cardim, die 24. Maji 1646 Romae ad finem perducta (Doc. 89) habes. « Dynamicae » seu historicae descriptionis exempla tum in Adnotationibus P. Gabrielis de Matos invenis: quibus plurimos eventus, quibus ipse interfuit vel quorum ipse meminit, ordine annorum, quos in Japonia transegit, redactos, proponit (Doc. 31); tum in « Punctis » (Pontos), quae e propria memoria P. Franciscus Pírez depromit: quae pro cognoscendis rebus Japoniae, dum auctor in illis Insulis versatur, magni pretii sunt (Doc. 31 A).

Historiam Catalogorum Japoniae — nam Historiam *generalem*, brevem quidem et concisam, Catalogorum in Societate Jesu, usque ad annum fere 1650, quam composuimus, edere nondum potuimus — Japoniae, inquam, Catalogorum Historiam modo « organico » in volumine nostro *Introductio*, in Parte Prima, nuper dedimus. Qua etiam, Catalogorum veluti speculo usi, Historiam Societatis Jesu in Japonia adumbravimus, simulque eventus politicos, majoris saltem momenti, Japoniae a medio saeculo XVI. usque ad medium saeculum XVII. indicavimus. Singulorum autem Catalogorum (ceterorumque Documentorum) genesim et interpretationem, prout textus ferebant, modo potius analytico unicuique Documento in praesenti volumine praemisimus.

Archiva etiam, cum brevi eorum historia, et volumina manuscripta, e quibus Textūs hic editi proveniunt, in opere nostro *Introductio,* in Tertia Parte, accurate describuntur. Quae propterea in praesenti volumine brevi ac necessaria indicatione absolvuntur.

Quod autem personas et domos S. J., de quibus in documentis hic propositis agitur, attinet: in Secunda Parte, Sectione 1ª, operis nostri *Introductio* de *numero* quidem sociorum in ipsa Japonia et in aliis Provinciae Japonicae regionibus commorantium diximus; in amplissimo ejusdem voluminis Indice etiam plurima 'data' biographica multorum sociorum jam collegimus; sed singulorum Patrum Fratrumque Vitas neque ibi praebuimus, neque in praesenti volumine, sensu aliquo pleniore, exhibemus. Nam etsi Catalogi Provinciae Japonicae pro componendis singulorum sociorum biographiis summi momenti sunt, pro exaranda vel brevi singulorum vita alia non pauca documenta consulenda sunt: ita pro scribenda vita sociorum Provinciae Japonicae, ex aliis Ordinis Provinciis advectorum, Catalogos Provinciarum originis adhibendos esse nemo non

videt; neque vero illos solos consuluisse sufficit; non pauca 'data' biographica ex epistolis aliisque documentis haurienda sunt. Unde fit, ut sociorum Provinciae Japonicae vitas, jamdudum a nobis compositas, in proprio volumine, cui *Biographiae* nomen erit, edere proponamus. Sed ad evitandos errores, qui e Catalogorum dumtaxat usu, neglectis interim aliis fontibus, facile oriri possent, in Indice hujus voluminis aliquos saltem majoris momenti eventus vitae sociorum, aliqua 'data biographica', ex opere nostro Biographiarum velut praelibantes *praemittimus,* ampliorem descriptionem ad praedictum opus remittentes. — Porro, de personis Provinciae Japonicae Catalogos Breves et Catalogos Primos, seu Informationum Communium, in hoc volumine transcribimus; ab editione autem Informationum Particularium, qui etiam Catalogi Secundi vocantur, e Superiorum placito ac jussu, abstinemus.

Singularum autem domorum S. J. in ipsa Japonia olim existentium historiam in eodem volumine nostro *Introductio,* Parte II[a], Sectione 2[a], jam praebuimus: quae Catalogis, Litteris Annuis, multisque aliis fontibus innititur.

De praeparando opere nostro historico (de origine et progressu Societatis Jesu in Japonia saeculis XVI. et XVII.) tot annorum decursu, in Prologo ad volumen nostrum *Introductio* satis diximus. Neque, post editum volumen illud, prosequendis investigationibus nobis supersedendum esse judicavimus. Quas quidem anno 1967 propter illius operis impressionem interrumpere debuimus. Sed anno 1968, mense Augusto, primum in Archivo, quod olim familiae Hohenems (Altemps), nunc Comitum Waldburg-Zeil, in Hohenems (inter Bregenz et Feldkirch, in Austria, Voralberg) exstat, scripta Alexandri Valignano, sed in vanum, quaesivimus: ille enim ante ingressum in Societatem Jesu Cardinalis Mark Sittich von Hohenems Auditor fuerat. Mense Septembri ejusdem anni per paucos dies iterum Florentiae investigationi historicae operam dantes, postea Matriti, Alcalá de Henares, Olyssipone, Muge (in Archivo-Bibliotheca Cadaval) manuscriptorum ad Japoniam spectantium studium prosecuti sumus. — Anno sequenti, a die 14 .Maji usque ad diem 8. Octobris, 1969, iter agentes, primum Romā Manilam nos contulimus, ubi in Manuscriptis et libris Archivi Provinciae S. Rosarii O. P. et Universitatis S. Thomae scrutandis, cum Patrum Dominicanorum humanissimo auxilio, per multos dies laboravimus; simulque Archivi Nationalis et Bibliothecae Nationalis opera et manuscripta de Japonia consultavimus. E Philippinis deinde (7 Junii 1969) ad Japoniae metropolim Tōkyō iter direximus: ac, per tres menses, jam tertio in insulis illis commorantes, multos scientiae historicae cultores convenimus; Musaea et Collectiones 'privatas' historicas visitavimus (quas inter Collectiones eam afferre liceat, quae

Namban-Bunka-Kan vocata in urbe Ōsaka-Nakatsu sedem habet: cujus fundator ac dominus Dr. Kitamura Yoshirō nos in thesauros historiae et artis a se congestos liberalissime introduxit); loca etiam propter eventus historicos in eis gestos celeberrima (ut Sekigahara) adivimus; ad parandam autem editionem *Memoriarum P. Alphonsi de Lucena*, Ōmurani Apostoli (quae nuper prodiit) regionem Ōmuranam perlustravimus ac finitimam regionem Takaku (Iwado, Hinoe-jō et Harajō, Kanayama, Shimabara) visitavimus.

Praeterea in urbe Tokio aliisque civitatibus libris quoque historicis, maxime de Japonia saeculis XVI. et XVII., cognoscendis et, ubi res ferebat, acquirendis operam dedimus, praesertim vero ad bibliopolas in Kanda, Jimbōchō (Tōkyō) saepe accedentes.

Denique in civitatibus Tōkyō (OAG, Kirishitan-Kenkyū-Kai), Nagoya (Nanzan-Daigaku), Ōsaka (Eichi-Daigaku), Nagasaki (Shiritsu-Toshokan) de historia Ecclesiae et Societatis Jesu in Japonia coram disseruimus.

E Japonia redeuntes, a die 9. Septembris usque ad diem 7. Octobris in civitate Mexico, olim Novae Hispaniae metropoli, versati, ibi etiam in Archivis et Bibliothecis documenta ad Japoniam referentia quaesivimus. Cujus studii fructum, elenchum et descriptionem documentorum originalium in Archivo S. Inquisitionis Mexicanae olim existentium, nunc in Archivo Nationali Mexicopolitano conservatorum, in AHSI, An. XL (Romae 1971, fasc. 79) pp. 3-66 edidimus: *Dokumente zur Japanischen Kirchengeschichte im Mexikanischen Inquisitionsarchiv*.

Sequenti anno (10. Septembris-23. Octobris 1970) iterum investigationi inhaerentes, Matriti Elenchum manuscriptorum olim Archivi Provinciae Japonicae, quae in Archivo Nationali metropoleos hispanicae nunc conservantur, complevimus; simulque Elenchum rerum japonicarum in collectione Jesuitas *Tomos* in Bibliotheca R. Acad. Historiae Matritensis ad finem perduximus; et in Alcalá de Henares res japonicas in Archivo Provinciae Toletanae descripsimus.

Denuo anno 1971 investigationi historicae operam daturi, die 1. Sept. Romā discessimus; et a die 8. Septembris usque ad diem 25. Septembris, in civitate Sevilla, Archivi Indici (Archivo de Indias) fontibus inquirendis iterum adlaboravimus; deinde Matritum regressi, a die 27. Septembris usque ad diem 2. Octobris, Archivum Franciscanorum Provinciae S. Gregorii Philippinarum consulere, cum benigno Patrum O. F. M. juxta oppidum Pastrana residentium favore, potuimus. Ultimo vero, anno 1972, Bibliothecae Universitatis Salmanticensis (Salamanca) manuscripta recenter recuperata examini subjecimus; et Bibliothecarum Palatii olim Regii Ajuda,

Olyssipone, necnon Palatii Regii Matritensis (Palacio de Oriente) operibus manuscriptis investigandis studium adhibuimus. —

Jam superest, ut omnibus, qui nos in praeparando, exarando, edendo hoc opere adjuverunt, iterum atque iterum e sincero corde gratias agamus. Gratitudinis nostrae sensus jam in Prologo ad opus nostrum ' Introductio ' plurimis fautoribus et amicis nominatim expressimus. Quibus omnibus et singulis hoc loco grati animi nostri testimonium ex corde renovamus. Nam omnes fere, qui ad illius operis compositionem et impressionem auctorem adjuverunt, tam intra Societatem quam extra illam, iidem ad hujus quoque operis conscriptionem et editionem auctori continuo ac summo auxilio fuerunt. — Quod autem praesentis voluminis impressionem attinet, Eminentissimo Archiepiscopo Coloniensi Dr. Josef Höffner, et ejusdem Archidioeceseos Praelato Dr. Josef Teusch, pro collata subventione nostram sinceram gratitudinem manifestamus. Maxime vero Divinae Bonitati debitores sumus, quae nobis et animum et vires ad opus perficiendum benignissime conservavit.

Romae, in festo Visitationis B. M. Virginis, die 31. Maji 1975.

Josef Fr. Schütte, S. J.

Olisiponi, necnon Palatii Regii Matritensis (Palacio de Oriente) operibus manuscriptis investigandis alacriter adiuverunt.

Iam superest, ut omnibus, qui nos in praeparando, exarando, edendo hoc opere adiuverunt, iterum atque iterum e sincero corde gratias agamus. Gratitudinem nostram singulis jam in Prologo ad opus nostrum "Introductio" pluribus laudibus et nominatim expressimus. Quibus omnibus et singulis hoc loco grati animi nostri testimonium ex corde renovamus. Nam omnes illi, qui ad huius operis compositionem et impressionem auctorem adjaverunt, tam intra Societatem quam extra illam, idem ad hujus quoque operis conscriptionem et editionem auctori constanter auxilio fuerunt. — Quod autem praesentis voluminis impressionem attinet, Eminentissimo Archiepiscopo Coloniensi Dr. Josef Höffner, et Ejusdem Archidioeceseos Praelato Dr. Josef Teusch, pro collata subventione nostram sinceram gratitudinem manifestamus. Maxime vero Divinae Bonitati debitores sumus, quae nobis et animum et vires ad opus perficiendum benignissime conservavit.

Romae, in festo Visitationis B. M. Virginis, die 31. Maii 1975.

Iosef Fr. Schütte S. I.

INDEX GENERALIS

PAG.

PROLOGUS IX

INDEX GENERALIS XV

INDEX TABULARUM XXI

BIBLIOGRAPHIA RECENTIOR XXV

PARS I. CATALOGI A FUNDATA MISSIONE JAPONICA USQUE AD EXILIUM: A DIE 15. AUGUSTI 1549 USQUE AD NOV. 1614 . 1

1. Catalogus Brevis Indiae Orientalis [Januario 1553] . . . 3
1 A. Epistola P. Nicolai Lancellotti S.J., Coulão,12. Januarii 1555 8
2. Catalogus Patrum et Fratrum in India [Catalogus Brevis, Decembri 1555] 11
3. Catalogus Brevis Indiae Orientalis, cum Elencho Puerorum Collegii S. Pauli in Civitate Goa [Nov./Dec. 1557; pro Japonia Nov. 1556] 16
4. et 4 A. Ludovici Fróis Catalogus Brevis Collegii Goani et totius Indiae Orientalis. Mense Novembri 1559 [Pro Japonia: Oct./Nov. 1557] 21
5. Informationes de Personis Societatis in India degentibus, jussu Praepositi Generalis P. Jacobi Lainii confectae [1559-1560] 27
6. Catalogus Brevis Indiae Orientalis [Novembri 1560; pro Japonia: Nov. 1559] 43
7. Catalogus Brevis Indiae Orientalis [Decembri 1561] . . . 48
8. Catalogus Brevis Indiae Orientalis [Vertente anno 1562/63] 52
9. Catalogus Brevis Indiae Orientalis [Pro India: c. finem anni 1565; pro Japonia: Oct./Nov. 1564] 57
10. Epistola P. Cosmae de Torres ad P. Jacobum Laínez, Praepositum Generalem, Kuchinotsu, 20. Octobris 1565 66
11. Epistola P. Cosmae de Torres ad Praepositum Generalem, Kuchinotsu, die 24. Octobris 1566 71
12. Elenchus Reddituum, quos habent Domus S. J. in India [1571] 78
13. Catalogus Brevis Indiae Orientalis [Pro India: 16. Nov./21. Dec. 1571: pro Japonia: c. 30. Oct. 1570 (?)] 79
14. Catalogus Brevis Indiae Orientales [Pro India: Jun./Sept. 1572; pro Japonia: c. 30. Oct. 1570 (?)] 83

PAG.

14 A. Epistola Fr. Ludovici de Almeida ad Provincialem Indiae Orientalis, P. Antonium de Quadros, ex insula Amacusa, die 5. Octobris 1572 89
15. Catalogus Brevis Indiae Orientalis. Initio anni 1575 . . . 93
16. Catalogus Rerum Indiae Orientalis, Octobris 1575 confectus 97
17. Catalogus Brevis Indiae Orientalis, factus Goae, die 23. Januarii 1576 [Pro Japonia: 1574/75]. 100
18. Catalogus Brevis Indiae Orientalis, factus Goae, die 10. Novembris 1576 [Pro Japonia: anno 1575, ultimis mensibus] . 103
19. Catalogus Primus Japoniae, mense Decembri 1579 confectus . 107
19 A. Epistola P. Petri Gómez ad Praepositum Generalem, 25. Octobris 1581, Macao 113
20. Catalogus Brevis Viceprovinciae Japonicae, 20. Decembris 1581 120
21. Catalogus Rerum Viceprovinciae Japonicae adjunctus operi 'Sumario del Japón', auctore P. Alexandro Valignano [Denotat statum rerum die 20. Februarii 1582] 128
22. Catalogus Informationum Communium tam Patrum quam Fratrum Societatis Jesu Provinciae Indiae Orientalis. Conscriptus Mense Decembri Anno 1584 [Pro Japonia: Februario 1582] 146
23. Catalogus Brevis Viceprovinciae Japonicae, 1583 [Ultimis mensibus] 176
24. Summarium Aedium et Reddituum S. J. in India Orientali et Japonia. Anno 1586 181
25. Cathalogus Patrum et Fratrum Societatis Jesu Provinciae Indiae Orientalis — Mense Decembri confectus — Anni 1587 [Pro Japonia: Sept./Oct. 1586] 200
26. Catalogus Primus Informationum Communium Indiae Orientalis, ultimo die Decembris 1588 confectus [Pro Japonia: Sept./Oct. 1586] 211
27. A. B. C. Catalogi Viceprovinciae Japonicae [initio] 1588 confecti 227
28. Catalogus Brevis Viceprovinciae Japonicae, 26. Januarii 1589 271
29. A. B. C. D. E. Catalogi Viceprovinciae Japonicae, Novembri 1592 et Januario 1593 confecti 275
30. Catalogus Rerum Indiae Orientalis, Decembri 1594 340
30 A. Redditus Provinciae Japonicae 343
31. Adnotationes Historicae P. Gabrielis de Matos S. J., annos 1600-1614 complectentes 346
31 A. Memoriae Historicae P. Francisci Pírez S.J. (Pontos de que me alembrar) 377
32A. B. C. Catalogi Februario 1604 cum Procuratore P. Francisco Rodríguez Romam missi 435
33. Catalogus Brevis Viceprovinciae Japonicae. 1606 491
34. Catalogus Brevis Macaensis, 15. Novembris 1606 495

PAG.

35. Catalogus Brevis Viceprovinciae Japonicae, Mense Februario anni 1607 exaratus 497
36. Catalogus Brevis Viceprovinciae Japonicae, Mense Octobri anni 1607 confectus 504
37. Catalogus Brevis Collegii Macaensis. 1608 [primis mensibus] 508
38. Catalogus Brevis Collegii Macaensis, die 15. Januarii 1609 factus 512
39. Brevis Enarratio Numeri Domorum, Personarum, Reddituum et Expensarum Societatis in Japonia. 12. Novembris 1609 . 515
40 A. B. Catalogus Domorum 1612/13 540
41. Catalogus Brevis Provinciae Japonicae, mense Februario 1613 exaratus 551
42-43. Provinciae Japonicae Catalogus Primus mense Novembri 1614 Macai confectus. Itemque mensibus Februario/Martio 1615 in Japonia distincte compositus 559

PARS II. CATALOGI AB EXILIO ANNI 1614 USQUE AD EXSTINCTIONEM SOCIETATIS JESU IN IPSA JAPONIA [USQUE AD CATALOGOS ANNI 1654] 611

44. Catalogus Brevis Collegii Macaensis, mense Januario 1615 confectus 613
45. Epistola P. Hieronymi Rodríguez, Viceprovincialis, ad Praepositum Generalem, Nagasaki, 17. Martii 1615 616
46-47. Catalogi Insularum Philippinarum anni 1615 625
48. P. Celsus Confalonieri, Socius Praepositi Provinciae Japonicae, ad P. Bernardum de Angelis, Secretarium Societatis Jesu, Macao, 26. Decembris 1615 631
49. Catalogus Brevis Collegii Macaensis, mense Januario 1616 confectus. Cum Supplemento Cat. I Macaensis, 27. Jan. 1616 . . 631
50-51. Catalogi Provinciae Philippinarum anni 1616 641
52. Catalogus Primus Informationum Communium Patrum Fratrumque Provinciae Japonicae, Junio 1617 conscriptus . . 647
53. Catalogus Primus Informationum Communium Collegii Macaensis, mense Octorbi 1617 renovatus 681
54. Brevis Relatio de numero praeconum Fidei in Japonia, 1614-1617, a P. Hieronymo Rodríguez die 15. Decembris 1617 signata 697
54A. Propositio de divisione Missionis Japonicae inter Ordines Religiosos, facta a P Petro Morejón S. J., cum ejusdem Relatione de singulorum Ordinum Domibus in Japonia olim habitis 747
55. Epistola P. Matthaei de Couros, Provincialis, ad Praepositum Generalem, Nagasaki, die 25. Februarii 1618 data 766
56. Catalogus Brevis Patrum Fratrum Collegii Macaensis, Missionis in Cochinchina, Missionis Sinicae, Junio 1618 factus . . 777

PAG.

57-59. Catalogi Provinciae Philippinarum anni 1618 784
60. Epistola P. Matthaei de Couros ad Praepositum Generalem, Nagasaki, 8. Octobris 1618 792
61. Epistola Fr. Ambrosii Fernández ad P. Alphonsum de Lucena, e Carcere Ōmurano, die 5. Martii 1619 798
62-63. Catalogus Primus eorum, qui cum P. Gabriele de Matos, Procuratore, pro Japonia venerunt, factus anno 1619, anno 1620 renovatus 804
64. Epistola P. Matthaei de Couros ad Praepositum Generalem, Nagasaki, 15. Septembris 1619 810
65. Epistola P. Francisci Pacheco ad Praepositum Generalem, S.J. e Japonia, 24. Septembris 1619 819
66. Epistola P. Francisci Pacheco ad Praepositum Generalem S. J., e Japonia, die 6. Februarii 1620 scripta 825
67-69. Catalogi mense Septembri 1620 exarati 835
70-72. Catalogi Primi singularum Regionum Provinciae Japonicae, mense Septembri 1620 confecti 870
73. Epistola P. Francisci Pacheco ad Praepositum Generalem, e Japonia, die 14. Januarii 1621 885
74, Primus Catalogus Personarum Provinciae Philippinarum, 1. Maji 1621 893
75. Epistola P. Johannis Baptistae Porro ad P. Petrum Morejón, Harima, die 6. Octobris 1621 896
76. Epistola P. Francisci Pacheco, Provincialis, ad Praepositum Generalem, e Japonia, die 27. Octobris 1621 911
77. 21 Capitula in defensionem Societatis Jesu in Japonia, die 7. Martii 1623 a 12 Patribus in ea residentibus subsignata . 919
78. Epistola P. Francisci Pacheco, Provincialis, ad Praepositum Generalem, e Japonia, die 22. Septembris 1623 938
79.A. B. C. Catalogi Decembri 1623/Januario 1624 confecti . . 946
80. Primus Catalogus Personarum Provinciae Philippinarum, 10. Augusti 1624 970
81. Epistola P. Francisci Pacheco, Provincialis, ad Praepositum Generalem, e Japonia, die 9 Octobris 1624 scripta 972
82. Epistola P. Francisci Pacheco, Provincialis, ad Praepositum Generalem, e Japonia, die 12. Martii 1625 977
83. Epistola P. Francisci Pacheco, Provincialis, ad Praepositum Generalem, e Japonia, die 16. Novembris 1625 981
84. Epistola Patris Michaelis Minoes ad P. Franciscum Piccolomini, Secretarium S. J., de Fidei praeconibus in Japonia comparandis, Matriti, die 6. Septembris 1627 data 985
85. Catalogus Brevis Collegii Macaensis, Septembri 1635 confectus 995
86. Ex epistola P. Emmanuelis Dias (Senioris), Visitatoris, ad Praepositum Generalem, die 30. Julii 1636 e Collegio Macaensi scripta 1000
87. Elenchus Patrum Congregationis Provincialis Japonicae, diebus 9.-22. Septembris 1638 in Collegio Macaensi habitae . . 1004

PAG.

88. Ex epistola P. Emmanuelis Dias (Senioris), Visitatoris, ad Praepositum Generalem, die 3. Decembris 1638 e Collegio Macaensi data 1006
89. P. Antonii Francisci Cardim Informatio pro Provincia Japonica, 1646 1008
90. Elenchus Patrum ac Fratrum Consultationi anno 1645 in Collegio Macaensi de forma Baptismi Annamitici habitae assistentium 1034
91. Catalogum Missionum et Personarum ad Japoniam et Sinas pertinentium 1646 1046
92. Primus Cathalogus Patrum et Fratrum Soc. Jesu, qui sunt in Provincia Japonensi, factus anno 1648 1055
93. Primus Catalogus Patrum, ac Fratrum Societ. Jesu, qui sunt in Provincia Japonensi. Anno 1650 1065
94. Elenchus Patrum, qui Congregationi Provinciali Japonicae anno 1650 in Collegio Macaensi interfuerunt 1082
95.A. B. C. D. Catalogi Provinciae Japonicae. Anni 1654 1087
96. Elenchus Patrum ad Congregationem Provincialem Japonicam mense Septembri 1654 convocatorum 1119
Index personarum, locorum, rerum 1121

PAG.

88. Ex epistola P. Emmanuelis Diaz (Senioris), Visitatoris, ad Praepositum Generalem, die 3. Decembris 1635 e Collegio Macaensi data 1006
89. P. Antonii Francisci Cardim Informatio pro Provincia Japonica, 1646 1008
90. Elenchus Patrum ac Fratrum Consultationi anno 1646 in Collegio Macaensi de forma Baptismi Annamitarum habitae assistentium 1034
91. Catalogus Missionum et Personarum ad [illegible] pertinentium 1648 1040
92. Primus Cathalogus Patrum ac Fratrum Societatis qui sunt in Provincia Japonensi, factus anno 1654 1055
93. Primus Catalogus Patrum ac Fratrum Societatis [illegible] in Provincia Japonensi, anno 1659 1063
94. Elenchus Patrum, qui Congregationi Provinciali Japonensi anno 1659 in Collegio Macaensi interfuerunt 1082
95. A. R. C. D. Catalogi Provinciae Japoniae, anni 1664 1087
96. Elenchus Patrum ad Congregationem Provincialem Japoniae eodem mense Septembri 1664 convocatorum 1118
Index personarum, locorum, rerum 1124

INDEX TABULARUM

1. Effigies S. Ignatii de Loyola, Societatis Jesu Fundatoris. — Inscriptio: IGNAT. SOCIET. IESV FUNDAT. (Nota: deesse titulum Beati vel Sancti!). Effigies haec, manu sculpta e materia conchae margaretiferae (Perlmutter, Madreperla), 5 cm. per diametrum extenditur. Quam auctor die 28. Junii 1956 a Yamashita Magotarō, octuagenario, a familia antiquorum Christianorum Japonensium descendente, in Sakitsu,Shimo-Amakusa, dono accepit. Imago haec nescio num forsitan e Seminario Pictorum et Incisorum Soc. Jesu, quod a Sakitsu non adeo distabat, prodierit. Frontispicium.
2. Delimeamenta antiqua japonica ASIAE, AFRICAE, EUROPAE, facta sub influxu cartographiae europaeae. Saec. 17?. — In Japonia tres tantum civitates indicantur: Yedo (Tōkyō), Miyako (Kyōto), Nagasaki. Insula major Japoniae Hondo, nomine Nihon insignitur; nominantur praeterea insulae Yezo (Hokkaidō), Kyūshū; necnon Tsushima; insula Shikoku adest quidem, sed inscriptione caret. — In Asia China (Tai Ming Kuo), ubi ad arcūs similitudinem Murus Sinensis conspicitur. Praeter alia nomina legitur etiam Macao. Inter Sinas et Japoniam Chōsen (Corea). — Philippinae, cum Manila; Indonesia, Malacca, Tenjiku (India), Ceylon. — In Africa etiam insula São Lourenço (Madagascar). — In Europa praeter alia Esupania: nomen Lusitaniae deest. — 115 × 137 cm. — Pars inferior (39 cm.), a delineamentis ipsis divisa, explicationem continet: distantiam locorum a portu Nagasaki etc. — Bibl. Publica - Museum, Usuki. 16-17.
3. Charta geographica Japoniae, ornamentum in forma bullae seu parvi globi dimidiati (Schmuckknopf, bottone ornamentale). Ōsaka-Nakatsu, Namban-Bunka-Kan (Dr. Yoshirō Kitamura).
Imago A: 1. Kyūshū, cum suis novem provinciis seu *kuni*: unicuique *kuni* inscriptus est numerus: quot scl. *gun* contineat. — 2. Nagasaki (Hizen). — 3. Insula Hirado. — 4. Insula Iki-no-shima. — 5. Insula Tsushima. — 6. Korea. — 7. Pars meridionalis-occidentalis insulae Hondo, cum provinciis seu *kuni* Nagato, Iwami, Suwō, Aki. — 8. Pars occidentalis insulae Shikoku, cum provinciis seu *kuni* Iyo et Tosa.
Imago B: 1-2. Pars meridionalis-occidentalis insulae Hondo, inde a provinciis seu *kuni* Izumo et Bingo usque ad extremum septentrionem, ad provincias Dewa et Rikuo. — 3. Kyōto (Yamashiro). — 4. Ōsaka (Settsu). — 5. Yedo (Musashi). — Insulae Maris Japonici: 6. Iki-no-shima. — 7. Sado. — 8. Pars orientalis-septentrionalis insulae Shikoku, cum provinciis seu *kuni* Sanuki et Awa. — 9. Insula Awaji

(Setonaikai, seu Mare Internum). — Insulae Oceani Pacifici: 10. Ōshima. — 11. Miyake-shima. 64-65

4. Delineamenta antiqua ms. provinciae (*kuni*) Higo-Kyūshū (sine insulis Amacusanis). — Penes auctorem. — Pars septentrionalis anno 1588 Katō Kiyomasa ut feudum data est, cujus sedes erat Kumamoto. Pars meridionalis cum insulis Amacusanis eodem tempore Konishi Yukinaga Augustino attributa est, qui in Uto sedem fixit. Post cujus mortem (6. Nov. 1600) etiam pars meridionalis (sine insulis Amacusanis) Katō Kiyomasa concessa est. Mortuo Kiyomasa (1611), anno 1632 (amoto Katō Tadahiro) Hosokawa Tadatoshi ad feudum Kumamoto translatus est. — 1. Kumamoto. — 2. Uto. — 3. Yatsushiro. — 4. Nozu. — 5. Yabe. In locis 2.-5. per breve tempus (1599/1600) Residentia S. J. exstitit. 144-145

5. Civitas et portus Nagasakiensis. Medio saec. XVII. — Exemplum a charta antiquiore ms. in Bibliotheca Publica, Takeda (Bungo), existente manu transsumptum pro auctore, Junio 1956, per T. Okamoto. 192-193

6. Gokinai, cum aliis quibusdam provinciis (*kuni*) adjacentibus. Antiqua delineamenta ms. in Usuki, in Bibliotheca Publica - Musaeo. — 1. Kyōto, in Yamashiro. 2. Ōsaka, in Settsu. — 3. Sakai, in Izumi. — 4. Nara in Yamato. — 5. Kawachi. 224-225

7. Urbs Miyako (Kyōto). Charta manu depicta, in Bibliotheca Publica - Musaeo civitatis Usuki, Bungo. — 1. Palatium Dairi. — 2. Palatium principum Tokugawa = Nijō. — 3. Daitokuji (templum). — 4. Honkokuji (templum). — 5. (Nishi) Honganji (templum. — 6. Tōji (templum). — 7. Sanjō-dōri: qua via Miyako superior (ad sinistram observantis) a Miyako inferiori (ad dexteram) dividebatur. — 8. (Flumen) Katsura-gawa. — 9. (Flumen) Uji-gawa. — 10. (Flumen) Yodogowa. — 11. Fushimi. 320-321

8. Sekigahara. — Antiqua delineamenta geographico-strategica proelii in campo Sekigahara (Oct. 1600). Tokugawa Iyeyasu cum suo exercitu et copiis sociorum ad orientem fluminis Fujiko-gawa; ab occidente fluminis, exercitus Ishida Mitsunari cum sociis dispositi sunt. — Numeri, a nobis aliquibus locis vel ducibus (non omnibus) adscripti, ea quae sequuntur significant: 1. Campus Sekigahara. 2. Flumen Fujiko-gawa. 3. Exercitus Tokugawa Iyeyasu. 4. Exercitus Ishida Mitsunari. — *A parte principis Tokugawa*: 5. Fukushima Masanori cum suis copiis. 6. Kuroda Nagamasa cum propriis militibus. 7. Tanaka Yoshimasa cum suis. — *A parte Ishida Mitsunari*: 8. Konishi Yukinaga, cum suis copiis. 9. Shimazu Yoshihiro (ad dextr.) et Shimazu Iyehisa (ad sinistr.). 10. Kingo (Kobayakawa) Hideaki. — Haec delineamenta, anno 3. Kaei (= 1850) ab antiquioribus manu translata, auctor in Japonia adquisivit. 416-417

9. Musashi, cum urbe Yedo (Tōkyō), et provinciis (*kuni*) adjacentibus Antiqua delineamenta, manu facta, in Bibliotheca Publica - Musaeo Usukiensi, Bungo. 544-545

10. Kanazawa, in Kaga. Antiqua imago arcis. Charta manu facta, colo-

ribus expressa, 103 × 73 cm., jam corrosione deterior. In Bibliotheca Publica - Musaeo, Usuki, Bungo. 576-577

11. Insula Yezo (Hokkaidō). Antiqua delineamenta: exemplum ab imagine antiquiore manu transsumptum tempore Bunka (1804-1817). E collectione Ueda Kōkichi, Takahama, Shimo-Amakusa, cujus liberalitati pro hac photographia gratias agimus. — Terra, quae a latere sinistro inferiori conspicitur, extremus septentrio insulae Hondo est: 1. Tsugaru-hama. 2. Nambu-hama. 3. Rikuoku-wan (Sinus Rikuoku seu Mutsu). 4. Aomori. 5. Nōbechi. — In insula Yezo: 6. Matsumae. 7. Hakodate. — 8. Erimo-saki (promontorium). — 9. 'Rakamui' (Noshappu-saki), Soya-wan, Soyamisaki. "Nihon-ichi no Ōkawa" ('Flumen maximum Japoniae'). — 10. Shiretoko-misaki (promontorium). — 11. "100 Ri no suna-chi" (100 Ri arenae, i.e. terrae desertae). — 12. Insula Shiikotan. — 13. Insula Kunashiri. — 14. Insula Etorofu. — 15. Insula Sachalin. — 16. Navis Russa. 832-833

12. Harajō, castellum Hara, in litore meridionali regionis Takaku. In insurrectione Shimabarensi (Dec. 1637 - April. 1638) haec arx ab insurgentibus occupata, munita, et strenue defensa, diu ingenti exercitui Gubernii Japonici restitit, donec, deficientibus jam armis, viribus, victualibus, omnes in ea inclusi trucidati sunt (12.-15. Aprilis 1638). — Delineamenta haec, olim in Archivo familiae Arima, Nov. 1956 a possessore Nakane Tetsurō, Antiquario Tokiensi, cum aliis scripturis et chartis familiae Arima, Auctori ostensa, et cum ejusdem benigna concessione a Photographo Katō Shogo, Tōkyō, pro auctore photographice expressa sunt. Conferas ejusdem castelli Hara imaginem antiquam, tempore insurrectionis Shimabarensis, ex eadem familia Arima, quam operi nostro *Introductio* pp. 704-705 inseruimus. — Numeri a nobis appositi: 1. Honmaru = munitio praecipua. — 2. Ninomaru = munitio altera. — 3. Sannomaru = munitio tertia. — 4. Area inter arcem insurgentium (Harajō) et copias exercitus Gubernii illam obsidentes, munita et custodita ab aggressoribus. — 5. Castra singulorum principum vel ducum exercitus Gubernii. — 6. Naves exercitus arcem obsidentis. 1008-1009

13. JAPONIA. SAECULIS XV-XVII. A P. Petro Moreau S. J. pro hoc opere delineata. Anno 1975. — In fine libri.

rius expressa, 198 x 75 cm., jam correctione delerive, in Bibliotheca Publica - Musaeo Tenri, Buren. 676-677

11. Insula Yezo (Hokkaidō). Antiqua delineamenta; exemplum ab imagine antiquiore manu transumptum tempore Bunka (1804-1817). E collectione Ueda, Kōichi, Tokohama, Shinto-seminar, cuius liberalitati pro hac photographia gratias agimus. — Terra quae a latere sinistro interiori conspicitur, extremum septentrio insulae Hondo est: 1. Tsugaru-hanto. 2. Matsumae. 3. Hakodate-wan. (Sinus Hakodate seu Matsu), 4. Esashi. 5. Nebechi. — 6. Insula Yezo. 6. Matsumae. 7. Hakodate. — 8. Erimo-saki (promontorium). — 9. "Tanamon" (Noshappu-saki), Soya-wan. Soyamisaki. "Nihon-ichi no Ōkawa" (Flumen maximum japonicae). — 10. Shiretoko-misaki (promontorium). — 11. "100 Ri no sono-chi" (100 Ri terrae). Sic terrae desertae). — 12. Insula Shikotan. — 13. Insula Kunashiri. — 14. Insula Etorofu. — 15. Insula Sachalin. — 15. Nivis Tenso. 832-833

12. Hara, castellum Hara, in litore meridionali Peninsulae Tōsaka. In insurrectione Shimabara est (Dec. 1637 - Apr. 1638) haec arx ab insurgentibus occupata, munita, et strenue defensa contra ingentes exercitus Gubernii Japonici rebellii, donec deficientibus iam armis, victualibus, omnes in ea manibus trucidati sunt (12, 13 Aprilis 1638). — Delineamenta hoc, olim in Archivo familiae Arima; Nov. 1956 a possessore Nakane Tetsurō, Antiquario Tōkyō, cum aliis scripturis et chartis familiae Arima Auctori ostensa, et cum eadem benigna concessione a Photographo Kato Shogo, Tōkyō, pro eo photographice expressa sunt. Conferas ejusdem castelli Hara imaginem antiquam, tempore insurrectionis Shimabarensis, ex eadem familia Arima, quam operi nostro Introductio pp. 764-765 inseruimus. — Numeri a nobis appositi: 1. Honmaru = munitio praecipua. — 2. Ninomaru = munitio altera. — 3. Sannomaru = munitio tertia. — 4. Area inter arcem insurgentium (Harajō) et copias exercitus Gubernii illam obsidentes, munita et castellis ab aggressoribus. — 5. Castra singulorum principum vel ducum exercitus Gubernii. — 6. Naves exercitus arcem obsidentis. 1008-1009

13. IAPONIA SAECULIS XV-XVII, A P. Petro Moreno S. I. pro hoc opere delineata, Anno 1973. — In fine libri.

BIBLIOGRAPHIA RECENTIOR

Cum in opere nostro *Introductio ad Historiam Societatis Jesu in Japonia 1549-1650* amplam Bibliographiam praemiserimus, quae non solum pro illo volumine, verum etiam pro praesenti opere libros adhibitos recenseat: eosdem titulos hic repetere visum non est. Sed quia ab illo tempore, quo *Introductio* nostra prodiit (1968), recentiora quaedam opera, in Bibliographia supradicta non recensita, ad manus auctoris pervenerunt, quae, sive propter investigationis profunditatem et amplitudinem, sive propter fontium manuscriptorum editionem, sive propter imaginum varietatem et pulchritudinem rem historicam non minime illustrant, ejusmodi libros hic breviter recensere liceat: quin ad id nostra intentio feratur, ut elenchum *omnium* operum, ab illo tempore editorum, ac forsitan mentione dignissimorum, hic proponamus.

CIESLIK, Hubert. — Geibi Kirishitan Shiryō. Sources and documents concerning the history of Kirishitan in the provinces of Aki and Bingo. Tōkyō 1968.

EBIZAWA, Arimichi; CIESLIK, Hubert; DOI Tadao; ŌTSUKA, Mitsunobu: *Kirishitansho. Hai-ya-sho.* Tōkyō 1970.

ELISON, George. *Deus Destroyed. The Image of Christianity in Early Modern Japan.* Cambridge Massachusetts 1973.

HARICH-SCHNEIDER, Eta. *A History of Japanese Music.* London 1973.

KYŌTO. Opera pubblicata dal Municipio di Kyōto. 1965.

LÓPEZ GAY, Jesús, S. J. *El Catecumenado en la Misión del Japón del s. XVI.* Roma (Pont. Univ. Gregoriana) 1966.

LÓPEZ GAY, Jesús, S. J. *La Liturgia en la Misión del Japón del siglo XVI.* Roma (Pont. Univ. Gregoriana) 1970.

Nagasaki Zuroku (Nagasaki Kai-kō 400 nen kinen jikkō i-in kai) (Volumen illustratum de Nagasaki, occasione 4. Centenarii a fundatione portūs) 1970.

NAKAMURA, Hiroshi. *Sakokuzen ni Nambanjin no tsukureru Nihon chizu* (Chartae geographicae Japoniae hominum Namban ante Japoniae clausuram). Vol. I-II Tōkyō 1966; Vol. III Tōkyō 1967.

OKAMOTO, Yoshitomo - TAKAMIZAWA, Tadao. *Namban Byōbu.* 2 Voll. Tokyo 1970.

OKAMOTO, Yoshitomo. *Jūroku seiki ni okeru Nihon chizu no hattatsu.* (Progressus chartarum geographicarum Japoniae saeculo XVI.). Tōkyō 1973.

SCHURHAMMER, Georg S. J. *Franz Xaver und seine Zeit.* ZWEITER BAND (ASIEN 1541-1552). DRITTER TEILBAND (JAPAN UND CHINA 1549-1552). Freiburg i.B. (Herder) 1973.

SCHÜTTE, Josef Franz S. J. *P. Afonso de Lucena S. J. Erinnerungen aus der Christenheit von Ōmura. — De algumas cousas que ainda se lembra o P.e Afonso de Lucena que pertencem à Christandade de Ōmura* [1578-1614] Portug. u. deutscher Text. Rom (Bibliotheca Instituti Historici vol. XXXIV) 1972.

PARS I

A FUNDATA MISSIONE JAPONICA USQUE AD EXILIUM

(1549 - 1614)

1

[PRIMUS]

CATALOGUS BREVIS INDIAE ORIENTALIS

[Januario 1553]

1. In primo volumine Catalogorum Indiae Orientalis (*Goa 24* I $1/1^v$) exstat hic Catalogus Brevis, qui omnes alios Indiae Orientalis Catalogos, qui usque modo conservantur, temporis prioritate praecedit ac solus nomen P. Magistri Francisci [Xaverii], a quo initium sumit, exhibet.

Constat autem unico folio chartae europaeae, quod fere 29, 7 cm. altum ac 19, 8-9 latum est. Textus sub titulo principali tribus columnis dispositus est ac totus una pagina (fol. 1^r) continetur. Nam in Fol. 1^v, quod restaurationis gratia levi strato chartae, uti videtur, orientalis coopertum fuit, haec tantum nota aperta remansit: « Lista de los Padres y Hermanos que están en la India », cui alia manus adjunxit: « 1552 ». Haec pagina (1^v) praeter dictam notam omnino vacat. — Titulus principalis Catalogi est hic: « Ihs Rol de los Padres y Hermanos que están en la India ». Ad sinistram hujus tituli alia manus scripsit annum: 1552 (ac recenter quidam: 1554). Ad dexteram autem legitur antiqua numeratio: 3; ac magis in angulo: 1. Subtituli trium columnarum sunt sequentes:

China	Baçain	
Japón	Tana	Andan en la Armada
Maluco	Ormuz	Los que fueron el año pasado
Cochin	Goa	Los que fueron este año
Sancto Thomé		
Cabo de Comorin		
Coulon		

Totus textus (1^r) ac nota (1^v) una manu (ignota) sunt scripta.

2. *De tempore et loco compositionis* hujus Catalogi diligenter videndum est. Nam textus prout exstat, una manu scriptus, varios in se continet eventus, tempore inter se distantes, qui, quomodo in unum elenchum coaluerint, non ita facile intelligitur. Nam eventus tempore ultimi in eo recensiti, ad finem Catalogi positi, sunt « Missiones » annorum

1553 et 1554: sed classes Indicae diebus, 23. et 24. Martii 1553[1] et die 2. Aprilis 1554[2] e portu Olyssiponensi in Asiam abierunt. Sub titulo: « Los que fueron este año » recensentur socii itineris anni 1554. Propterea « hoc anno », i. e. 1554, Catalogus ea forma, qua nunc exstat, una manu totus descriptus est. Inter eos vero, qui « anno elapso » profecti sunt (« Los que fueron el año pasado »), nominatur P. Urbanus Fernández, qui in itinere Indico anno 1553 defunctus est[3]: cujus mors, si hae notae (de *Missionibus* annorum 1553 et 1554) Goae additae fuissent, in ea metropoli latere non poterat; non item in Lusitania, quo mortis ejus nuntius nonnisi post medium annum 1554, i. e. aliquibus mensibus post profectionem sequentis classis Indicae (scl. anni 1554), pervenire poterat[4]. Unde jure concluditur: *totum Catalogum forma praesenti in Lusitania anno 1554, post discessum navium in Indiam* (2. *Aprilis*), *sed ante adventum navium ex India, descriptum esse.* — Dempta hac duplici nota de sociis profectis in Indiam annis 1553 et 1554, cetera Catalogi data correspondere videntur *ei rerum statui, qui Cochini vigebat, cum inde initio anni 1553* (*mense Januario*?[5], *naves in Europam abirent.* Etenim pia mors P. Magistri Francisci Xaverii († 3. Dec. 1552) socios in India etiam tum latebat (de qua nonnisi sub finem anni 1553 certiores facti sunt[6]). Sed epistolae, quas Octobri et Novembri 1552 ex insula Sanciano scripserat, jam Cochinum pervenerant[7]. Epistolis quidem diei 12. Novembris 1552 ad P. Franciscum Pérez, et diei 13. Novembris 1552 ad P. Fr. Pérez (Malacam) simul et ad P. Gasparem Barzaeum (Goam) inter alia de Fratre Alvaro Ferreira, a se Sancianum adducto, sed ut Societati non apto tandem dimisso et in domos Ordinis neque Cochini neque Goae amplius recipiendo, scribit[8]. Nomen huius Alvari Ferreira in Catalogo jam deest. — Die vero 12. Novembris 1552 P. Franciscum Pérez e domo Malacensi sese ad regendum Collegium Cochinense transferre jubet[9]. Catalogus illum jam Cochini recenset. — *Epistolis die 21. et die 22. Julii 1552 e Freto Sincapurano* ad P. Gasparem Barzaeum datis P. Balthasarem Gago cum Fratribus Eduardo (Duarte) da Silva et Petro de Alcaceva in Japoniam profectos esse nuntiat[10]: hi tres in Catalogo jam illi Missioni adscripti sunt. Denique Xaverius, cum Aprili

---

[1] FIGUEIREDO FALCÃO 164-165.

[2] FIGUEIREDO FALCÃO 165.

[3] *Doc. Ind. III*, 168, 206-207.

[4] De temporibus navigandi in Indiam et ex India vide: SCHÜTTE, *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan I, 1* pp. 123-133.

[5] Fr. A. Fernández (cf. p. 5) ignorasse videtur adventum Patris João de Beira Cochinum, unde hic Pater, e Molucis recens advectus, plures epistolas ad P. Ignatium de Loyola scripsit: scl. 2. Febr. 1553: *Goa 8 I* 49-51v; 5. Febr. 1553: *Goa 8 I* 52-53; 8. Febr. 1553: *Goa 8 I* 54-55v. Omnes hae epistolae sunt originales. In Catalogo nostro P. João de Beira in Molucis recensetur.

[6] SCHURHAMMER, *Quellen* 6051, 6059.

[7] Xaverii dispositiones de personis, litteris illis expressae, jam Cochini notae erant, ut praesens Catalogus testatur.

[8] Xaverius de dimissione Alvari Ferreira: EX II 510-511; 521.

[9] EX II 506-507.

[10] Epistola 21. Julii 1552: EX II 472-473; 22. Julii 1552: EX II 479.

1552 Goae sese ad iter Sinicum praepararet, P. Gaspari Barzaeo dispositiones quasdam secretas reliquit: inter alias vero, ut P. Antonius Gómez vel statim, si e civitate Dio contra Xaverii ordinem discederet, vel saltem post navium in Europam profectionem, quae Januario et Februario 1553 e portu Cochinensi abiturae essent, e Societate dimitteretur[11]; similiter ut Fr. Andreas Carvalho (nisi eo anno 1553 in Europam rediret) e sociorum numero deleretur[12]; quae dispositiones utique divulgatae non erant, cum Catalogus conficeretur. Sed Frater Andreas Fernández, qui Januario 1553 e portu Cochinensi in Europam profecturus erat, ut de Provincia Indica ejusque Missionibus informaret[13], de P. Antonio Gómez, necnon de aliorum nominibus dimittendorum certam cognitionem habuit[14]. Hi erant (praeter dictum Antonium Gómez) Melchior Gonçálvez, Emmanuel de Moraes junior, Franciscus Casco (Gonçálvez), Alvarus Ferreira. Sponte e Societate egressi erant: Michael da Nóbrega, Andreas Monteiro, Johannes Rodríguez. Quorum omnium nomina[15] in Catalogo in vanum quaeres. Andreas Carvalho, de quo supra, eo anno in Europam rediit[16]; cujus nomen pariter in Catalogo deest. — Haec paulo fusius indicanda erant, quia epistola P. Gasparis Barzaei, die 12. Januarii 1553 (hinc paucis diebus ante profectionem Fr. Andreae Fernández e portu Cochinensi) Goae scripta[17] e supradictis factis plura ignorat, ita ut e. g. P. Antonium Gómez in civitate Dio[18], P. Franciscum Pérez in portu Malacensi[19] versari dicat. Sed quae tunc Goae non erant nota, paulo post a Fratre Andrea Fernández ignorari non poterant. Ceterum in ea Barzaei epistola aliqua affirmantur, quae jure in Catalogum transferenda esse exspectabatur. Sic expeditio P. Emmanuelis de Moraes senioris in insulam Ceylon (c. Oct. 1552 — c. Aprili 1553)[20] in Catalogo tacetur: forsitan, quia brevi tempore duratura praevidebatur; alia tamen expeditio contra Turcas Ormuz obsidentes[21] («Andan en la armada») in Catalogo commemoratur.

---

11 Xaverius de dimittendo P. Antonio Gómez: EX II 381-383.

12 De Andrea de Carvalho: EX II 381-383; cf. infra annot. 16.

13 Gaspar [Barzaeus] — Ign. de Loyola, Goa 24. Januarii 1553: «Como más largamente contará el Hermano Andrés Fernández que allá va por orden del P.e Maestro Francisco»: Doc. *Ind. II* 580. Cf. ib 591, 593. — Vide praeterea EX II 342-352.

14 «Os nomes dos que despedí, o portador da presente vos dirá»: ita Xaverius ad Simonem Rodríguez (vel Rectorem Collegii S. Antonii, Ulyssipone), Goa, 7. April 1552: EX II 347.

15 Ex II 347[5]: P. Diogo Miró, Provincial — Ign. de Loyola, Lisboa, 14. Febr. 1554 (tunc Fr. Andreas Fernández jam Ulyssiponem pervenerat).

16 EX II 327; 327[5] (data biographica de Andrea de Carvalho); 365.

17 *Doc. Ind. II* (Doc. 118) pp. 578-603.

18 Ib., 582.

19 Ib., 585.

20 De expeditione P. Emmanuelis de Moraes in insulam Ceylon: *Doc. Ind. II* 425-438, 483; 483 [133] (Moraes profectus est mense Octobri 1552, secundum Sousa I, 2, 2, 6); 496, 521-538, 582. — Schurhammer, *Quellen* 4919-4920.

21 De expeditione Viceregis contra Turcas Ormuz obsidentes: Couto VI, lib. 10, capp. 5-6.; Schurhammer, *Quellen* 4927 (Gil Barreto - S. J., Coimbra:

Cum aliquae dispositiones secretae Xaverii in Catalogo, jam effectum assecutae, inveniantur dum de aliis tacetur: num ea forma Catalogi, quam Andreas Fernández ex India secum asportaturus erat, a praesenti Catalogo variis in locis distincta erat annon? Non improbabile est, nonnisi in Lusitania, cum praesens copia fieret, varia nomina esse deleta, varias mutationes in Catalogum esse inductas.

3. In Japonia nonnisi 5 socii recensentur: 2 Patres, 3 Fratres. Diximus superius, P. Balthasarem Gago et Fratres Eduardum da Silva et Petrum de Alcáceva a Xaverio in illam Missionem fuisse directos [22]. Qui ad regnum Bungo die 7. Septembris 1552 pervenerunt [23]. Petrus de Alcáceva jam anno sequenti, die 19. Octobris, e Japonia profectus est, in Indiam regressurus [24]. P. Balthasarem Gago Xaverius secum ad Sinas adducere statuerat [25]. Sed cum Junio/Julio 1552 simul Malacae morarentur, mutato consilio, eum cum duobus illis Fratribus in Japoniam misit [26]. In Catalogo nomen P. Balthasaris Gago non ideo in Japonia recensetur, quia inde nuntius de ejus adventu tempestive Cochinum delatus esset (quod fieri non potuit), vel ob id solum, quod cum Xaverio die 17. Aprilis 1552 ex India ad Extr. Orientem profectus sit (nam ad Sinas, non ad Japoniam mittebatur), sed quia epistolae Xaverii e Freto Sincapurano missae [27] ante Catalogi compositionem Cochinum pervenerant.

4. Catalogus integer editus est in *Doc. Ind. II*, 618-621.

Bassein, 15. Dec. 1552: Antonius Vaz, Franciscus López a quinque vel sex diebus in classi contra Turcas comparata); *Doc. Ind. II* 484, 587.

[22] Cf. supra, annot. 10.

[23] De suo itinere in Japoniam, et inde reditu, ipse Fr. Petrus de Alcáceva narrat: Petrus de Alcáceva - S. J. in Lusitania, Goa 1554: *Cartas* (Alcalá 1575) 53; *Cartas* (Évora 1598) *I* 23v. Cf. SCHURHAMMER, *Quellen* 6045. FROIS I 29.

[24] In eãdem epistola (cf. annot .23): *Cartas* (Alcalá 1575) 58; *Cartas* (Evora 1598) *I* 27v (cf. SCHURHAMMER, *Quellen* 6045). FROIS I 29.

[25] EX II 346, 361, 371.

[26] *Cartas* (Alcalá 1575), 53 et *Cartas* (Évora 1598) *I* 23 (cf. supra annot. 23); EX II 472, 479.

[27] EX II 472, 479.

Textus

Goa 24 I 1/1v

Jhs.

Rol de los Padres y Hermanos que están en la India

[Jan. 1553]

China

P. Maestro Francisco [Javier] [1]

Japón [2]

P. Cosmo de Torres
P. Baltasar Gago
Juan Hernandes
Pero de Alcáceva
Duarte da Silva

[1] Vid. introd. ad hunc Cat., nr. 2

[2] Vid. ib. nr. 3.

1A

EPISTOLA P. NICOLAI LANCELLOTTI S. J.

Coulão, 12. Januarii 1555

1. P. Nicolai Lancellotti S. J. epistola, de qua elenchum sociorum in Japonia degentium infra reddimus, in ARSI, in vol. *Goa 10 II* ff. 352-355v continetur. Estque epistola originalis, cujus auctor locum ac tempus, quibus scribit, clare indicat: « De Coulão, a 12 de Janeiro de 1555 ».

2. Initio epistolae auctor de litterarum commercio cum Praeposito Generali (S. Ignatio, fundatore Societatis) agit (cf. numerationem in: *DI VI* Doc. 40, nr. 1); deinde de regimine Societatis in India quaedam subjungit (nr. 2); atque de repentina profectione P. Melchioris Núnez Barreto, Superioris Indici, in Japoniam conqueritur (nnr. 3-4); P. Henricum Henríquez Romam litteras missurum esse dicit (nr. 5); de navibus e regno Lusitano anno 1554 in Indiam missis, atque de novo Prorege et de novis sociis tunc advectis (nr. 6), necnon de scripturis Romanis bene declarandis (nr. 7) tractat; quomodo Patres S. J. ad ecclesiam Matris Dei Cochinensem sese habeant, explicat (nnr. 8-9). — Jamque proprius de singulis domibus et personis Societatis Praeposito Generali rationem reddere aggreditur: ac primo quidem loco de suo Coulano Collegio (nnr. 10-12), deinde de Collegio Goano (nr. 13), ac de domibus in Baçaim, Tana, Ormuz (nr. 14), de Malacca et de Moluccis (nr. 15), de Japonia (nr. 16), de S. Thomé (nr. 17), de Cochinensi Collegio (nr. 18). Tandem de Collegio Goano quaedam addit (nr. 19). In fine de dotibus, quibus Superiorem Provinciae Indicae instructum esse oporteat, agit (nr. 20), atque epistolam salutem dicens concludit, signatque [1].

3. Quod autem ad Japoniam attinet, id brevi sociorum enumeratione absolvitur: quae in duas veluti partes dividitur: socios enim jampridem in Japonia residentes primo loco commemorat: duos scl., qui cum Xaverio anno 1549 ex India in Japoniam venerant: P. Cosmam de Torres et Fr. Johannem Fernández; duos item, qui anno 1552 Goã profecti, eodem anno, mense Septembri, portum Bungoensem ingressi erant: P. Balthassarem Gago et Fr. Eduardum da Silva (nam Fr. Petrus de Alcáçova, eorum in itinere comes, die 16. Martii 1554 Goam redierat).

4. Sed praeter hos quatuor, ii quoque socii, qui medio mense Aprili 1554 cum P. Melchiore Núnez Barreto e civitate Goana iter japonicum aggressi erant, recensentur: auctor epistolae P. Gasparem Vilela et *sex Fratres* nominat; ac sane, de Patre Vilela non ambigitur; sed de Fratrum numero ac nominibus accuratius videndum est. Nam P. Cosmas de Torres in epistola ad Praepositum Generalem die 7. Novembris 1557 e metropoli Bungoensi data ita scribit:

---

[1] Numerationem paragraphorum epistolae e textu edito (cf. finem hujus Introductionis) assumimus; summarium tamen *nostrum* ponimus.

« Lheguó aquí el P.e Mestre Belchior en / la emtrada de Julho del mismo ano [1556], en cuya companhia vinían hun Padre e 3 Ermanos ...; ... se volvió deixamdo el Padre que trahía e dos Ermanos ... » [2].

Quaeritur igitur, *quot Fratres* cum P. Melchiore Núnez Barreto ex urbe Goa, quot e civitate Malacca, quot denique e Sinis in Japoniam profecti sint; et quot Fratres, cum e Japonia solveret, ex his, quos adduxerat, reliquerit.

Ipse P. Melchior *ex itinere maritimo e mari inter Goam et Cochinum mense Maio 1554* ad Praepositum Generalem de numero sociorum navigationis ita refert:

« Los que himos somos: Padres de misa dos, scilicet el P. Gaspar Vilela y yo; Hermanos simquo: Belchior Díaz que comigo traxo del Regno, y Amtónio Díaz, y Luís Fróis, y Estévão de Góis, y nuestro Hermano Hernam Méndez ... Llevamos tambien cimquo ninhos de los Huérphanos ... los nombres son: Gilhelmo, Regeira ... y Ruy Perera, y Manoel, y Gaspar hiyo del patrão maior ... » [3].

Quos si cum epistola P. Nicolai Lancellotti comparaveris, unum Fr. Bras deesse invenies, de quo etiam postea nulla fit mentio; Fratrem vero, cujus nomen in ejusdem P. Nicolai epistola tacetur, esse Stephanum de Góis intelliges.

Ex emporio Malaccensi P. Melchior Núnez Barreto die 3. Decembris 1554 ad Societatis Fundatorem ac Praepositum scribit:

« Y llevo hun Padre y quatro Hermanos ... Llevamos connosquo simco mochachos de los huérphanos que an venido de Portugal ... » [4].

Ex eadem civitate Malaccensi Luís Fróis die 15. Decembris 1555 sociis Lusitanis scribit:

« Partio-se daqui [o P. Melchior] o primeiro d'Abril de 555, levando comsiguo hum sacerdote de missa, por nome Gaspar Vilela, e quoatro Irmãos, scilicet Fernão Méndez, Amtónio Díaz Estévão de Guoes e Belchior Díaz, e tres meninos orfãos ... » [5].

P. Melchior Fr. Ludovicum Fróis interim Malaccae residere jussit [6]; cum quo etiam duo ex adolescentibus orphanis remanserunt, Emmanuel et Gaspar [7]; ceteri vero ad Sinas iter prosecuti sunt.

---

[2] Cosmas de Torres ad Praepos. Gen., [Bungo] [7. Nov. 1557], Autogr., hisp., *J. 4* 72-72v (72-73v).

[3] Melchior Núnez Barreto ad Praepos. Gen., ex mari inter Goam et Cochinum, mense Maio 1554, *J. 4* 70 (66-71v), Orig., hisp.; ed. *D I III* 85 (71-94).

[4] Id. ad eundem, Malacca, 3. Dec. 1554, Orig., hisp., *Goa 10 II* 344-344v (343-346v); ed. *D I III* 125 (119-128).

[5] Ludovicus Fróis sociis in Lusitania, Malacca, 15. Dec. 1555, apogr. contemp., lus., *Goa 10 II* 369 (369-370v); *ed. D I III* 362 (359-365).

[6] Ibid., *Goa 10 II* 369v = *D I III* 363: P. Melchior in animo habuerat mittere Ludovicum Fróis in civitatem Canton, ut apud Sinas eorum linguam addisceret; sed penuriã hominum coactus, eum interim Malaccae residere jussit. Cf. ejusdem Ludovici Fróis epistolam ad socios Collegii Goani, Malaccã, 1. Dec. 1555 datam; ed. D I III 314-315 (311-322).

[7] De Emmanuele expressis verbis Ludovicus Fróis, ep. cit. (cf. Adnot. 6, secundo loco) = *DI III*, 314-315 (311-322); caeterum, cum 5 adolescentes se-

Anno sequenti 1556 e Sinis in Japoniam trajecturus, P. Melchior Núnez Barreto Fr. Antonium Díaz aegrotum Malaccam misit, ut salutem recuperaret[8]; Fr. Stephanum de Góis in urbe Canton linguam Sinicam addiscere jussit[9]; quo factum est, ut e 5 Fratribus, quos ex India secum eduxerat, nonnisi duos in Japoniam traxerit: Fernão Méndez Pinto et Belchior Díaz. Malaccae duo ex adolescentibus orphanis exercitia spiritualia peregerunt[10]: Ruy et Gilherme Pereira. E quibus Ruy Pereira jam ante adventum in Japoniam in Societatem receptus esse videtur. Nam et P. Cosmas de Torres *tres* Fratres in Japoniam advenisse testatur[11]; et Luís Fróis, in epistola die 30. Novembris 1557 Goā data refert: P. Melchiorem, cum e Japonia discederet, *Fratrem* Ruy Pereira in illa terra reliquisse[12]. Fernão Méndez mox e Societate egressus est[13]; cum P. Melchiore Núnez Barreto etiam Fr. Belchior Díaz e Japonia profectus est[14], ita ut ex his, quos P. Melchior adduxerat, praeter P. Gasparem Vilela unus Frater Ruy Pereira remanserit.

Epistola tota edita est in *DI III* 216-228, ubi plura de textu manuscripto et impresso inveniuntur.

Textus

Goa 10 II, ff. 352-55v

†

Jesus

[353v] ... Manda-me V. R. que lhe escreva cada ano do aumento spiritual e material do meu Collégio e dos outros ...

[354v] En Japão[1] está o Padre Cosmo de Torres, e o Padre Balthesar Guaguo, e o Irmão J[o]ão Fernández, e Duarte da Silva;

---

cum usque Malaccam adduxisset (cf. supra Adnot. 3 et 4 cum textibus correspondentibus) et cum tribus solis profectus sit (cf. supra Adnot. 5), quorum nomina novimus (Gilherme et Ruy Pereira et Regeira), sequitur inde, quod etiam Gaspar (saltem ad tempus) Malaccae remanserit.

[8] De Antonio Díaz: Ludovicus Fróis sociis Lusitaniae, Malacca, 19. Nov. 1556, ed. *DI III*, 528 (522-564).

[9] De Stephano de Góis: ibid., *DI III*, 528; praeterea Ludovicus Fróis sociis Conimbricensibus, Goa, 30. Nov. 1557, ed. *DI III*, 714 (698-730).

[10] De eorum exercitiis spiritualibus: Ludovicus Fróis sociis Goae residentibus, Malacca, 1. Dec. 1555, ed. *DI III*, 314 (311-322).

[11] Cf. supra, Annot. 2.

[12] *DI III*, 714: cf. supra Adnot. 9.

[13] De Fernão Méndez Pinto: vid. Ajuda *49-IV-56*, Elench. H (De Dimissis e Societate), 1° loco.

[14] De Melchiore Díaz: vid. Ajuda *49-IV-56*. Elench. F (De Regressis in Indiam) 9° loco. Caeterum jam Novembri 1557 (apud Ludovicum Fróis, *DI III*, 715, cf. supra Adnot. 9) e numero sociorum in Japonia residentium disapparet et mense Decembri 1557, in Catalogo Brevi Indico (*Goa 24 I*, 2-3v = *DI III*, 787), in India recensetur.

[1] Vid. introd. ad hunc Cat., nr. 3.

e o Abril passado foy pera lá o Padre Mestre Melchior Núnez, e o Padre Gaspar Vilela, com seis Irmãos [2], scilicet: Luís Fróes, António Díaz, Fernão Méndez, Bras, e outro Irmão. De todos estes lugares não posso dar a V. R. mais largua enformação que esta ... [355] De Coulão a 12 de Janeiro de 1555.

De V. R. inútil servo,

NICOLAO

Inscriptio: † Ao muito Reverendo em Christo Padre, o P.e Micer Ignatio de Laiola, Prepósito Geral da Companhia de Jesus. En Roma. De Coulão. 2a via. [355v]

Alia manu: 1555. Coulon. De M.ro Nicolao, 12 de Genaro.

2

CATALOGUS PATRUM ET FRATRUM IN INDIA [CATALOGUS BREVIS DEC. 1555]

1. Sequens elenchus, cui titulus: « Lista de los Padres y Hermanos que están en la India » continetur unico folio chartae europaeae, 28,9-29,1 cm. alto et 19,8-20,3 cm. lato: *Goa 24 I* 4-4v. Textus una manu exaratus (quam editor *Doc. Ind. II* affirmat esse Fratris Aires Brandão), utrāque pagina duabus columnis dispositus est. Ad sinistram tituli alia manu additur annus: 1555. Ad dexteram vero (deleto numero 4) numerus antiquus paginae: 2, cui correspondet in folio 4v numerus 3.

Titulus generalis unus est, tum Collegium Goanum tum alias domos in variis Indiae Orientalis partibus complectens. Subtituli sunt hi:

Fol. 4 (col. sinistra	(col. dextera)
Em Goa	Gramáticos
Maestros del latim y leer	Hermanos que sirvem
Lógicos	Novicios
Fol. 4v	
Preste Joam	Japón
Ormuz	
Baçaim y Tanna	
Cochim	
Coulam	
Comorim	
S. Thomé	
Maluco	

[2] Vid. ib., nr. 4.

2. *De tempore compositionis* istius Catalogi sequentia observa: illo anno, die 1. Aprilis 1555, e portu Ulyssiponensi quinque naves Indiam petiturae profectae sunt [1], e quibus quattuor Goam pervenerunt, scl. die 6. Septembris 1555 naves S. Philipe et Algaravia-a-Velha (= Asumpção, alio nomine) [2], die 9. Septembris navis Capitanea [3], et fere eodem tempore insuper navis S. Pedro [4]. Quibus navibus novem socii incolumes Goam advecti sunt (São Philipe: P. Melchior Carneiro, P. Manoel Fernández, Fr. António da Costa [5]; *Asumpção*: P. Jerónimo de Cuenca, P. Mestre João Boukyau, Fr. Marcos Núnez [6]; *Capitanea*: P. António de Quadros, P. Michael Barul, Fr. Joseph Ribeiro) [7]. Tres vero socii, qui in navi Conceição seu Algaravia-a-Nova vehebantur, scl. P. Gonçalo Pascual, P. Andrea González, Fr. Affonso López [8], die 22. Augusti 1555 naufragium passi multis mensibus postea in parva quadam insula ex Laccadivis fame perierunt [9]. In Catalogo nostro nomina novem sociorum, mense Septembri 1555 ad portum Goanum advectorum jam recensentur, dum desunt tres illi naufragi. — Ex iis autem sociis, qui tunc in Indiam venerunt, P. Antonius de Quadros die primo Januarii 1556 Provincialis Indiae Orientalis electus [10], reluctans et nonnisi propter insistentem sociorum voluntatem tandem sequenti die, 2. Januarii 1556, munus acceptavit [11]. Qui in praesenti Catalogo nondum Provincialis titulo insignitur. Unde prima conclusio: *Catalogus* post adventum omnium novem sociorum, i. e. *post 9. Septembris 1555*, sed ante electionem P. Antonii de Quadros, Praepositi Provinciae, i. e. *ante diem 1. (vel. 2.) Januarii 1556* confectus est. — Praeterea, die 1. Novembris 1555 *P. Nicolaus Lancillotti* in domo Coulão in gravem morbum incidit [12], unde, cum frustra remedia adhibuisset, Goam se contulit [13]; sed postquam praesens partem habuit in electione P. Antonii de Quadros [14], mense Januario 1556, de medicorum consilio ad suam Residentiam Coulão rediturus, Collegio valedixit. Die 28. Januarii e Collegio Cochinensi, ubi iter faciens consti-

---

[1] *Doc. Ind. III*, 385/6: Antonius de Quadros sociis Conimbricensibus, Goa, 18. Dec. 1555.

[2] *Doc. Ind. III*, 372/3: Aires Brandão sociis in Lusitania degentibus Goa, 15. Dec. 1555.

[3] *Doc. Ind. III*, 401: Antonius de Quadros sociis Conimbricensibus, Goa, 18. Dec. 1555. — *Doc. Ind. III*, 331: A. de Quadros - P. Jacobo Mirón, Goa 6. Dec. 1555.

[4] Ib. (*Doc. Ind. III*, 401).

[5] *Doc. Ind. III*, 372/3 (cf. annot. 2).

[6] Ib. - Pro nomine Asumpção (= Algaravia-a-Velha) vide *Doc. Ind. III*, 387.

[7] *Doc. Ind. III*, 373.

[8] *Doc. Ind. III*, 270/1.

[9] Gómez de Brito, *Historia tragico-maritima II* (1904) 5-46. — *Doc. Ind. III*, 293, 373-376, 602-606; 354[101] (Cf. ib. in Indice sub voce *Conceição*).

[10] Polanci Chron. V, 664-666.

[11] Polanci Chronicon V, 666-667.

[12] *Doc. Ind. III*, 452: Nicolaus Lancillotto - Ign. de Loyola, Cochim, 28. Jan. 1556.

[13] Ib.

[14] Ib.

terat, Praeposito Generali epistolam scribit[15]. *Quando vero Goam pervenerit,* a morbo curandus, non clare patet: neque P. Antonius de Quadros in epistola die 6. Decembri 1555 Goā scripta[16], neque Frater Aires Brandão in litteris die 15. Decembris 1555 Goae subsignatis[17], neque etiam P. Balthasar Díaz, die 20. Decembris 1555 e Collegio Goano scribens[18], P. Nicolaum Goam venisse meminit. P. de Quadros, dum de eo scribit, eum in domo Coulão degere supponit[19]; Frater Aires Brandão omnes Patres, qui tunc Goae versabantur, nominatim recenset, inter quos P. Nicolaus non invenitur[20]; P. Balthasar Díaz de ejus gravissimo morbo litteras acceperat[21]. Sed cum dictae epistolae sint longiores: quando singulae earum partes scriptae sint, saepius latet; dies etiam in fine epistolae adjectus, aliquando multis diebus post textum, conclusionis gratia, adjungi potuit. Propterea ex istarum epistolarum silentio vix certum erit argumentum. Ex epistola tamen supradicta Fratris Aires Brandão (15. Dec. 1555) id sequi videtur, P. Nicolaum *circa diem 19. Novembris* nondum Goam advenisse; elenchum enim Patrum tunc Goae residentium praecedunt haec verba: « Depois de ter scrito atéqui, a 19 dias do mes de Novembro ... »[22]. Immo, ea quae (antequam ad elenchum supradictum perveniat) narrat, aliquibus diebus post diem 19. Novembris ad ejus notitiam venisse videntur[23]. Qua de causa P. Nicolaum vel Novembri exeunte vel probabilius Decembri 1555 Goanam civitatem ingressum esse concludimus. Cum vero in praesenti Catalogo inter socios Collegii Goani recenseatur, Catalogus iste brevi mora, qua Goae versabatur (uti antea statuimus: ante diem 1./2. Januarii 1556) confici debuit. Ut autem silentio trium illarum epistolarum mense Decembri scriptarum (quae notam de ejus adventu utique addere potuissent) non omnem vim tollamus, cum sufficienti certitudine *ad mensem Decembrem 1555 restringi posse tempus compositionis* retinemus.

3. *Quod partem Japonicam Catalogi attinet,* elenchus 11 nomina continet, scl. 4 Patres et 7 Fratres: *ex praecedenti Catalogo* (Indiae Orientalis, Januario 1553 exarato) *remanent quattuor*: duo Patres, scl. Cosme de Torres et Balthasar Gago, et duo Fratres: Juan Hernández et Duarte de Silva. Quintus, *scl. Fr. de Alcáceva,* ut supra diximus[24], die 19.

---

15 *Doc. Ind. III,* 451-455.

16 *Doc. Ind. III,* 329-354; praesertim 347, ubi expresse de P. N. Lancillotto.

17 *Doc. Ind. III,* 365-378; praesertim 377, ubi elenchus Patrum in Collegio Goano tunc residentium.

18 *Doc. Ind. III,* 402-409, praesertim 404-405, ubi de gravissimo morbo P. Nicolai.

19 *Doc. Ind. III,* 347, cf. annot. 16.

20 *Ooc. Ind. III,* 377, cf. annot. 17.

21 *Doc. Ind. III,* 404-405, cf. annot. 18.

22 *Doc. Ind. III,* 375.

23 Naves quae ad opitulandum naufragis navis « Conceição » die 28. Octobris 1555 e portu Goano abierant (*Doc. Ind. III,* 294), secundum Aires Brandão die 19. Novembris in medio mari barcam naufragis plenam obviam habuerunt. Dux navium hos naufragos Cochinum misit (*Doc. Ind. III,* 375-376). Unde nuntius nonnisi post dies Goam penetrare potuit.

24 Vide superius, Introd. ad Cat. Jan. 1553 (p. 6 et annot. 23 et 24).

Octobris 1553, jussu P. Cosmae de Torres, e Japonia iterum profectus est, in Indiam rediturus, ad informandos Superiores de progressu rei christianae in Japonia; qui simul cum Fr. Emmanuele Távora corpus Xaverii e civitate Malacca in Indiam perduxit [25]. P. Magistri Francisci venerandae reliquiae die 16. Martii 1554 Goam perlatae sunt [26]. Vix dubium, quin eodem tempore etiam Petrus de Alcáceva eo advenerit. — Reliqui 7, scl. 2 Patres et 5 Fratres, medio fere Aprili 1554 e portu Goano ad Extremum Orientem abierunt [27]: quorum dux erat P. Melchior Núnez Barreto, Xaverii post Magistrum Gasparem Bazaeum in regenda Indiae Orientalis Provincia successor; quem comitati sunt P. Gaspar Vilela et Fratres António Díaz, Melchior Díaz, Luís Fróis, Estévão de Góis, Fernão Méndez Pinto [28]. E quibus Luís Fróis, ceteris die 1. Aprilis 1555 e portu Malaccensi proficiscentibus [29], in illa civitate detentus est [30]. P. Melchior Núnez Barreto et socii, propter infelicem navigationem jam infecta re Malaccam redeuntes [31], duas naves Lusitanas obviam habuerunt, quae a Java Occidentali ad Sinas iter faciebant [32]. Cum illis ergo, mutato navigio, ad Sinas se contulerunt [33] ac die 15. Julii 1555 ad insulam Sancian pervenerunt [34]. Unde P. Melchior opportunitatem nactus est navigandi ad civitatem Kanton [35], in qua (antequam cum sociis iter Japonicum aggrederetur) Fratrem Stephanum de Góis ad addiscendam linguam Sinicam manere jussit [36]. Fr. Antonius Díaz, ut ab infirmitate convalesceret, e Sinis Malaccam rediit [37]. Tandem P. Melchior Núnez Barreto cum P. Gaspare Vilela et tribus Fratribus, scl. Melchiore Díaz, Ferdinando Méndez Pinto, et Roderico (Ruy) Pereira interim in Societatem admisso, initio Julii 1556 in Japoniam advenerunt [38]. Fernão

---

[25] *Doc. Ind. III*, 75-76; Melchior Núnez Barreto - Ign. de Loyola, in mari inter Goam et Cochinum, Majo 1554; *Doc. Ind. III*, 144: Fernão Méndez Pinto sociis in Lusitania, Malaca, 5. Dec. 1554.

[26] *Doc. Ind. III*, 76 (cf. annot. 25).

[27] *Doc. Ind. III*, 172: Aires Brandão-sociis Conimbricensibus, Goa, 23. Dec. 1554.

[28] *Doc. Ind. III*, 85: Melchior Núnez Barreto - Ign. de Loyola, in mari Goa-Cochim, Maio 1554. - Aliquando etiam Fr. Bras Dias inter socios illius itineris nominatur (*Doc. Ind. III*, 181, 226). Erronee tamen, nam P. Melchior Núnez Barreto, jam cum ceteris iter maritimum agens, eum non commemorat. Neque postea in Missione Japonica mentio ejus fit.

[29] *Doc. Ind. III*, 314, 362 (cf. annot. 30).

[30] *Doc. Ind. III*, 311-322: Luís Fróis - sociis Goanis, Malaca, 1. Dec. 1555. — *Doc. Ind. III*, 359-365: Luís Fróis - sociis in Lusitania, Malaca, 15. Dec. 1555.

[31] *Doc. Ind. III*, 316-317: Luís Fróis - sociis Goanis, Malaca, 1. Dec. 1555. — *Doc. Ind. III*, 362: Luís Fróis - sociis in Lusitania, Malaca, 15. Dec. 1555.

[32] Ib. (Utroque loco).

[33] Ib. (Utroque loco).

[34] Fróis I 49.

[35] Melchior Núnez Barreto - Fratribus S. J. in Europa, Macao, 23. Nov. 1555, *Cartas* (Alcalá 1575), 63-68; *Cartas* (Évora 1598) 32v-37.

[36] *Doc. Ind. III*, 714, 714 [53].

[37] *Doc. Ind. III*, 528.

[38] Cosme de Torres - Ign. de Loyola, Bungo (Funai = Ōita), post 6. Sept. 1557, hisp., Orig., *J. 4*, 72-72v: « Siemdo yo lheguado a esta tierra por el mes de Mayo de 1556 [e civitate Yamaguchi ad 'regnum' Bungo], lheguó aquí el

Méndez Pinto vitam saecularem novitius repetiit[39]; qui cum P. Melchiore Núnez Barreto et Fr. Melchiore Díaz initio Novembris 1556 Japoniae valedixit[40]; ac simul, post medium mensem Februarium 1557, Goam redierunt[41]. Quapropter, cum Decembri 1555 Catalogus iste fieret, P. Melchior Núnez Barreto cum P. Gaspare Vilela et quinque illis Fratribus (in praesenti elencho in Japonia recensitis) longe ab illa Missione aberant.

4. Catalogus editus est in *Doc. Ind. III* 409-412.

P.e Mestre Melchior en la emtrada de Julho del mismo ano, em cuya compañía vinían hun Padre e 3 Hermanos ... » Cum Luís Fróis Malaccae remanserit, Stephanus de Góes se in urbe Kanton studio linguae Sinensis dederit, Antonius Díaz e Sinis Malaccam reversus sit, tertius e praedictis tribus Fratribus alius esse nequit nisi Ruy Pereira, unus ex orphanis, qui P. Melchiorem in Japoniam comitati sunt (*Doc. Ind. III*, 85), qui mox aperte inter socios recensetur (cf. *Doc. Ind. III*, 714-715).

[39] G. SCHURHAMMER S. J., *Fernão Mendez Pinto und seine « Peregrinaçam »*, in: ASIA MAJOR, vol. III (Lipsiae 1926), 96-98, annot. 1. — Elenchus (*Ajuda 49-IV-56*, f. 9) ibi allegatus factum utique probat (Fratrem Méndez Pinto ex Ordine iterum egressum esse), sed anni indicatio (1554) necessario falsa est, quia F. Méndez Pinto nonnisi post adventum in Japoniam Societatem reliquit.

[40] « Las casas que nos dió el Rey [de Bungo], hizimos delhas huna eclesia, con más moradas e recogimentos, en los quales pozamos, demtro en el campo que compramos; a lo azer de la qual eclesia, los Christianos con sus trabajos nos ajudaron. La primera misa, que nelha se dixo, fue por día de Todolos Santos, la qual el P.e Mestre Melchior dixo, viniemdo de la embarcación en la qual ya estava ... »: Cosme de Torres, Bunga (Funai = Ōita), [7. Nov. 1557], hisp., orig., *J. 4*, 72v.

« Neste comedio, lhegamdo-se el tiempo de partir la nave de los Portugezes, que nesta tierra estava, alhando-se el P.e Mestre Melchior malo de febres comtinuas, las quales tuvo mientras en la tierra estuvo, e viendo la tierra con la dezemquietación en que estava, se volvió, deixando el Padre que trahía e dos Ermanos, de manera que con los que ca estavan, y los que quedavan, emtre Padres y Ermanos somos hocho ... »: ib.

De tempore profectionis P. Melchioris e Japonia e supradicta epistola sufficienter constat: abiit Novembri 1556. Reliquit P. Gasparem Vilela et duos Fratres, qui cum ipso venerant. Qui sunt hi Fratres? Quinque Fratres ex India secum eduxerat: ex his Luís Fróis, António Diaz, Estévão de Góes vel Malacae vel in Sinis remanserant; in Japonia Fernão Méndez Pinto, novitius e Societate egressus erat; ille et Melchior Dias (*Doc. Ind. IV*, 845) cum P. Melchiore Núnez Barreto in Indiam redierant. Propterea hi duo Fratres, quos, secum adductos, in Japonia reliquit, non possunt esse nisi duo ex adolescentibus orphanis, qui cum eo venerant. Qui vel in itinere (saltem unus) vel in ipsa Japonia in Societatem admissi sunt: scl. Ruy Pereira et Guilhelme Pereira. Praeterea ipse P. Cosmas de Torres Ludovicum de Almeida in Ordinem receperat, ita ut Novembri 1557 in Japonia octo socii numerarentur.

[41] Nam et Luís Fróis (Goa, 30. Nov. 1557) asserit Episcopum Andream de Oviedo cum sociis die 15. Februarii 1557 e Collegio Goano in Aethiopiam abiisse: *Doc. Ind. III*, 712; et P. Melchior Núnez Barreto expresse statuit, eos profectos fuisse, quando ipse e Japonia in Indiam reverteretur (*Doc. Ind. IV*, 520-521). Si testi saepe non satis fido hic fidem adhibere licet: illi (secundum opus Ferdinandi Méndez Pinto) die 14. Novembris 1557 Goam pervenissent (Vide G. SCHURHAMMER S. J., *Fernão Mendez Pinto und seine « Peregrinaçam »*, in: ASIA MAJOR, vol. III [Lipsiae 1926] p. 86).

Textus

Goa 24 I 4/4v.

†

IHS

Lista de los Padres y Hermanos
que están en la India
[Dec. 1555]

[4v] Japón [1]

+ O P. M. Melchior [Núnez Barreto]
+ Cosmo de Torres
+ P. Balthesar Guago
+ P. Gaspar Vilella
+ Joam Fernández
+ António Díaz
+ Fernán Méndez
+ Melchior Díaz
+ Luís Fróis
+ Estávan de Góis
+ Duarte da Silva

3


CATALOGUS BREVIS INDIAE ORIENTALIS CUM ELENCHO PUERORUM COLLEGII S. PAULI IN CIVITATE GOA

[Nov./Dec. 1557]
[Pro Japonia: Nov. 1556]

1. Unum quod novimus exemplar istius Catalogi in volumine primo Catalogorum Indiae Orientalis in ARSI exstat: Goa 24 I 3-3v, 2-2v. Duo folia chartae europaeae, 29-29,7 et 28,8-29,2 cm. alta, 19,7-20,1 et 20,2-21 cm. lata complectitur. Textus duabus columnis dispositus est. *Goa 24 I* 3r Patres ac Fratres Collegii S. Pauli comprehendit. *Goa 24 I* 3v ceteras Domus, Residentias, Missiones Indiae Orientalis recenset: post quas in eadem pagina 3v nomina puerorum Lusitanorum Collegii sequuntur. *Goa 24 I* 2-2v omnes alios pueros variarum stirpium continet.

---

[1] De omnibus sociis in Japonia recensitis vid. introd. ad hunc Cat., nr. 3.



Delineamenta antiqua japonica ASIAE, AFRICAE, EUROPAE, facta sub influxu cartographiae europaeae. Saec. 17 ?   Vid. Indicem Tabularum.

Titulus generalis est hic: « † Jesus. Rol dos Padres e Irmãos que estão neste Collégio de Goa », cui alia manus [Polanci] addidit annum: « 1558 ». Domus vero extra metropolim Goanam sine novo titulo generali, cum suo quaeque nomine ut titulo, sequuntur. Elenchus dein puerorum sub hoc titulo generali comprehenditur: « Rol dos moços e toda a mais jente que está neste Collégio »; quem titulum Polanco complevit, scribens: « de Goa ». Singulis nominibus Patrum, Fratrum, puerorum, numerus progressivus praemittitur, ita tamen, ut in Collegio Goano singulae classes (seu manipuli) sociorum, extra Goam singulae domus seu Missiones, inter pueros vero singulae stirpes propria numeratione absolvantur[1]. Nos infra scriptis subtitulis numerationem illam addimus.

Subtituli, duabus columnis, ut in manuscripto, dispositi, sunt hi:

f. 3 (*Columna sinistra*	*Columna dextera*
Profesos (1-6)	Irmãos Novícios (1-34)
Sacerdotes (*add. manu Polanci*) (7-15)	
Irmãos que ja têm feitos os votos (1-20)	Sam por todos os Padres e Irmãos que ao presente aqui ficão sesenta e nove

f. 3v *Columna sinistra*	*Columna dextera*
Cochim (1-7)	Tanna (1-3)
Coulão (1-2)	Baçaim (1-5)
Cabo de Comorim (1-6)	Ormus (1-3)
Santhomé (1-2)	Preste Joam (1-6)
Malaca (1-2)	Sam por todos os Padres e Irmãos que andão por estas terras fora do Collégio cinquoenta e dous
Maluco (1-9)	
Jappão (1-7) e dous moços dos horfãos	Rol dos moços e toda a mais jente que está neste Collégio [de Goa] Os moços portugueses (1-15)

1 Singulae repartitiones, seu classes, seu manipuli, seu domus, in ms. divisae sunt ab invicem lineis transversis, ut nos imitamur.

f. 2 *Columna sinistra*

Os Castiços
(1-9)

Os Mestiços
(1-18)

Os Malavares
(1-9)

Columna dextera

Malucos
(1)

Os Bemgualas
(1-5)

Os Peguuns
(1-2)

Os Cafres
(1-4)

Os Guzerates
(1-2)

Os Arménios
(1)

Os moços de casta Mouro
(1-6)

Os Dacanins
(1)

Os Canarins
(1-5)

f. 2v *Columna sinistra*

[Os Canarins]
(6-40)

Os Jaos
(1-4)

Columna dextera

Os Chinas
(1-6)

Abexins
(1)

Macaçares
(1)

Os moços cativos de casa
(1-9)

Sam estes moços por todos os que ao presente fiquão neste Collégio cento e trinta e tres [2]

Juxta titulum generalem adhuc conspiciuntur antiquae numerationes foliorum vel paginarum: 4, 7, 15, 3; porro, fol. 2r prius erat pag. 6, fol. 2v vero pag. 7. Ad finem textus, fol. 2v alia manus adjecit: « Lista delle persone che [*verbum* stanno *vel* sono, *absumpta charta, excidit*] nell'India della Compagnia ».

2. *De tempore compositionis Catalogi Patrum Fratrumque S. J.* dubium non est: quod e variis factis, quae Catalogus continet, erui potest. Nam P. Magister Melchior Núnez Barreto, qui mense Februario anni 1557

[2] Sunt vere 134.

e Japonia Goam redierat [3], die 21. Septembris ejusdem anni 1557 in Collegio S. Pauli, Goae, 4 votorum solemnium professionem emisit [4]. Die 30. Novembris vero Ludovicus Fróis e Collegio Goana scribens, de eo dicit: «Agora parte [o Pe Mestre Melchior] pera Cochim» [5]. Qui in Catalogo jam ut professus, et in Collegio Cochinensi (Rector) recensetur. — Porro, Ludovicus Fróis in eādem epistola diei 30. Novembris 1557 refert: aliquos socios in procinctu esse proficiscendi e Collegio Goano ad promontorium (Cabo) Comorim: «outros que *agora an-de hir* daqui do Collégio» [6]. Qui die 12 Decembris 1557, item e Collegio Goano scribens, de iisdem sociis asserit: «Pera o Cabo de Camorim *hé ido* o Padre João de Mesquita e o Padre Michael» [7]. In praesenti Catalogo duo illi Patres jam in Missione «Cabo de Comorim» inveniuntur. In epistola diei 30. Novembris 1557 Ludovicus Fróis mortem P. Francisci Anríquez et subsequentes eventus commemorat: «Por então falecer o Padre Francisco Amríquez, onde á muita christandade e mui bem principiada, foi pera [lá] o Padre Christóvão da Costa, e pera Cochim *está* o Padre Francisco López *de caminho*...» [8] Atqui, P. Fr. Anríquez, mortuus in Tana, die 3. Oct. 1557 [9], in Catalogo jam deest. In Tana autem jam recensetur P. Christóvão da Costa; in Cochim vero P. Franciscus López. — Addi potest, in isto Catalogo inscriptum inveniri P. Nicolaum Lancillotti, qui die 7. Aprilis 1558 in Coulão obiit [10]. — Quibus omnibus simul perpensis conclusio haec est: *praesens Catalogus vel sub finem Novembris vel initio Decembris 1557 Goae factus est.* — Quodsi *Doc. Ind. III* 785 et 785[9] effertur, P. Henricum Henríquez *contra Catalogum* mense Januario 1558 jam in Promontorio (Cabo) Comorim inveniri: id supradictae conclusioni non solum non contradicit, sed eam confirmat. Ille enim ineunte Decembri 1557 e Collegio Cochinensi ad Promotorium Comorim abiit [11]; cujus profectionis notitia nonnisi post aliquod tempus Goam pervenire poterat. Necessario ergo in Catalogo etiam tum in Collegio Cochinensi recensetur.

3. *Status Missionis Japonicae,* in praesenti Catalogo expressus, post ea, quae in Introductione ad Catalogum Decembris 1555 diximus [12], facile intelligitur: est enim ille status, quem P. Melchior Núnez Barreto, cum *initio Novembris 1556* e Japonia proficisceretur, ibi reliquit. Praeter

---

3 *Doc. Ind. III,* 712, simul cum *Doc. Ind. IV,* 520-521. Cf. Introd. ad Cat. Br. Ind. Or. Dec. 1555, annot. 41.

4 *Lus 1,* 6, lat., Autogr. Cf. *Doc. Ind. IV,* 55.

5 *Doc. Ind. III,* 714.

6 *Doc. Ind. III,* 715.

7 *Doc. Ind. III,* 750.

8 *Doc. Ind. III,* 703-704.

9 Gonçalo Rodríguez sociis in Lusitania, Thâna, 21. Nov. 1557: *Doc. Ind. III,* 692-693. Dies mortis ibi ab editore indicatur sec. codicem *Ulyss. II* (= *Ajuda 49-IV-56*) 254v: *Doc. Ind. III,* 693[13].

10 *Doc. Ind. IV,* 179-180: «Faleceo quinta feira de Endoenças deste anno de 58»: ita P. Antonius da Costa sociis in Lusitania, Goa, 26. Dec. 1558.

11 *Doc. Ind. IV,* 24.

12 Vide supra pp. 13-15 (Introd. ad Cat. Dec. 1555).

socios jam in ea degentes, ipse P. Gasparem Vilela adduxerat; sed e 5 Fratribus, qui eum ex India comitati erant, nullus in Japonia tunc remansit; quem ex India etiam quinque adolescentes orphani secuti erant, e quibus tres remanserunt in Japonia: unus jam in itinere in Societatem admissus, scl. Fr. Ruy Pereira, et alii duo, quorum nomina Catalogus tacet: Guilhelme Pereira, et Regueira [13]. Interim P. Cosmas de Torres in Bungo Lusitanum quendam, medicum et mercatorem, nomine Ludovicum de Almeida, in Ordinem receperat [14]. P. Cosmas de Torres in epistola die 7. Nov. 1557 data de *octo* sociis scribit [15]: dicit enim P. Melchiorem praeter Patrem Gasparem Vilela *duos* Fratres in Japonia reliquisse [16] (Barreto, redux in India, octavum ignoravit) [17]. Opinamur modum loquendi P. Cosmae de Torres minus exactum esse: nam P. Melchior praeter Fratrem R. Pereira etiam duos adolescentes orphanos (quasi ut candidatos) reliquit; e quibus unus, scl. Guilhelmus, ante diem epistolae (7. Nov. 1557) jam in sociorum numerum assumptus erat, ita ut tunc recte octo numerarentur. Ceterum nomina sociorum in Japonia, quae Catalogus continet, eadem in epistola Fratris Lud. Fróis, Goa, 30. Novembris 1557, recensentur [18].

---

[13] Nomina refert e. g. Lud. Fróis in epistola diei 30. Nov. 1557; *Doc. Ind. III*, 715.

[14] P. Melchior Núnez Barreto, cum in Japoniam adveniret, Ludovicum de Almeida jam Fratrem S. J. cum aliis sociis in regno Bungo invenit: epistola P. Melchioris Núnez Barreto, Cochim, 10. Jan. 1558: in *Cartas* (Evora 1598) *I* 48v.

[15] Cosm. de Torres - Ign. de Loyola, [Bungo, 7. Nov. 1557], hisp., Orig., *J. 4*, 72v.

[16] Ibidem.

[17] Lud. Fróis, de itinere Japonico et de reditu P. Melchioris scribens (a quo sine dubio ipse Goae edoctus erat), ita dicit: « Deixou então lá o Padre Guaspar Vilela que consigo levava e ho Irmão Ruy Pereira e outros dous mininos que tomão mui bem a lingoa, e asi se tornou pera a China pera dahi se vir pera a Imdia »: Luís Fróis, Goa, 30. Nov. 1557: *Doc. Ind. III*, 714. Paulo post, dans in eadem epistola elenchum sociorum in Japonia, Ruy Pereira quidem inter membra Societatis, Guilhelme et Rigueira nondum ut socios, sed ut orphanos a P. Melchiore adductos recenset: *Doc. Ind. III*, 715. (Numerus sociorum ibi relatus idem est ac in Catalogo nostro).

[18] *Doc. Ind. III*, 715. Cf. annot. praecedentem.

Textus

Goa 24 I 3-3v

†

Jesus.

Rol dos Padres e Irmãos que estão neste Collégio de Goa.

1558.

. . . .

[3v] Jappão [1]

1. ĩ o P.e Cosmo de Torres
2. ĩ o P.e Baltezar Gago
3. ĩ o P.e Gaspar Vilela
4. ĩ o Irmão João Fernández
5. ĩ o Irmão Duarte da Sylva
6. ĩ o Irmão Luís d'Almeyda
7. ĩ o Irmão Ruy Pereyra

ĩ dous moços dos horfãos

. . . .

4 (et 4 a)

LUDOVICI FRÓIS
CATALOGUS BREVIS COLLEGII GOANI ET TOTIUS INDIAE ORIENTALIS
MENSE NOVEMBRI 1559

[Pro Japonia: Oct./Nov. 1557]

1. Mense Novembri 1559 Fr. Lud. Fróis jussu P. Antonii de Quadros, Provincialis, e Collegio Goano amplam relationem de statu Provinciae Indiae Orientalis sociis in Europa scripsit. Cujus relationis 3a via, quae exstat in volumine *Goa 31,* adjunctum habet duplicem elenchum nominum, i. e. tum Collegii Goani, tum ceterarum domorum S. J. in variis Asiae regionibus constitutarum Catalogum Brevem. Totum illud documentum (Relatio [1] cum Catalogo [2]) 12 foliis chartae europaeae constat, 29,1-30 cm. altis et 20-20,6 cm. latis: *Goa 31* 113-113v, 102-112v. Duplex autem Catalogus fol. 110v et 111r occupat.

2. *Textus Catalogi Brevis Collegii Goani* scriptus est in folio 110v: sub titulo duabus columnis dispositus est. Titulus autem est hic: « Lista

[1] Vid. de sociis Missionis Japonicae introd. ad hunc Cat., nr. 3.

[1] Relatio Fr. Ludovici Fróis edita est in *Doc. Ind. IV,* 269-300.

[2] *Doc. Ind. IV,* 301-306.

dos Padres e Irmãos deste Colégio de Goa e de seus exercítios.» Primo numero, sine nomine, ponitur «O P.^{e} Patriarcha». Deinde textus, subtitulis ita divisus:

col. sinistra	*col. dextera*
Professos	Mestre da secunda clase
Mestre da lógica	Discípulos da secunda clase
Discípulos do curso	Mestre de ler & screver
Mestre da primeira clase	Oficiaes do Colégio
Discípulos da primeira clase	

Numerantur omnes, apposito singulis numero, 68. Sed post numerum 5 sequitur sine numero, translatus ab altero Catalogo (scl. e fol. 111), P. João de Misquita[3]. Numerus 33 bis ponitur; nomen quidem Luís de Góes, quod sub numero 31 et sub numero 33 (primo loco) invenitur, duos Fratres homónymos (non eundem) indicat; sed Fr. Pero Mascarenhas, qui numero 34 venit, antea occupabat numerum 63, nunc vacantem, quia ibi nomen ejus deletum est. Itaque, qui recensentur, sunt 69. Sed in fine textus adnotatur: «Sam por todos setenta e hum».

3. *Catalogus Brevis domorum extra metropolim Goanam positarum,* scriptus in fol. 111^{r}, similiter sub titulo duabus columnis ordinatus est. Titulus est hic: « — Lista dos Padres e Irmãos que andão por fora en diversas províncias». Textus sequentibus subtitulis dividitur:

col. sinistra	*col. dextera*
Japão	Tanaa
Maluco	Baçaim
Malaca	Damão
Choromandel	Urmus
Cabo de Comorim	Preste João
Coulão	
Couchim	

Numerantur universi 57; sed ab initio omnis domus vel Missio numeratione propria absolvebatur, ita ut Japão/Maluco/Malaca/Choramandel/Cabo de Comorim/Coulão suam quaeque numerationem haberent: 1-8/1-5/1-5/1-/1-7/1-3. Hi numeri postea in numerationem ab 1-29

[3] P. João de Mesquita illo tempore Superiorum voce e Missione Promontorii (Cabo) Comorim Goam vocatus, mense Novembri a sociis Goanis exspectabatur: *Doc. Ind. IV,* 372 (17. Nov. 1559, L. Fróis); *Doc. Ind. IV,* 390 (17. Nov. 1559, Franc. Rodriguez); *Doc. Ind. IV,* 450 (25 Nov. 1559, Franc. Cabral). Quam ob causam nomen ejus, deletum inter socios Promontorii Comorim, translatum cernitur in elenchum Goanum.

progredientem mutati sunt, ac deinde a 30 usque 57 sine correctionibus continuatum est. In fine invenitur haec nota: « São por todos os de fora 57 ». Sed nomina correspondentia numeris 22 et 23 deleta sunt: nomen primi = 22 (*prob.* P. Marcos Núnez) ita ex Catalogo disapparet; alterius vero nomen (P. João de Misquita, Professo, do Preste), ut supra diximus [4], post num. 5 Catalogi Goani, sed sine proprio numero, translatum est. Itaque non jam 57, sed 55 recensentur. Praeterea ad nomen, quod numerum 43 obtinet, scl.: « O P.e Alberto de Araújo » sua manu Luís Fróis notavit: « Já hé falecido » [5]. De quo paulo inferius.

4. Neque epistola seu relatio, neque Catalogus sunt originalia eo sensu, quod vel ab auctore propria manu scripta vel saltem subsignata sint. Diximus autem, auctorem uno loco sua manu textum correxisse; ubi verba addita pauca sunt, sed de scriptura nullum est dubium; accidit autem mors P. Alberti de Araújo, ut mox ostendemus, paucis diebus post quam Relatio et Catalogi composita sunt: ita ut auctor apographum istud (Relationem quidem duo amanuenses descripserunt, quorum alter etiam duplicem Catalogum transscripsit), antequam in Europam missum est, in manibus habuerit. Directio vero, amanuensis manu scripta, haec est: « Aos Reverendos Padres & charíssimos en Christo Irmãos dos Collégios de Coimbra e a todos os mais da Companhia de Iesu nas partes de Europa. — Da Índia. 3a via — Do processo dos Irmãos deste Collégio de São Paulo de Goa. — » [6] *Agitur igitur de apographo contemporaneo ab auctore reviso, et ejus nomine, jussu autem Provincialis, ex India in Europam misso.* Propterea de ' Quasi-originali ' loqui fas est.

5. Tempus compositionis (et subscriptio non-originalis) ad calcem Relationis (non ad calcem Catalogi) addita sunt: « Deste Colégio de S. Paulo de Goa, aos ⌈⌉ de Novembro de 1559 anos. / Por comissam do P.e António de Quadros, Provincial / Servus inutilis omnium Luís Fróis » [7]. *Dies* compositionis desideratur. Sed in fine Relationis auctor dicit: Goae exspectari reditum P. Melchioris Carneiro, qui ad Collegium Cochinense abierat [8]. Atqui P. Melchior Carneiro die 12. Novembris 1559 Goam rediit [9], ita ut Relatio *ante* ejus regressum composita sit. — Praeterea die sequenti, 13. Novembris 1559, etiam P. Albertus de Araújo e Domo Bassainensi, graviter aegrotans, Goam advenit [10]. Qui paucis diebus post, die 18. Novembris 1559, ibidem obiit [11]. — In Catalogo P. Melchior Carneiro omnino deest; P. Albertus de Araújo in Collegio Bassainensi recensetur. Quapropter tum Relatio tum Catalogus *ante diem 12. Novembris 1559* composita sunt. Mortem P. Alberti

---

[4] Vide supra, hujus Introd. num. 2, et ibidem annot. 3.

[5] De morte P. Alberto de Araújo videas *Doc. Ind. IV*, 406-407: Luís Fróis, 19. Nov. 1559, e Collegio Goano.

[6] *Doc. Ind. IV*, 300.

[7] Ib.

[8] *Doc. Ind. IV*, 299.

[9] *Doc. Ind. IV*, 406: Luís Fróis, Goa, 19. Nov. 1559.

[10] Ib.

[11] *Doc. Ind. IV*, 407 (eadem epistola ac in annot. 9 et 10).

Ludovicus Fróis, in eadem Goana metropoli degens, utique mox resscivit, et, ut diximus, sua manu in Catalogo subjunxit.

6. *De parte Japonica istius Catalogi* pauca dicenda sunt. L. Fróis in dicta Relatione (cui Catalogus adnexus est) Novembri 1559 ita scribit:

« De Japão lhe não screvo por não termos o anno passado carta nem recado dos Padres ... »[12]. — Et die 17. Novembris 1559 idem L. Fróis dicit: « De Japam corre em dous annos que não temos cartas »[13].

Quare mirum non est, si in Catalogo Novembris 1559 nomina sociorum in Japonia degentium eadem sunt, quae jam in Litteris annuis (« Carta geral ») Indiae Orientalis, quas P. Antonius da Costa die 26. Decembris 1558 in Collegio Goano ad finem perduxit[14], leguntur[15]. Addit earundem Litterarum annuarum auctor:

« Pode ser que, antes da partida das Naos, chegue alguma embarcasão daquellas partes; e vindo nella suas cartas, mandarão as mais certas novas »[16]. Neque vero tunc epistolae e Japonia allatae sunt.

A tempore tamen Litterarum annuarum anni 1557, quas eorum auctor L. Fróis *die 30. Novembris 1557* ex eodem Collegio Goano misit, aliquas epistolas e Japonia in Indiam pervenisse necesse est. Sine dubio epistola P. Cosmae de Torres, die 7. Novembris 1557 e ' regno ' Bungo scripta[17], jam allata erat. Quae videtur Goae transscripta; nam exstat apographum, cui L. Fróis sua manu hanc notam inscripsit: « † Cópia de huma do P.e Cosme de Torres de Japão. — 1a via » (Alia manus addidit « 7 de Deziemb. (!) 1557 »)[18]. Aliae epistolae ejusdem fere temporis, e Japonia scriptae, quarum textus exstat[19], vix dubium quin eãdem occasione in Indiam pervenerint. Elenchus vero sociorum in Japonia operam dantium a praecedenti[20], qui informationibus P. Mel-

---

12 *Doc. Ind. IV*, 297.

13 *Doc. Ind. IV*, 372.

14 *Doc. Ind. IV*, 174-199.

15 *Doc. Ind. IV*, 177-178.

16 *Doc. Ind. IV*, 178.

17 Epistola originalis, *J. 4*, 72-73v, subscriptionem, manu propria, continet: « Cosme de Torres ». Inscriptio est haec: « — Pera el mui Reverendo P.e Miser Ygnasio, Prepósito general de la Comp.a de Jesus. em Roma. De Japan ». In epistola locus et tempus desunt. Sequitur *J. 4*, 74-75v ejusdem fere textũs apographum, cui in fine additur: « De Japón, a los siete de Noviembro de 1557 annos ». Subscriptio non est autographa. Verba manu Ludovici Fróis adjuncta inveniuntur in fol. 75v.

18 Vide annot. praeced.

19 Cf. Streit, *Bibl. Miss. IV*, nr. 1407, 1408, 1409. — Praeter epistolam P. C. de Torres, datam die 7. Novembris 1557 (ita etiam *Cartas* [Alcalá 1575] 78v-80v; et *Cartas* (Évora 1598) I 51-52v), ibidem duae aliae epistolae recensentur: Gaspar Vilela, sociis in India et Europa, Firando (Hirado), 29. Octobris 1557: cf. *Cartas* (Alcalá 1575) 82v-88; *Cartas* (Évora 1598) *I* 54-61v, ubi in titulo ponitur dies 29. Octobris, in fine vero « vintoito de Outubro de 1557 »; Luís Dalmeida - P. M. Melchior Núnez Barreto, 1. Novembris 1557: cf. *Cartas* (Alcalá 1575) 80v-82v; *Cartas* (Évora 1598) *I* 52v-53v.

20 Cf. doc. 3: Cat. Br. Ind. Or. Nov./Dec. 1557.

chioris Núnez Barreto (initio Novembris 1556 Missionem illam relinquentis) innitebatur, uno solo nomine differt: Nam ex duobus adolescentibus orphanis, quos ille elenchus commemorabat, unus, scl. Guilherme (Guilhelmus), interim in Societate admissus cernitur.

7. Praeter Catalogum hucusque descriptum, quem documentum quasi-originale vocavimus, exstat in codice Conimbricensi II [21] (= Lisboa, Biblioteca Nacional, *Fundo Geral 4534*, 173ʳ-173ᵛ) apographum s. XVI. alicujus Catalogi bipartiti (i. e. tum Collegii Goani, tum ceterarum domorum ac Missionum S. J. in India Orientali), qui in multis supra descripto Catalogo a Ludovico Fróis proposito consimilis est, sed in aliis non paucis ab illo discrepat. Dispositio enim generalis , ac series domorum et personarum, in multis omnino concordat; sed transpositiones tum locorum tum sociorum rarae non sunt; praeterea numeri, singulis nominibus appositi, desunt; nomina complura omittuntur. Indicatur quidem summa omnium, scl. Goae 70, extra Goam 57, sed de facto recensentur Goae 66 (e quibus unus postea deletus), extra Goam 54. — Quae omnia evincunt, non agi simpliciter de transscriptione alius viae ejusdem documenti. Sed etsi in titulo additum sit: « do anno de 1560 », nihilominus hic Catalogus quoad substantiam ejusdem temporis est atque ille elenchus, quem Ludovicus Fróis suis litteris junxit. Nam *neque hic Catalogus post 12. Novembris 1559* compositus est: quo die P. Melchior Carneiro Goam rediit [22], qui in Catalogo desideratur. Ac sequenti die, scl. die 13. Novembris, advenit P. Albertus de Araújo [23], infirmus, qui jam die 18. Novembris Goae e vita cessit [24]: is in elencho etiam tum in domo Baçainensi invenitur. Neque (ut in Catalogo Ludovici Fróis) de morte ejus quidquam adnotatur. De cetero, sociorum munera et distributio per varias domos, fere Catalogo Ludovici Fróis correspondent; quare ejusdem fere temporis esse oportet; certo vero post initium Septembris anni 1559, quando P. Antonius de Quadros munus Provincialis suscepit [25].

8. *De parte Japonica istius apographi* notandum videtur: etiam, in ea jam inter socios numerari Fr. Guilhelmum Pereira; qui tum in Catalogo Ludovici Fróis, tum in informationibus P. Francisci Cabral (Goa, 25. Novembris 1559 [26]) et P. M. Núnez Barreto (Cochino, 15 Jan. 1560) [27] recensetur.

Catalogus a Ludovico Fróis propositus editus est in *Doc. Ind. IV*, 301-306. Elenchus transscriptus in codice Conimbricensi II ibi breviter describitur, sed in apparatu critico variationes vix indicantur.

Nos Catalogum voluminis Conimbr. II. sub numero 4a addimus, sine alia Introductione (praeter ea quae hic sub num. 7 dicta sunt).

---

[21] Descriptionem codicis habes in *Mon. Xav. I* (Matriti 1899/1900) XX.
[22] Cf. supra, annot. 9.
[23] Cf. supra, annot. 10.
[24] Cf. supra, annot. 11.
[25] *Doc. Ind. IV*, 291, cf. 287-290.
[26] *Doc. Ind. IV*, 448.
[27] *Doc. Ind. IV*, 512.

Textus

4

Goa 31, 110v-111

†

Lista dos Padres & Irmãos
deste Colégio de Goa e de seus
exercítios
[Nov. 1559]

†

[111] Lista dos Padre e Irmãos que andão
por fora en diversas províncias

Japão [1]

1 ĩ O P.e Cosmo de Torres
2 ĩ O P.e Baltezar Gago
3 ĩ O P.e Gaspar Vilela
4 ĩ O I. Yoão Fernández
5 ĩ O I. Duarte da Silva
6 ĩ O I. Luís Dalmeida
7 ĩ O I. Ruy Pereira
8 ĩ O I. Guilherme

4 a

Conimb. Z =
Lisboa, Bibl. Nac.
F. G. 4534 ff. 173-173v

[173a-b] Lista dos Padres e Irmãos deste Collégio de Goa e de seus
exercícios. Do anno de 1560. [1]
[Nov. 1559]

[173b] Lista dos Padre e Irmãos que aõdão por fora
em diverssas províncias.

[Primo loco:] Em Iappão: 8. [2]

O P.e Cosme de Torres e Ir. Gilherme

---

1 Vid. introd. ad hunc Cat., nr. 6.
1 Vid. introd. ad Catal. 4-4a, nrr. 7-8.
2 Vid. ib., nrr. 6 et 8.

O P.e Balthesar Gago
O P.e Gaspar Vylela
O Irmão Ioão Fernández
O Irmão Duarte da Sylva
O Irmão Luís d'Almeida
O Irmão Rui Pereira

[173[b]] [Em Goa:] São por todos setenta
São todos os de fora sinquoenta e sete.

5 (1-6)

INFORMATIONES DE PERSONIS SOCIETATIS IN INDIA DEGENTIBUS JUSSU PRAEPOSITI GENERALIS P. JACOBI LAINII CONFECTAE

[1559 - 1560]

1. Initio Septembris 1559 ad litus Goanum appulerunt naves e Lusitania advectae[1], quae desideratissimos ex Europa nuntios[2] attulerunt, praesertim de electione novi Praepositi Generalis, P. Jacobi Lainii, qui die 22. Julii 1558 Ignatio de Loyola, Ordinis Fundatori, in regenda Societate Jesu successit[3], necnon de nominatione P. Antonii de Quadros, Provincialis Indiae Orientalis[4]; simulque varii generis scripta et epistolae allatae sunt, tam de Romana Curia S.J., quam ex aliis Europae regnis[5]. Inter ea fuere litterae a P. Johanne de Polanco, nomine P. Jacobi Lainii, Generalis, die 26. Januarii 1559[6] ad Provincialem Indiae, P. Gundisalvum da Silveira[7], missae, quibus Provincialis tum ipse per se, tum per quosdam alios gravissimos Patres, de singulis

---

[1] *DI IV*, 289-291, 373.

[2] Ib., 290-291.

[3] *Lainii Mon. III*, 391-401.

[4] *DI IV* 291.

[5] *DI IV*, 271-272, 290-291, 314, 354, 373-374, 427.

[6] Vel 16. Januarii 1559: unicus testis, scl. titulus Informationum P. Gundisalvi da Silveira, autographus, non omne dubium tollit: cf. infra, in hac Introductione 3, 5) = pag. 32; cf. *DI IV*, 466, ubi tamen nihil de dubia ista lectione. Epistola illa Polanci, nomine Generalis scripta, etiam in aliis Informationibus, quamvis sine temporis indicatione, commemoratur; cf. *DI IV*, 375 (Informationes Francisci Rodríguez); *DI IV*, 414 (Melchioris Carneiro); *DI IV*, 446 (Francisci Cabral); *DI IV*, 501 (Melchioris Núnez Barreto).

[7] P. Gundisalvus (Gonçalo) da Silveira in India munus Provincialis exercuit a mense Septembris 1556 usque ad Septembrem 1559; cf. *DI III*, 6*-7* et *DI IV*, 290-291.

Indiae Orientalis Provinciae sociis informationes conficere ac Romam mittere jubebatur [8].

2. Cui injunctioni ut pareret, P. Antonius de Quadros, in P. Gundisalvi locum suffectus [9], et ipse de singulis informationes scripsit, et aliquibus Patribus idem mandatum dedit. Quo factum est, ut praeter Provincialem 5 Patres eodem fere tempore ejusmodi informationes composuerint, hucusque exstanes:

17. Nov. 1559 P. Francisci Rodríguez,
[c. 18.] Nov. 1559 P. Antonii de Quadros, Provincialis,
[c. 20.] Nov. 1559 P. Melchioris Carneiro,
25. Nov. 1559 P. Francisci Cabral,
27. Nov. 1559 P. Gundisalvi da Silveira,
15. Jan. 1560 P. Melchioris Núnez Barreto.

3. Documenta ista breviter, eundem ordinem tenentes, describemus.

1) Informationes *P. Francisci Rodriguez* in vol. *Goa 24 I* ff. 16-21 [olim ff. 530-534; seu pagg. 19-29 (f. 21v non numerabatur, quia solam inscriptionem portabat); praeterea in summa prima pagina leguntur numeri 7 et 2]; constant ergo 6 foliis chartae europaeae, 29,2-30,1 cm. altis et 20,5-21,4 cm. latis.

Totum documentum est autographum. Prima textūs conclusio habetur in fol. 20v: « De Goa, oje, 17 de Novembre de 1559 »; sed eādem pagina quaedam de P. Melchiore Carneiro, jamjam Episcopo consecrando, et de P. Johanne de Misquita, proprio loco oblivione neglecto adduntur. Quibus absolutis in fine paginae sequitur subscriptio (autographa, sicut totus textus): « † Inutilis Frco Roïz ». Porro, sequenti pagina, quaedam alia adjunguntur, sc. de duobus candidatis in Ordinem recipiendis; ac repetitur subscriptio autographa, eadem ac supra. Deinde media fere pagina (f. 21) vacat. Fol. 21v inscriptionem exhibet:

†

« Ao muito Reverendo em Christo Padre
ho Padre Dioguo Laynes, Prepósito Geral da Companhia de Jesus.
Em Roma.
Da Yndia.
2a via.
Do P.e Francisco Rodríguez ».

In eādem inscriptionis pagina, alia manu, haec notata sunt: « 59, de Francisco Rodríguez ».

Quae informationes editae sunt in *Doc. Ind. IV*, 372-391.

---

8 Sensus epistolae P. Polanco ex Informationibus in India factis satis apparet. Textus periisse videtur. Cf. *DI IV*, 252, ubi inter Epistolas perditas numeratur.

9 Initio Septembris 1559: *DI IV*, 290-291.

2) *P. Antonius de Quadros* documento suo hunc titulum praefixit:

†
Jhs.

« Sindicação de todos os desta Província da India,
que Nosso Padre manda fazer ».

Provincialis judicia de singulis membris suae Provinciae continentur 4 foliis chartae europaeae, 30,3-30,7 cm. altis et 21,0-21,6 cm. latis, scl. *Goa 24 I* 22-25 [olim pagg. 30-36: fol. 25v non numerabatur; praeterea in fol. 22r cernitur numerus 8 et annus 1559]. Textus totus una manu scriptus est; quem tamen ipse Provincialis identidem correxit; in fine item aliquas lineas propria manu adjunxit. Ante finem, de istis correctionibus sese excusat: « As borraduras que vão nestes papeis perdoe V. Paternidade, porque pola muyta presa que a caravela [10] em que avião de ir tinha, não se pudérão tornar a tresladar, e foy necessário borrar-se o que vay borrado ». Fol. 25v, post 5 lineas textus, sequitur subscriptio autographa auctoris: « Antº de Quadros ». Deinde inscriptio:

†
« Ao muito Reverendo en Christo Padre
Nosso, o Padre Diogo Laínez,
Geral da Companhia de Jesus.
En Roma. Da India.
2ª via ».

Sigillum, vel ejusdem vestigia, non cernuntur. Alia manus in latere postea adnotavit: « Sindicacion di tutti quelli, che stanno nell'India ».

Documento *dies et locus* nullus adjectus est. Sed cum in eo neque de expeditione Aethiopica (quae die 21. Nov. 1559 determinata est [11]), neque de morte P. Alberti de Araújo (qui die 18. Novembris 1559 Goae defunctus est [12]) ullum verbum vel ulla allusio legatur, ante diem 18, Novembris 1559 confecta vel saltem coepta esse videtur; quot diebus antea, ignoramus. Quia vero Informationes P. Francisci Rodríguez, etsi die 17. Novembris 1559 signatae, pluribus diebus antea coeptae sunt (ut ex earum textu certo constat [13]): ordinem chronologicum ab

---

[10] Quando ista navis profecta sit, ex aliis documentis non sufficienter constare videtur. Si de ejus profectione certam notitiam haberemus, etiam tempus, quo documentum ad finem perductum sit, forsitan accuratius determinari posset.

[11] *DI IV*, 433. — Die 23. Novembris 1559 Provincialis nominationem sociorum Expeditionis Aethiopicae publicam reddidit: *DI IV*, 430.

[12] *DI IV*, 406-407.

[13] Postquam multas jam paginas suarum Informationem exaravit, dum de sociis in Damão residentibus agit, ita prosequitur: « Estava com ele [i. e.

editore MHSI introductum quoad documentum P. Antonii de Quadros retinendum esse visum est.

Documentum editum est in *Doc. Ind. IV*, 396-405.

3) Informationes *P. Melchioris Carneiro* hoc loco omitti possent, quia *de sociis in Japonia degentibus omnino silent*. Quia tamen P. Melchior Carneiro, uno anno post, scl. die 15. Decembris 1560, Goae Episcopus consecratus [14], cum in Aethiopiam iter impediretur, medio anno 1568 Macaum advenit [15], ibique ad obitum usque (defunctus est Macai die 19. Augusti 1583 [16])remansit, ab anno 1568 usque ad annum 1580 regens illarum partium ecclesiam [17]: breviter illius informationes hic simul cum aliis describemus.

Constat documentum istud 5 foliis chartae europaeae, 30,6-32 cm. altis, 20,6-21,4 cm. latis, in vol. *Goa 24 I* 5-9ᵛ [olim ff. 226-230; seu pagg. 6-14 (inscriptionis folium non numerabatur); praeterea in summo

---

cum P. Marco Prancudo] Alberto d'Araújo que *oje* chegou aqui doente » *DI IV*, 385. Constat autem P. Albertum d'Araújo die 13. Novembris Goam venisse: *DI IV* 406. Unde Franciscum Rodríguez jam die 13. Novembris, et probabiliter jam pluribus diebus antea, scribendi initium fecisse necesse est.

[14] P. Melchiorem Carneiro Decembri 1560 Goae consacratum esse Episcopum habes ex ejus testimonio ad P. Polanco transmisso: *DI IV*, 839-840. Id factum esse *post* diem 9. Decembris, ex epistola Patriarchae Aethiopiae D. Johannis Núnez Barreto ad Generalem colligitur: *DI IV*, 818. Eodem die 9. Decembris ipse P. Melchior Carneiro ad Generalem scribit: « Daqui a 8 dias espero em Noso Senhor de me consagrar »: *DI IV*,823. Eum de facto die 15. Decembris 1560 consacrationem episcopalem recepisse, dicit Sacchini, *Hist. Soc. Jesu, Parte II*, lib. 4, nr. 278. — Ita etiam Ajuda *49-VI-8*, ff. 75-76ᵛ.

[15] « El Obispo Carneiro que aquí llegó el Junio como Obispo destas partes y del Jappón, estuvo casi dos meses y medio con nosotros en esta casilla, y llegado el P.ᵉ Cabral, entendiendo que parecía en la India que no convenía, teniendo jurisditión, que estuviesse entre nosotros, por no hazernos odiosos, haviendo de castigar sus súbditos y hazer sus visitas, compró una casa junto a la iglesia matriz que aquí ay, y ha pocos días se passó a ella ... »: Jo. Baptista de Ribera ad Gen., Macao, Oct. 1568, Orig., hisp., *J. 6* 240.

[16] Lourenço Mexia - P. Manoel Rodríguez, Assistente de Portugal, Macao, 28. Jan. 1584, partim autogr., lus., *J. 9 II* 262ᵛ.

[17] « Estando em Malaca, recebí huma carta do P.ᵉ Geral, em que me anima a sofrer os trabalhos que por ca passamos. & recebí também hum Breve de Sua Sanctitade, em que me manda sem nenhuma condição que me viesse pera estas partes da China & Japão. Ao qual obedecí com a devação que sou obrigado. Partí-me pera estas partes da China, onde agora estou exercitando as obrigações de Prelado, como Sua Sanctitade me manda. E porque ... »: Melchior Carneiro-P. Juan de Polanco, Macao, 1. Nov. 1568, Orig., lus. *J. 6* 241. Qui post non multos annos (e. g. in epistola die 15. Novembris 1573 e civitate Macaensi ad Generalem scripta, Orig., lus. *J. 20 II* 28) rogare coepit, ut illo onere sublevaretur; ac saltem anno 1578 a Summo Pontifice licentiam obtinuit, deponendi illud regimen spirituale: Melchior Carneiro ad Generalem, Macao, 18. Decembris 1579, Orig., hisp., *J. 20 II* 29-30ᵛ. Sed a Rege rogatus, interim, dum aliter provideretur, in munere exercendo usque ad annum 1580 perstitit: Joam Rodríguez Tçuzu, *Bispos da Igreja de Japam*, ms, cit., fol. 1.

fol. 5r adhuc legitur numerus 4 vel 7, deletus]. Totum documentum scriptum est manu P. Francisci Cabral [18]; cui tantum fol. 9r ipse Carneiro paucas lineas et subscriptionem propria manu adjunxit: terminat autem ita: « De Goya y de 1559 annos./De V. P. hijo/ hijo indigno Melchior Carneiro ».

Inscriptio est haec (fol. 9v):

« A nuestro in Christo Padre Maestro Jacobo Laínez,
General de la Compañía de Jesús /Pars sigilli/
en Roma.
De la India. 2a vía ».

Eādem pagina (fol. 9v) postea adnotata sunt: « 1559/ Goa/ S / información de los de la India » (haec ultima verba manu Polanci). Editor, *Doc. Ind. IV*, 410, notat, in summa pagina 5r (annum) 1559 et ad marginem textus nomina quaedam addita esse a Societatis Jesu historiographo P. Francisco Sacchini. Folia documenti recentiori tempore atramento caeruleo haud parum foedata sunt.

Tempus compositionis est mensis Novembris 1559, ut supra diximus. P. Melchior Carneiro die 12. Novembris e Cochinensi Collegio Goam regressus est [19]; dicit autem initio documenti, se ante paucos dies Goam rediisse; porro nomen P. Alberti de Araújo, die 18. Novembris defuncti [20], jam omittitur; nil vero de Missione Aethiopica P. Gundisalvi da Silveira ejusque sociorum, die 21. Novembris a Superioribus decisa [21], et die 23. Novembris a Provinciali publice declarata [22]: proinde informationes inter diem 18. et 23. Novembris (probabiliter inter diem 18. et 21. Novembris, quia P. Melchior Carneiro vix non potuit statim de hac decisione informari) compositae sunt.

Editae sunt Informationes P. Melchioris Carneiro in *Doc. Ind. IV*, 409-425. Notentur ibi, quae D. Melchior Carneiro de P. Melchiore Núnez Barreto (416-418), de P. Francisco Cabral (419), de Ludovico Fróis (424), de Balthasare da Costa (424), de Gaspare Coelho (424) exponit.

4) Scriptum autographum [23] *P. Francisci Cabral*, ejus judicia de sociis in India degentibus continens, inveniri est in *Goa 24 I* 10-15v [olim ff. 230-235, seu pagg. 8-18; praeterea in fol. 10r legitur numerus 4]; proinde constat 6 foliis chartae europaeae, 29,7-31,2 cm. altis, et

---

18 Editor *DI IV*, 409-410 id silentio praeterit, sed e comparatione scripturae P. Francisci Cabral certum est. Etiam Informationes ejusdem P. Francisci Cabral (v. infra, 5) sunt autographae. Conferantur ejus epistolae autographae, e. g. *J. 7 II* 23-24v (6. Sept. 1571); *J. 8 I* 138-141v (1. Sept. 1577); *J. 9 II* 325-327 (8. Dec. 1584) et aliae.

19 *DI IV*, 406.

20 *DI IV*, 406-407.

21 *DI IV*, 433.

22 *DI IV*, 430.

23 Conferantur epistolae ejus autographae, quarum aliquae in annot. 18 indicantur.

20,5-21,2 cm. latis. In omnibus paginis (praeter inscriptionis paginam) repetitur Jhs. In summo folio 10r scriptus est annus 1559, quem, secundum editorem (*Doc. Ind. IV*, 442), adjecit Sacchini, Ordinis historiographus, qui identidem in marginibus nomina eorum, de quibus textus agit, notavit.

Tempus et locum auctor in fine clare indicat: « Deste Collégio de Goa, oje, 25 de Novembro de 1559 annos ». Sed praeteriri nequit, inter Patres Collegium Goanum inhabitantes nominari P. Albertum de Araújo: qui die 13. Novembris anni 1559 (e domo Baçainensi) Goam advenit [24] et ibidem die 18. Novembris 1559 obiit [25]. Propterea ea pars documenti jam inter diem 13. et 18. Novembris composita est. Quando vero auctor scribendo initium dederit, e textu vix erui posse videtur.

Subscriptio (ut totum documentum) est autographa. Folium 15v hanc documenti inscriptionem exhibet:

†

« Ao muito Reverendo en Christo
Padre Noso, o P.e Dioguo Laínes,
Geral da Companhia de Jesus,
En Roma.
2a via. Da India ».

Eādem pagina praeterea, a latere alia manu scriptum est: « 1559/ Goa ». Deinde paulo inferius: « S / información de los de la/India »: haec manu Polanci. Alia etiam manus inversa scripturā duo nomina notavit: Matheus Mijchonijek (vel Mychonyek), Prospero Drago. Adest sigillum. Istius quoque documenti folia recenter atramento caeruleo conspersa et foedata sunt. — Editio documenti: *Doc. Ind. IV*, 442-463.

5) *P. Gundisalvus* (*Gonçalo*) *da Silveira* a Septembri 1556 usque ad Septembrem 1559 munus Provincialis in India Orientali gessit [26]. Ad eum ergo prae ceteris officium spectabat, Curiam Romanam S. J. de sociis in India informandi, quorum ipse prae aliis cognitionem habebat. Ipse solus (in titulo) diem et auctorem epistolae ejusdem Curiae de componendis ejusmodi informationibus revelat: agitur enim de litteris a P. Johanne de Polanco nomine Praepositi Generalis die 26. (vel die 16., nam unicus testis, scl. textus autographus P. Gundisalvi, non est sufficienter clarus) Januarii 1559 in Indiam missis.

Scriptum autographum P. Gundisalvi, Goae die 27. Novembris 1559 ad finem perductum et propria etiam manu subsignatum, continetur in vol. *Goa 31*, ff. 90-97v. Illud duas res omnino diversas complectitur: Informationes de sociis in India (ff. 91-94), et Relationem de ejus Missione in Aethiopiam tunc proxime in effectum deducenda

---

24 *DI IV*, 406.
25 *DI IV*, 406-407.
26 Cf. supra, annot. 7.

(nam ipse cum sociis paulo post Goā discessit [27]) (ff. 94-96v). Folium 90 haec tantum Romae adnotata habet: « 59. Gonzalo. Informatione de sugetti dell'India Goa. /I. » De cetero fol. 90/90v vacat. Similiter fol. 97 vacat; 97v hanc inscriptionem, sigillo rubro munitam, portat:

†

Al Reverendissimo Padre (*vestigium sigilli*)
Nuestro en Jesu Christo, el Pa-
dre Jacobo Laínez, General de la
Compañía de Jesus. En Roma. Para
él solo ver.
Del Padre Dom Guonçalo. - *Sigillum.*

In eadem pagina (97v) quaedam verba Romae adnotata, partim fractione chartae (ante restaurationem) nunc perdita, exstabant; uncis includimus, quae probabili lectione supplemus: « [155]9 / [Go] a / [Informa]tione del P.e Don / Gonçalo di tutti li soggetti / dell'India ». Praeterea duobus locis legitur « S / S ».

Totum documentum proinde 8 foliis chartae europaeae, 28, 9-29,7 cm. altis, ac 19,6-20,2 cm. latis constat. Antiqua numeratio foliorum: 132-137: non numerantur folium praecedens textum (i. e. fol. 90) et folium inscriptionis (fol. 97).

Quamvis Relatio P. Gundisalvi, quae Informationes sequitur, nonnisi die 27. Novembris ad finem perducta sit, tamen ejus judicia de sociis antea scribi coepta sunt. Quod vel ex eo patet, quod P Albertus de Araújo, qui die 13. Novembris 1559 Goam pervenit [28], in Damão recenseatur. Notam vero de ejus morte (18. Novembris 1559 [29]) auctor ipse postea super lineam addidit. In fine vero, auctor ad suam Missionem in Aethiopiam, die 21. Novembris 1559 a Provinciali decisam [30], alludit. — Informationes supradictae, cum subsequenti Relatione, editae sunt in *Doc. Ind. IV*, 466-476-481.

6) Ex iis Patribus, qui ordinem Lainii secuti, de sociis in India degentibus suas Informationes seu Judicia composuerunt, unus *P. Melchior Núnez Barreto* antea Japoniam ipse visitaverat, unus socios ibi degentes in ipso apostolatus eorum campo convenerat [31]. Ejus Informationes exstant in vol. *Goa 24* I 26-34v, 37-37v: continentur 10 foliis chartae europaeae, 30,3-30,6 cm. altis et 21-21,8 cm. latis. Antiqua numeratio adhuc legitur: ff. 313-321, seu pagg. 37-54, sed folium, quod

---

[27] Eodem mense Decembri 1559 Expeditionis Aethiopicae socii Goā profecti sunt: cf. *DI IV*, 492-494.

[28] *DI IV*, 406.

[29] *DI IV*, 406-407.

[30] *DI IV*, 433.

[31] De itinere Japonico P. Melchioris Núnez Barreto: Fróis I 46-55. — Melchior Núnez Barreto — sociis in Lusitania, Cochim, 10. Januarii 1558, *Cartas* (Alcalá 1575) 75v-78v; eadem epistola in: *Cartas* (Évora 1598) *I* 47-51.

inscriptionem portat, priori numeratione caret. Folium 37 vacat. Fol. 37v hanc habet inscriptionem autographam:

†

Jesus

Soli Reverendissimo in Christo Patri Jacobo Laínez, Praeposito Generali Societatis Jesu, Romae.

Da India.

1ª via. *Adsunt vestigia sigilli.*

In eādem pagina inscriptionis postea, probabiliter Romae, notatum fuit: « [59 (*del.*)] 1560 / Cochin / Del Padre Melchior, 15 di Gennaio » / Infra Polanco adjecit: « S / informatión de los de la India » / Etiam in summa pagina 26 legitur annus 1560, postea inscriptus. Secundum editorem (*Doc. Ind. IV,* 500) aliquae notae marginales additae sunt manu Francisci Sacchini, Ordinis historiographi.

Totum documentum, cum inscriptione et subscriptione, est autographum P. Melchioris Núnez Barreto. In fine textus legitur locus et tempus: « Feita em Cochim, a 15 de Janeiro de 1560 annos, desta Casa da Madre de Deus. Mínimo servo de V. P., Melchior ». (34v).

P. Melchioris Núnez Barreto informationes editas habes in *Doc. Ind. IV,* 499-523.

4. Descriptis jam singulis documentis, *de cujusque parte Japonica* breviter dicemus. E sex praedictis auctoribus unus socios in Japonia degentes omnino silentio praeterit (P. Melchior Carneiro); duo ab informationibus dandis sese excusant, quippe qui socios in ea Missione operam dantes ignorent (P. Antonius de Quadros et P. Gundisalvus da Silveira); tres tantum sua judicia Generali manifestant: unus sat brevi compendio (P. Franciscus Rodríguez), duo accuratius (P. Franciscus Cabral et P. Melchior Núnez Barreto). *Fontes suarum informationum japonicarum, P. Franciscus Rodríguez* sat indeterminate exprimit: « segundo temos por ymformaçam », « dizem-nos », « segundo dizem os que com ele tratárão », « hos que ho conhecem », « commummente dizem »; ubi tum de litteris e Japonia acceptis, tum de testimonio personarum, quae cum sociis tunc in Japonia degentibus tractaverant, sermo esse videtur, quin tamen vel aliquae epistolae in particulari, vel testium nomina indicentur. *P. Franciscus Cabral* saepius iisdem locutionibus utitur, aliquando tamen magis ad concreta data descendit: » conforme ao que se delle diz » (scl. C. de Torres); « segundo o que se diz delle », « ao que mostrava huma carta sua que aqui ví » (B. Gago); « segundo dizem, parece » (G. Vilela); « segundo o que tenho ouvido a quem lá esteve » (de J. Fernández); « segundo ho que tenho ouvido » (de D. da Silva). « Destes Padres e Irmãos não sei mais particularidades, porque a nenhum conheço de vista. Delles se poderá V. P. bem informar do P.e Mestre Belchior [Núnez Barreto]

que esteve com elles en Japam e os conversou ». P. Franciscus Cabral prae ceteris Catalogos Ordinis adhibuisse videtur, cum suas informationes componeret [32]. A dictis auctoribus non parum differt modus loquendi *P. Melchioris Núnez Barreto,* qui solus fuit testis de visu et auditu in ipsa Japonia; qui et in judicandis sociis, et in declarandis rebus Japonicis ad propriam experientiam, i. e. ad ea, quae in Japonia ipse vidit et audivit, passim provocat. In fine duas quaestiones cum ritibus gentilibus proxime connexas proponit, quarum responsum a Romana auctoritate exspectat.

5. Nos ex istis documentis ea, quae ad Japoniam sese referunt, ipsis manuscriptis innixi, edimus. Informationes autem de sociis *tunc non in Japonia* degentibus, etsi antea in ea versati fuerint, vel postea in eam transituri, hic omittimus. Nam extra ambitum hujus voluminis est, ex aliis Catalogis singulos expiscari, qui quomodocumque aliquando ad Japoniam pertinuerint. Sed pro ejusmodi informationibus lectorem ad respectivas editiones (ubi existant) remittimus. Ejusmodi enim notitiae aliquando pro historia Societatis in Japonia haud parum juvant; easque in parando nostro volumine « Biographiae » diligenti studio adhibemus.

Textus

INFORMATIONES DE SOCIIS IN INDIA

1559-1560

5 (1) Informationes P. Francisci Rodríguez

Goa 24 I 16-21

†

IHS

Muito Reverendo em Christo Padre [1]

Pax Christi.

. . . .

[20] Em Japão [2] está ho P.e Cosmo de Torres que, segundo temos por ymformaçam, hé homem perfeito e de boas partes. Dizemnos que usa de muito rigor com sua pessoa e com os Irmãos. Já por cartas hé avisado de como nesta parte se há d'aver. Estam com ele Beltesar Gago, ho qual tem bom nome na firmeza da Companhia e nas virtudes e em frutificar, segundo dizem os que com ele tratá-

---

[32] Franciscus Cabral e Catalogis praesertim annos vitae et Societatis singulorum hausit.

[1] Vid. introd. ad istas informationes, nr. 3, 1).

[2] Vid. ib., nr. 4.

rão; e ho P.e Gaspar Vilela, do qual nom são mui satisfeitos hos que ho conhecem. Está ho Irmão João Fernández que comummente dizem que hé hum santo. Está outro Irmão[a] que lá emtrou e se chama Luís d'Almeyda, e dizem ser muito boa cousa. Dos outros nom sei que posa dizer.

. . . . . .

[20 v] De Goa, oje 17 de Novembro de 1559.

. . . . . .

Inutilis,

†

FRANCISCO RODRÍGUEZ

★

5 (2) Informationes P. Antonii de Quadros

Goa 24 I ff. 22-25v

†

Ihs.

Sindicação de todos os desta Província da Índia que Nosso Padre manda fazer[1].

. . . .

[23] O P.e Cosmo de Torres, Baltezar Gago, e Guaspar Vilela, e os demais que estão en Japão não conheço.

. . . . . .

[25 v] ANTONIO DE QUADROS.

★

5 (3) Informationes P. Melchioris Carneiro: De sociis in Japonia degentibus nihil[2].

Goa 24 I 5-9v

★

---

a Irmão] *vid. corr. ex* Irmãos

---

1 Vid. introd. ad has informationes, nr. 3, 2).
2 Vid. introd. ad has informationes, nr. 3, 3).

5 (4) Informationes P. Francisci Cabral

Goa 24 I 10-15v

[15 v] †

[P. Francisco Cabral] [1]

Ao muito Reverendo en Christo
Padre noso, o P.e Dioguo Laínes
Geral da Companhia de Jesus
En Roma

2a via. Da Índia

†

[10] Jhs.

Pax Christi

. . . .

En huma carta que o P.e Joam de Pollanco por comição de V. Paternidade escreveo ao P.e Provincial [2] dizia como V. P. queria que asi elle per si como outras pesoas a que[m] diso desse carreguo, o enformasem particularmente de todos os subjectos que nestas partes debaxo da Companhia residem. Entre os que disto o Padre Provincial deu cuidado, quis que fosse eu hum delles, para o qual me achei com tam pouqua habilidade, como para todas as mais cousas desta callidade. Con tudo facilitou-me este trabalho saber os Padres que sobre o mesmo lhe escreviam, en cujos juizos se V. Paternidade pode afirmar, em special no do P.e Belchior Carneiro [3] e no do P.e Provincial [4] que nisto, segundo o que tenho visto e alcançado delles, parece ser-lhes particularmente comunicado de Deus. Portanto o parecer que sobre / 11 / este caso der, será mais por comprir ho que me hé mandado, que por querer que V. Paternidade faça algum fundamento delle, porque quem tem tão pouquo conhecimento de si, está claro que deve de ter mui incerta sensura acerca dos outros. Con tudo direi a acertar o que me parecer, começando primeiro pellos que andam fora.

---

1 Vid. introd. ad istas informationes, nr. 3, 4).

2 De epistola P. Polanci vid. introd. ad istas informationes, nr. 1.

3 P. Belchior Carneiro de sociis in Japonia degentibus silet: cf. introd. ad istas informationes, nr. 3, 3); nr. 4.

4 P. Antonius de Quadros, Provincialis, de Patribus Fratribusque in Japonia viventibus non dat informationes: cf. introd. ad istas informationes, nr. 3, 2); nr. 4.

En Japam [5] estão 3 Padres e 5 Irmãos, scl.: o P.e Cosmo de Torres por Reitor, de naçam Castelhano, de idade de 50 annos, pouquo mais ou menos, e com 11 da Companhia. Sabe latim, e o que mais acquirio por sí, e conforme ao que se delle diz, está firme na vocação e mui asentado na virtude. Tem huma má disposição do estámaguo.

O P.e Baltezar Gago, de idade de 38 annos e com 11 da Companhia. Tem hum pouquo de latim, e segundo o que se diz delle, parece firme na vocação e virtude, e ao que mostrava huma carta sua que aqui vi, parece de bom juizo e prudente. Hé às vezes mal tratado de corrimentos.

O P.e Gaspar Vilella, de idade de 33 annos e com 6 da Companhia, nam tem mais que latim; segundo dizem parece estar firme na Companhia e virtude e com arezoadas forças. / Sabem canto d'orgam.

O Irmão Joam Fernández, Castelhano, e de idade de 33 annos, pouquo mais ou menos, com 13 da Companhia, idiota, mas mui douto na virtude e firmíssimo na vocação, e tão exercitado na línguoa de Japam que, segundo o que tenho ouvido a quem lá esteve, falla muito milhor que muitos dos naturais, e gostão muito das doutrinas que na línguoa lhes faz, e tên-lhe todos muitos crédito. As forças corporais parecem devem de ser pouquas, conforme aos muitos trabalhos que por amor de Deus tem pasado.

O Irmão Duarte da Sylva, de idade de 23 annos, com 9 da Companhia, idiota, e segundo ho que tenho ouvido, firme na vocação e asentado na virtude, exercitado na línguoa, inda que não como ho Irmão Joam Fernández, e creio não ter muitas forças corporais.

O Irmão Luís d'Almeida, de idade de 24 annos pera cima, e com 5 da Companhia. Tomou-se lá, e en tempo que tinha 5 ou 6 mil pardaos, e, segundo parece, deve d'estar firme. Hé surugião, creio que christão-novo, e com arezoadas forças corporais.

O Irmão Gilherme, de idade de 19 annos e 5 da Companhia. Não sei mais delle que, quando se o P.e Mestre Belchior foi para llá, tira-lo da Casa dos mininos com outros que levou, e deixa-lo vor Irmão para que aprendesse a línguoa.

O Irmão Rui Pereira, quasi da mesma idade e tempo da Companhia, levado da mesma maneira; dizem ter bom subjeito e vivo engenho, e que aprenderá bem a línguoa.

Destes Padres e Irmãos não sei mais particularidades, porque a nenhum conheço de vista. Delles se poderá V. Paternidade bem

[5] Vid. introd. ad istas informationes, nr. 4.

informar do P.e Mestre Belchior [6] que esteve com elles en Japam e os conversou.

. . . .

Deus, Noso Senhor acrecente sempre a graça juntamente com a vida a V. Paternidade, para que, enpregando-a en contínoos serviços seus, nos alcanse de sua divina Magestade podermos ser verdadeiros membros desta sua Companhia.

Deste Collégio de Goa, oje 25 de Novembro de 1559 annos.

Indino filho de V. P.

Francisco Cabral

★

5 (5) Informationes P. Gundisalvi da Silveira

Goa 31 91-94 (90-97v)

Auctor P. Gundisalvus da Silveira [1] de sociis in Japonia degentibus notitiam non dat.

« De los de Japón no hablo, porque no los he visto »: (*DI IV*, 475).

5 (6) Informationes P. Melchioris Núnez Barreto

Goa 24 I 26-34v 37-37v

Jesus Maria

Mui Reverendo em Christo Padre

Pax Christi.

Japão [1]

. . . .

[30] Em Japão, que hé huma ilha de 600 légoas [2], que está

---

[6] Iste P. Belchior non est P. Belchior Carneiro, sed P. Belchior (Melchior) Núnez Barreto, qui solus e sex Patribus informatoribus Japoniam ingressus erat: ab initio Julii 1556 usque ad initium Novembris ejusdem anni Missionem Japonicam visitaverat.

[1] Vid. supra, introd. ad istas informationes, nr. 3, 5).

[1] Vid. introd. ad istas informationes, nr. 3, 6); 4.

[2] Advertat lector verba « huma ilha »: etenim P. Melchior, qui Japoniam praesens adierat, ignorare non poterat, innumeris insulis Japoniam constitui. — Longitudinem eandem (600 legoas) jam habes in informationibus, quas anno 1548 Goae Patribus dedit Paulus a S. Fide, japonensis: cf.

mais de 1500 légoas além da India[3], está por Superior o P.e Cosme de Torres, que será de 50 annos, que foy pera lá por companheiro do noso Bemaventurado Padre, o P.e Mestre Francisco. Hé mui bem desposto naturalmente, patientíssimo em os trabalhos corporaes, nem sei aver visto homem que nesta parte o exceda, mui inimigo de si. 7 annos esteve em Magunchi[4], onde o P.e Mestre Francisco o leixou; sem comer carne, nem peixe fresquo, nem pão, nem vinho, nem azeite, nem cousas de leite, nem outro mantimento de substántia, senão arroz mal concertado, herbas et similia; mui perseguido dos bonzos e muitas vezes a perigo de morte. Tem humas dores de estámago às vezes que muito o atormentão. Ainda agora persevera em muitos trabalhos em Bungo onde está, mui exercitado em toda mortificação, humildade, patiêntia e abstinêntia. Hé to-

---

Schurhammer, Q 4101 4103 (ed. 1962 = pp. 269-270), cum Suppl. ad eosdem numeros (ed. 1962 = p. 499). Quam extensionem neque illae informationes, neque P. Melchior Núnez Barreto accuratius declarant; sed sine ullo dubio de distantia inter extremum meridiem insulae Kyūshū et summum septentrionem insulae Hondo agitur. Nam insula Yezo (hodie Hokkaidō), quam aboriginae 'Ainu' incolebant, tunc terra japonica vocari nondum poterat. 'Légoas' autem modo japonico 'Ri' intelligi videntur: Leuca japonica 'Ri' = 3927 m. aequivalet. — Quodsi a promontorio Sata no Misaki (Ōsumi), quo insula Kyūshū maxime ad meridiem extenditur, usque ad civitatem Moji, a civitate Moji (vel ab opposita civitate Shimonoseki) usque ad Urbem Tōkyō, ab Urbe Tōkyō usque ad promontorium Ōma-saki in summo septentrione insulae Hondo lineam directam trahis, fere 1800 km. distantiam invenies: seu paulo minus quam 460 Ri. — Sed si magis quam linea directa, vera viarum itinera illius saeculi, et exactioris cartographiae defectus considerantur, numerus leucarum ('Ri') ab immo meridie usque ad extremum septentrionem facile ad 600 legoas (« Ri ») indicari poterat. — Alexander Valignano in *Sum. Japón.* Japoniae longitudinem plusquam 200 légoas esse dicit (1583, Cap. 1); deinde vero Ignatii Moreira, cartographi Lusitani, investigationibus innixus, Japoniae longitudinem 300 leucaren lusitanarum, i. e. 450 'Ri', determinat (1592, Addiciones); postea tamen (1601) solius insulae majoris (Hondo) extensionem 300 leucarum lusitanarum, seu 450 'Ri', totius autem Japoniae (Kyūshū-Hondo) 400 leucarum lusitanarum, seu 600 'Ri' esse, ejusdem Ignatii Moreira labori inhaerens, asserit. (Cf. Schütte, Ignacio Moreira, art. cit., p. 124).

[3] Quid sit 'além da India', auctor non indicat: num haec distantia a civitate Goa, unde naves proficisci solebant, vel a portu Cochim, computata est? An eam auctor, e contra, a litore orientali Indiae Anterioris metitur? An denique a promontorio meridionali (Cabo de Comorim)? De linea *directa* inter Goam et Japoniae portum agi vix potest. Sed de veris itinerum distantiis, a portu Goano (vel Cochinensi), ad Caput Comorinum, inde Malaccam, e portu Malaccensi ad portum Sinensem, denique ad Japoniam sermo esse videtur. Verbum autem 'légoas', num etiam isto loco leucas japonicas ('Ri') significet, an potius (ut videtur) leucas lusitanas (quae quasi ut 3 ad 2 ad 'Ri' se habebant) auctor non declarat. Xaverius die 12. Jan. 1549 Ignatio de Loyola scripserat « habrá de Goa a Japón mil y trezientas leguas o más » (Ep. X. II 12).

[4] Yamaguchi (Suwō).

davia melanchólico, e parece que devia ter mais respeito à saúde dos Irmãos que tem a cargo, porque, sendo aquella terra de grandíssimos frios, andavão sempre em casa ele com sua door de estámago e os Irmãos descalsos, e em que alguuns sejão de compleixão mui fraqua quer trata-los como a si. Dizia-me ele quando lhe hia à mão nisto, ser necessário asi naquella terra pera não desedificarem: porque, na verdade, a qualquer Português comer e vestir e dormir como os Japões, em que sejão dos honrrados, fiqua fazendo huma mui aspera penitêntia, tanta hé a aspereza da terra.

O P.e Baltasar Gago que está em Fecata [5], cidade grande, 60 légoas de Bungo [6], hé naturalmente discreto, tem muita prudêntia humana, affável, aprazível à gente daquella terra. Há dos reis alguuns favores pera os Padres e pera os christãos, sabe-se milhor negocear pera escapar da fome e da sede e dos mais trabalhos [30 v] corporaes. Nas cousas da obediêntia e verdadeira abnegação de sí não me parecia mui enteiro.

O P.e Gaspar Vilela hé boom homem naturalmente, porém pouco mortificado na vontade e parecer, alguum tanto [a] decretista, hábil pera a língua. Confio em Noso Senhor que já destes tres annos que o deixei de ver, em terra de tanta fome e sede [b] e frio e perigos estará já mui humilde, mortificado com o exercítio das virtudes.

O I. Joam Fernández hé o principal em evangelizar a Lei de Deus em o Japão, porque, além do boom exemplo que dá na vida, em todo o desprezo [c] de sí e mortificação, achão-lhe os Japões huma graça que eles chamam *muxaree* na língua [7]. Gostão muito de o ouvir. Prega-lhes com efficácia e com todos os geitos e cerémónias que têm os Japões, que hé a gente mais ceremoniática que ví. E sendo homem sem letras, com o exercítio das disputas e práticas espirituaes, e de dar rezão das cousas da fee a quem lhas pergunta, e tanbém com a contínua oracão e licão de livros santos, tem tal lume no conhecimento das cousas de Deus, que creo que há muitos theólogos que não penetrão tanto a raíz das cousas, que tam bem as sintão como ele pera as explicar. Algumas vezes hé de seu parecer, porém quebranta-se. Dizia-me Cosme de Torres que pouco poderião fazer em o Japão se Joam Fernández morrese.

a) *corr.* || b) *corr.* || c) *corr.*

5 Hakata (Chikuzen).

6 Hakata a metropoli Bungoensi, Funai = Ōita, linea directa (aërea) 120 km. distat = fere 30 Ri. — Sed in mente habenda sunt vera itinera et exactioris cartographiae defectus.

7 'Muxaree': omnino certam verbi originem indicare non valemus; forsitan 'mōsare' (a verbo mōsu = loqui): modus loquendi honorificus.

Duarte da Silva também muito boom Irmão, porém mui escrupuloso e desenquietado de diversos spíritos de temores e outras cousas que o perturbão. Sabe mui bem a língua, em que nom tenha o *muxaree* que os Japões acham em Joam Fernández. Faz fruito e parecia quaise igual na virtude a Joam Fernández, posto que não tam constante.

Luís d'Almeida hé huum cerugeão rico que se laa meteo averá 4.º annos [8]. Levaria cinquo mil cruzados consigo. Fez la esprital [9], casa, igrejas e sostenta os Padres, e serve-os com muita charidade. Cura os christãos e, vendo muitos gentios o amor com que [d] cura os christãos, se convertem a nosa santa fee. Hé mui diligente em acodir às necessidades de todos os Padres e Irmãos que estão em o Japão, e parece que lhes deu Noso Senhor aquelle homem pera seu remédio. Encomenda a mercadores que navegão de Japão pera China que lhe [e] tragão algumas veniagas, e laa se negócea com que desaliva os Padres no temporal. Já deve saber a língua porque a aprendia bem.

Rui Pereira e Guilelme são ambos de vinte annos cada huum. Pera milhor tomarem a língua forão asi escolhidos de pouca idade. Já a devem [31] de saber. São ambos modestos, sesudos, devotos: espera-se que sairão mui boons obreiros. São bem sãos, mas o Padre tratava-os com tanta aspereza, que nom sei como agora estarão.

Notei 2 cousas nos Padres de Japão que nom sei se são dinas de tachar. A 1.ª que, se pera as festas que o rei de Bungo faz em memória de seus pagodes, lhes pede alguum senhor alguma cousa emprestada, lha emprestão por os nom escandalizar, que são mui pontosos; porém, amoestãdos, dizião-me que aquillo emprestavão per'as festas do rei. A 2.ª que consentião aos christãos rezar e offerecer polas almas de seus pais e avoos que morrérão gentios, e isto porque os bonzos persuadem aos [f] Japões que lhes tirarão seus antepasados do inferno com dinheiro que lhes dão. Os Padres, pera que os christãos se não vão à falsa idolatria dos bonzos, consentem-lhes a superstição [10] ...

d) *seq.* converte *del.* || e) *corr. ex* lhes || f) aos] a *add. sup. lin.*

[8] Videtur receptus esse in Societatem anno 1556: cf. ejus vitam inter *Biographias.*

[9] Cf. opus nostrum *Introductio* pp. 550-551.

[10] Homines sine fide Dei et (saltem fide implicita) Christi Salvatoris salvari non posse, dogma catholicum est. Sed etiam de voluntate Dei salvandi *omnes* homines e doctrina catholica constat; neminemque sine gravi sua culpa perire. Neque de defunctis in gentilitate Ecclesia judicium fert. Proinde, superstitio vocari nequit orare pro defunctis, sub tacita saltem conditione: si in Dei caritate mortui sunt.

[34v] Feita em Cochim, a 15 de Janeiro de 1560 annos, desta casa da Madre de Deus.

Mínimo servo de V. P.,

MELCHIOR

6

CATALOGUS BREVIS INDIAE ORIENTALIS

[Novembri 1560]

[Pro Japonia: Novembri 1559]

1. Sequentis Catalogi Brevis totius Provinciae Indiae Orientalis nonnisi apographum codicis Ulyssiponensis II (= Aj. 49 - IV - 50) ad nos pervenit. Ibi 4 paginis (fol. 330v-332; numeratione antiqua 331v-333) continetur. Initium habet paulo infra mediam paginam 330v, in qua una tantum columna exstat. In ff. 331-332 textus duabus columnis scriptus est, sed fol. 332 altera columna maxima ex parte (¾) vacat.

Titulus generalis totius Catalogi est hic: « Lista de todos os Padres e Irmãos que há nestas partes da Índia até Janeyro de 1561 ». Catalogus divisus est in duas partes, Goanam scl. et extra-Goanam; Goana autem subdivisa est in elenchum Collegii s. Pauli, et domos in insulis et terris adjacentibus civitati Goae. *Titulus Collegii*: « Lista dos Padres e Irmãos que estão neste Collégio de São Paulo de Goa, que são por todos 60 [*leg.*: 70], dos quais 14 são sacerdotes e 56 Irmãos, e deste — polos gasalhados do Collégio serem pequenos e não terem nelle onde pousar — estão na Casa da provação 22 Irmãos que já têm acabado o tempo de seu noviciado e feitos seus votos, e mais 3 sacerdotes; e além destes, 19 novícios, dos quais entrárão doze este anno de 1560. No Collégio há 12 sacerdotes e 16 Irmãos conforme ao que se verá na lista ». / Elenchus Collegii Goani post seriem Patrum *his subtitulis* distinguitur: « Os mestres da philosophia que acima disse sam o Padre Francisco Cabral e o P.e Manoel Teixeira. / Irmãos que ouvem a philosophia /Mestre da rethórica/ Irmãos que ouvem retórica/Mestre da humanydade/ Irmãos que a ouvem/ Mestre de ler e escrever/ Officiais do Collégio ». / *Insularum autem et terrarum civitati Goanae adjacentium titulus* hic est: « Estes são os Padres e Irmãos que estão nas duas ylhas de fronte de Goa e nas terras firmes, Salcete » *Subtituli pro singulis*: « Em a ilha de Chorão/Em a ilha de Divar / Nas terras de Salcete »/. *Pars extra-Goana Catalogi hunc habet titulum*: « Lista dos Padres e Irmãos que andão disperssos en diversças províncias e reynos nas partes da Índia ». Quae pars ita dividitur: recensitis P. Provinciali Antonio de Quadros (« hé ido com o Viso-Rey ao Cabo de Comorim ») ejusque Socio P. Gaspare Coelho, sequuntur hi subtituli: « No

Cabo de Comorim/Em Coulão / Em São Thomé/ Em Cochim/Em Malaqua/ Em Maluquo/ Em Japam/ Em Damão/ Em Baçaim/ Em Tanaa/ No Preste João/ Na Cafrarya/ No Estreyto, cativo »/.

Duplici serie nominibus Catalogi numeri praefiguntur: ita ut numeratio elenchi Goani, incipiens a numero 1, ad 76 perveniat; altera vero pars, scl. extra-Goana, cum nomine Provincialis iterum ab 1 initium sumat et ad 57 ascendat. Primae partis numeratio non sine errore procedit: bis enim numerus 51 invenitur, post quem 52, 53, 54, 55, 56; sed 57 deest; itaque cum numero 58 rectus ordo restabilitur. In altera parte deest numerus 25 cum nomine correspondente; numerus vero 24 videtur ex 25 correctus. Summa sociorum Collegii Goani in titulo ejusdem Collegii legitur. Iterumque in fine primae partis summa omnium indicatur, qui in ea recensentur: sunt autem 76. Tandem ad calcem totius Catalogi additio fit utriusque partis seu elenchi: 75 (ita in ms.! sed vere 76) + 57 (sunt autem 56, quia numerus 25 desideratur!) = 132 (qui numerus videtur correctus in 133, vel viceversa 133 correctus in 132). Computatio vero facta in titulo elenchi Collegii Goani, difficilior et, ut videtur, vel transcriptionis vel calculi mendo obnoxia, nostrā hoc loco non interest.

2. *De compositionis tempore* investiganti haec notanda indicamus: In titulo generali dicitur: « usque ad Januarium 1561 ». In titulo autem Collegii Goani sermo est de « hoc anno 1560 » (« este anno de 1560 »). Sed aliqui eventus, vel in ipso Catalogo vel in epistolis coaevis relati, tempus magis coarctant. Ac primum quidem, Luís Fróis in epistola die 1. Decembris 1560 ex commissione Viceprovincialis P. Francisci Rodríguez Goā ad socios in Lusitania degentes scripta ita loquitur: « Quanto ao número dos Padres e Irmãos, assi deste collégio e casa da provação como dos mais que andão disperssos en diverssas províncias, *sabê-lo-ão pola lista que com esta vay.* » [1] Habes his verbis non obscuram allusionem ad nostrum Catalogum, immo, titulus secundae partis Catalogi iisdem plane expressionibus utitur (« que andão disperssos en diverssas províncias »). Ejusdem epistolae verba, quae post supra relata immediate sequuntur, fere eadem in titulo elenchi Goani inveniuntur:

Luis Frois, 1. XII. 1560 [2]:	*Elenchi Goani titulus*:
« Na Casa da provação, polos gasalhados do Collégio serem pequenos, estão muitos Irmãos, que têm já acabado seu tempo de novicyado ».	« ... destes [Irmãos] - polos gasalhados do Collégio serem pequenos e não terem nelle onde pousar - estão na casa da provação 22 Irmãos que já têm acabado o tempo de seu noviciado e feitos seus votos ... ».

[1] *Doc. Ind. IV*, 725.
[2] Ib.

Propterea in praefata epistola *de elencho aliquo jam existente,* quem scl. scribens in manibus tenebat, non de aliquo Catalogo faciendo et suo tempore cum ista epistola mittendo, agi videtur.

Inter cetera facta in isto Catalogo ut praecipuus quidam eventus iter Provincialis cum Vicerege Indiae ad litus Comorinum et ad insulam Manar [3] commemoratur. Qui simul mense Septembri [4] anni 1560 Goā profecti sunt. P. Antonius de Quadros pro tempore suae absentiae P. Franciscum Rodríguez, Rectorem Collegii Goani, Viceprovincialem constituit [5]. Regressus est autem ex ista expeditione Cochinum die 19. Novembris 1560 [6], simulque adduxit [7] P. Petrum Arboleda et Fr. Franciscum Vieira, qui die 20. Aprilis 1560 e portu Ulyssiponensi solverant [8], sed tempestatum vi ad regionem prope insulam Manar sitam devenerant [9]. De quorum adventu ad portum Cochinensem, quo die nuntius Goam allatus sit, non videtur clare constare. Nam e septem navibus, quae anno 1560 e Lusitania in Indiam abierant [10], nullam tempore solito cursum perfecisse [11] compertum est. Duas tandem naves portum Cochinensem tenuisse Goani die 14. Novembris resciverunt [12]. Eādem die 14. Novembris, epistolā quadam ex Europa missa socii Collegii Goani edocti sunt aliquos de Societate Jesu eo anno in Indiam esse venturos [13]. Die autem 23. Novembris 3ª via epistolarum Goam allata est [14]. Sed quo die nuntiatum sit et Provincialem et duos socios recens ex Europa advectos, P. Petrum Arboleda et Fr. Franciscum Vieira, Cochinum pervenisse, id latere videtur. Ceterum, vel die 4. Decembris [15], vel certo die 6. Decembris

---

[3] De suo itinere ipse P. Antonius de Quadros Praeposito Generali rationem reddit, cujus scripti tres viae exstant. Vide epistolam in *Doc. Ind. IV,* 639-641.

[4] Certo ante 22. Septembris Goā jam profecti erant: ut habes in epistola Ludovici Fróis, die 13. Novembris 1560 Goae scripta: *Doc. Ind. IV,* 682. Secundum Couto (*Decada VII.,* lib. 9, cap. 1) Vicerex Goā abiit die 7. Septembris 1560: cf. *Doc. Ind. IV,* 641 [9].

[5] « Aqui en Goa fiqua o Padre Francisquo Rodríguez em meu lugar »: P. Antonius de Quadros ad Gen.; *Doc. Ind. IV,* 640; cf. supra annot. 3.

[6] P. Pedro de Arboleda, 13. Jan. 1561, Cochim: « ... pera Cochim, pera donde fuymos el Hermano, yo, con el Padre Provincial, y llegamos a Cochim a 19 de Novembro ... »: *Doc. Ind. IV,* 57.

[7] Cf. annot. praecedentem.

[8] Manoel Álvarez, 4 Septembris 1560: « sabado da pascoella » i. e. Sabbato in Albis (20. Aprilis) 1560 profecti sunt: *Doc. Ind. IV,* 612-613.

[9] P. Pedro de Arboleda, 13. Jan. 1561, Cochim: *Doc. Ind. IV,* 54-56.

[10] Figueiredo Falcão 167: nomina navium: Castello (Capitão mór D. Jorge de Sousa), São Paulo, Drago, São Vicente, Sedro, Raynha, São Martinho.

[11] Luís Fróis, Goa 8. Dec. 1560: *Doc. Ind. IV,* 787-788.

[12] Ib., 788.

[13] Ib., 789: « Por hua carta de André Francês, que foi a primeyra do Reyno que quaa veo, entendemos que vinhão Irmãos nossos, posto que não nomeava nem o número delles » Quam epistolam Goani receperunt die 14. Novembris, ut legitur ibidem, 788.

[14] Ib. 789.

[15] Ita in epistola P. Francisci Cabral, de qua exstant tria autographa: e quibus unum datum est Goā die 4. Decembris, cetera duo die 8. Decembris 1560: *Doc. Ind IV,* 782-785.

1560[16], Goae tum de regressu Provincialis, tum de adventu duorum sociorum constabat. Tam in prima parte nostri Catalogi, quam in altera, de itinere P. Provincialis cum Vicerege sermo est; sociorum autem, qui cum eo Cochinum venerunt, P. Petri Arboleda et P. Francisci Vieira, mentio non fit. Unde Catalogum eo tempore et loco factum esse concludimus, quibus neque de istorum adventu, neque de illius reditu diffusa esset notitia. Quodsi Catalogus Goae compositus est (ut variae rationes suadent), *ante diem 4. Decembris* (*probabiliter*), *vel saltem ante diem 6. Decembris 1560,* ortum habuisse oportet. En tibi tempus ' post quod non '. Tempus ' ante quod non ' saltem est mensis Septembris 1560, quo P. Provincialis cum Prorege abiit[17]. Eodem mense Goae Fr. Paulus País[18] defunctus est: cujus nomen in Catalogo jam omittitur. Forsitan Catalogus mense Novembri 1560 compositus est: illo enim tempore (ut diximus) Goani de adventu navium ex Europa in Indiam (Cochinum) nuntium acceperunt. Catalogum *Goae conscriptum* esse tum e titulo elenchi Goani (« neste Collégio de São Paulo »), tum ex epistola Ludovici Fróis[19], tum e praesentia Viceprovincialis P. Francisci Rodríguez Goae[20] quodammodo concludi potest. — Ceterarum autem domorum elenchi, pro varia locorum distantia et navigandi opportunitate, breviori vel longiori tempore ante totius Catalogi compositionem ad Provincialem (vel Viceprovincialem) Goam missi sunt.

3. *Pars Japonica Catalogi* novem socios (3 Patres et 6 Fratres) recenset. Mirum non est, inter eos, etiam tum, P. Balthasarem Gago et Fr. Rodericium (Ruy) Pereira conscribi: qui die 27. Octobris 1560 e Japonia profecti sunt, in Indiam redituri[21]: cujus tamen rei notitiam nonnisi post multum temporis in Indiam perferri poterat. Sed dum praesens Catalogus conscribitur, jam, ni fallor, epistolae anterioris anni 1559 e Japonia Goam allatae erant. Nam in epistola die 1. Decembris 1560 Goae data[22], Ludovicus Fróis ad certos eventus alludit, de quibus P. Balthasar

---

[16] Luís Fróis, Goa, 6. Dec. 1560: *Doc. Ind. IV.*, 775.

[17] Cf. supra annot. 4.

[18] Luis Fróis, Goa, 1. Dec. 1560: *Doc. Ind. IV*, 729.

[19] Ea sel. epistola, qua ad hunc Catalogum alludit: cf. textum introductionis praesentis sub 2., et annot. 1. — Ad Catalogos ex India in Europam missos idem Luís Fróis in epistola, die 4. Dec. 1560 Goā ad Fr. Gasparem Tavares (Coimbra) data alludit: *Doc. Ind. IV*, 760: « Por charidade que lembreis laa, Irmão charíssimo, que nos mandem a lista cada anno de todos os Padres e Irmãos que estão em Lixboa, Coimbra e Évora e nas outras partes de Portugal, *como de quaa fazemos sempre* ... »

[20] « Francisco Rodríguez estaa em lugar do P.e Provincial que hé ido com o Viso-Rey ».: ita in elencho Goano istius Catalogi: *Doc. Ind. IV*, 864. — Cf. Antonius de Quadros — Gen., Goa, 1560, incerto die, tria Originalia, scl. 1a, 2a, 3a via: *Doc. Ind. IV*, 640: « Aquí en Goa fiqua o Padre Francisquo Rodríguez em meu lugar, com cargo de olhar pelos Irmãos e pera o fazer [i. e. *pera responder ao P. Geral*], e *pera enformar a V. P. do que mais ouver que escrever desta Provincia, que foi também causa de eu o não fazer.* Por suas cartas e pellas que mais se escreverão, entenderá V. P. ... ».

[21] Balthasar Gago - Fratribus S. J. in Lusitania, Goa, 10. Dec. 1562, *Cartas* (Évora 1598) *I* 95; apogr. contemp. in *J. 4*, 290.

[22] *Doc. Ind. IV*, 723-724.

Gago die 1. Novembris 1559 e Japonia scripserat [23]; ac idem L. Fróis in aliis litteris inter diem 1. et 10. Decembris 1560 Goae compositis [24] epistolam P. Gasparis Vilela, die 1. Septembris 1559 e Japonia datam, supponit [25]. Anno 1560, sed incerto die ac mense, juvenis quidam, Gonçalo Fernández, e Japonia Goam venit, qui Indicam Provinciam S. J. ingredi statuerat [26]. Sane, Catalogus noster fere conditionibus mense Novembri 1559 in Japonia vigentibus correspondet.

4. Catalogus editus est in MHSI, *Doc. Ind. IV*, nr. 117 (pp. 862-869).

Textus

Aj 49-IV-50, 330v-332

[330v] Lista de todos os Padres e Irmãos que há nestas partes da Índia até Janeyro de 1561

[332 Em Japam [1]

31. O P.e Cosme de Torres
32. O P.e Baltasar Gaguo
33. O P.e Gaspar Vilella
34. O Ir. João Fernández
35. O Ir. Lourenço
36. O Ir. Gilherme [Pereira]
37. O Ir. Duarte da Silva
38. O Ir. Rui Pireyra
39. O Ir. Luís Dalmeyda

---

[23] Cf. « Carta del padre Balthasar Gago, para los padres de la Compañia de Iesú de la India, escrita en Iapón primero de Noviembre, de 1559 »: *Cartas* (Alcalá 1575) 88v-91v. Cartas (Évora 1598), 63-67.

[24] Luís Fróis - Marco Núnez S. J., Goa, 7. Dec. 1560: *Doc. Ind. IV*, 780; Luís Fróis - Gil Barreto, Goa 10. Dec. 1560; *Doc. Ind. IV*, 828.

[25] Gaspar Vilela, 1. Sept. 1559, ex. contemp. lus., *J. 4*, 103-104v: cui apographo Luís Fróis manu propria haec verba inscripsit (104v): « † Copia de huma do P.e Gaspar Vilela de Japão, o qual ao tempo que a escreveo, estava de caminho pera o Meaco, aomde estão as Universidades e Collégios dos Japões e o seu sumo pontífice. 2a via » (*ab aliis add.*: « 559 »/« 1º de Setembro »/ « Translata »).

[26] Luís Fróis, Goa, 8. Dec. 1560: *Doc. Ind. IV*, 800: « O Irmão Gonçalo Fernández, que este anno veio de Japão para ser aqui recebido na Companhia ... ».

[1] Vid. introd. ad hunc Cat., nr. 3.

7

CATALOGUS BREVIS INDIAE ORIENTALIS

[Dec. 1561]

1. « Lista dos Padres e Irmãos desta Provincia da India, deste anno de 1561. 4ª via »: haec est inscriptio [1] Catalogi Brevis totius Provinciae Indicae, qui exstat in primo volumine Catalogorum Indiae Orientalis, *Goa 24 I* 35-36ᵛ. Titulus autem est hic: « Lista dos Padres e Irmãos que estão neste Collégio de S. Paulo de Goa e dos mais que estão por outras partes diversas » [2]. Catalogus iste duobus foliis chartae europaeae, 31 cm. altis et 21, 4-8 cm. latis constat. Textus folii 35ʳ scriptus est duabus columnis, folii 35ᵛ unā columna tantum, folii 36ʳ iterum duabus. Folium 36ᵛ vacat, praeter supradictam inscriptionem, manu ignota factam, et infra eam, manu P. Polanco: « Remitta-se al Provincial del hazer [3] Professos e Coadjutores los que les parezen según las Constitutiones, y de Portugal, se tienen luz, se la den, y asi del Brassil ». — In summa pagina 35ʳ ad sinistram tituli alia manu scriptus est annus: « 1561 ». In cornu superiori dextero ejusdem paginae conservatur numerus antiquus folii: 10, qui est deletus; et ibidem numerus antiquus paginae: 55; ac modo correspondenti, in fol. 35ᵛ: 56; in fol. 36ʳ: 57.

Textus elenchi Goani a titulo per totam paginam 35ʳ necnon 35ᵛ extenditur. Post seriem Patrum Catalogus sequentibus subtitulis dividitur:
35ʳ col. a: « Os mestres que lêm/ Irmãos, que ouvem teologia » // col. b: « Mestres da lógica / Irmãos, que ha ouvem / Mestre da primeira classe/ Discípulos /Mestre da 2ª classe/ Discípulos / Mestre de ler, escrever, e arismética » //
35ᵛ: « Officiais de casa » //

Pars Catalogi, quae domus extra Goam recenset, tota continetur pag. 36ʳ, quae sine novo titulo generali a domo Baçaim incipit. Subtituli ejusdem paginae sunt hi:
36ʳ col. a: « Baçaim / Damão / Tanaa / Chochim /Coulão » // col. b: « Na ilha de Manar/ Malaqua / Maluquo / Japão /No Preste João / Cafraria »//

Singulis nominibus praemittitur numerus: qui numeri in elencho Goano ab 1 usque ad 79 progrediuntur; deest tamen 78, qui numerus correctus est in 79 [4], probabiliter, quia ad calcem paginae 35 sine numero additus est: « O Irmão Donimguos [!] Fernández ». In pagina vero 36ʳ, quae ceteras domos continet, numeratio denuo ab 1 exorditur et ad 69 ascendit. In fine paginae 36ʳ, i. e. sub textu, alia manu summa omnium sociorum indicatur: « São por todos os desta Provýncia 148 ». Computatio quidem simplici additione ultimi numeri utriusque partis

---

1. *Goa 24 I* 36ᵛ.
2. *Goa 24 I* 35.
3. Legendum *hazer*, non *haver*.
4. *Doc. Ind. V*, 268 correctionis non facit mentionem.

(79+69 = 148) facta est: sed qui eam adjecit, neque Catalogum neque Provinciam bene novit. Non Catalogum: quia, ut ipse textus sinit intendere, complures socii in eo bis positi, bis numerantur. Ita saltem P. Franciscus Rodrígues (nr. 1 et nr. 24), P. Franciscus Cabral (nr. 16 et nr. 23), P. Antonius Fernández [5] (nr. 21 et nr. 46). Neque Provinciam: Desunt enim in Catalogo Goano Patriarcha D. João Nunes Barreto, Episcopus D. Melchior Carneiro (dum in Aethiopia Episcopus D. Andrea de Oviedo recensetur!); desunt etiam complures novitii, cum 15 eo anno referantur ingressi.

Praefatum exemplar, ab ignoto amanuensi scriptum, ac Superiorum mandato Romam missum, ut manus Polanci (fl. 36v), necnon praesentia actualis in ARSI indicat, exemplar A dicimus.

2. Exstat praeterea apographum ejusdem Catalogi in codice Eborensi II (Lisboa, Academia das Ciências, olim 3-9-12, nunc Codex 12 azul), cujus descriptionem habes apud G. Schurhammer S. J. et J. Wicki S. J., *Epistolae S. Francisci Xaverii I*, 193*-196* et *Doc. Ind. IV*, 29*, *Doc. Ind. V*, 44*-45*. Catalogus noster tres pagg. istius Codicis et unam columnam quartae pag. (ff. 303-304v) occupat. Inscriptio, et nota Patris Polanco, desunt, sed in titulo (ceterum aequali) additum est: « deste anno de 1561 ». Textus, paucis locis exceptis, idem est ac in A; inter Fratres 'Officiales domesticos' Fr. Diogo Taveyra additur; loco Fernão Núnez legitur Fernão da Narbona; Fr. Jerónimo de Ulmedo vocatur Gregório de Ulmedo; solo cognomine recensetur Fr. (João) de Bustamante; Fr. Regio autem nonnisi ⟨Modonês⟩ dicitur. Numeratio vero in multis locis ab A discrepat: tres Patres, qui in A bis numerantur, semel tantum numerum consequuntur. Ad notam: « Os Padres que ouvem Theologia são oyto » ponitur numerus 26; Dominguos Fernández etiam in B sine numero est; num. 69, Diogo Taveyra inseritur. In fine primae seriei (Goanae) post numerum 76, omissis aliis, statim 79 sequitur. In altera serie (extra-Goana), praeter transpositionem minoris momenti (primum Fernão da Narbona, deinde João da Veiga), nulla numerationis diversitas. Summa omnium: 79+69 = 148; sed in prima serie nonnisi 77 continentur: nam nr. 26 de facto vacat; dum sine numero additus est Dominguos Fernandez; itaque in Catalogo B nonnisi 146 socii recensentur [6].

3. *Quid de tempore et loco compositionis Catalogi*? De anno tum ex inscriptione exemplaris A, tum ex additione ad titulum exemplaris B constat: est enim *annus 1561*. Sed quo mense, vel qua anni parte? Patres Fratresque, qui mense Septembri 1561 ex Europa Goam pervenerunt [7], in Catalogo jam recensentur. Mense Novembri (exeunte, probabiliter) 8 Fratres theologi Goae a Patriarcha D. João Núnez Barreto sa-

[5] Non Antonius Dias, ut erronee *Doc. Ind. V*, 265; cf. ib. p. 267, annot. 6, ubi recte de Antonio Fernández.

[6] *Doc. Ind. V*, 270, annot. 20 de numeratione progressiva in codice Eborensi (= exemplar B nostri Catalogi) non bene refert; quae ibi dicuntur, sensu a nobis nr. 2 exposito corrigantur.

[7] Elenchum nominum habes in *Goa* 27, 1v. Cf. *Doc. Ind. V*, 123/4, 251, 251 [1].

cerdotes ordinati sunt[8]: qui in Catalogo jam ut Patres ponuntur. — 2 socii vero, qui fere eodem tempore, i. e. inter medium fere mensem Novembrem et 1. Decembris, 1561 Malacae ab Episcopo D. Jorge de Santa Luzia O. P. sacerdotio aucti sunt[9] (cujus ordinationis nuntius die 5. Januarii 1562 jam Cochinum allatus erat[10]), in Catalogo sub titulo Moluccarum etiam tum ut Fratres recensentur: qui (Fernão d'Álveres et Diogo de Magalhães) simul cum Patribus Marcos Prancudo (Superiore), Pedro Mascarenhas, Francisco Vieira, et Fratre Manoel Gómez, mense Septembri 1561 Goã profecti erant, ut ad Moluccas se conferrent[11]; sed P. Marcos Prancudo etiam die 10. Decembris 1561 e Domo Malacensi scribit[12]. — Praeterea, sub finem Septembris, vel mense Octobri e Domo Cochinensi Goam vocatus est P. Gaspar Coelho[13]: qui mense Januario 1562 simul cum P. João López e metropoli Goana Socotram abiit[14]. P. Coelho in Catalogo inter Patres Collegii Goani invenitur. — E praedictis patet *conclusio*: Catalogus iste post ordinationem mense Novembri Goae factam ortus est; cumque sit anni 1561 (ut ex ejus inscriptione constat), et in eo Missio P. Gasparis Coelho ad insulam Socotram, Januario 1562 facta, ignoretur, sicut etiam ordinatio, altera medietate Novembris Malaccae facta, cujus nuntius die 5. Januarii 1562 jam Cochinum allatus erat: *mense Decembri 1561 compositus est.* Verba autem ' mense Decembri ' sensu aliquantulum latiore intelligimus: ita ut ultimi dies Novembris et primi dies Januarii simul comprehendantur.

Locus autem compositionis sufficienter in titulo indicatur; loquitur enim de « hoc » Collegio S. Pauli, Goae; id saltem de elencho Goano valet, probabiliter autem de toto Catalogo. Sed duplex series numerationis (in utroque exemplari), et distributio textus per columnas (ita, ut in exemplari ad Praepositum Generalem misso secunda pagina ⟨*Goa 24 I* 35v⟩ una tantum columna constet, et altera pars Catalogi a novo folio incipiat) insinuare possent, praesentem Catalogum e duobus coaluisse elenchis, non uno die neque forsitan eodem loco primum conscriptis.

Catalogus subscriptione caret, neque aliunde de auctore aliquid certi constat. Auctoritate tamen Superiorum Romam missus est.

---

8 De illa ordinatione et de nominibus neosacerdotum videas *Doc. Ind. V*, 258-259. Tempus autem collationis presbyteratus ex iis intelligitur, quae Fr. Balthasar da Costa die 1. Decembris 1561 e Collegio Goano scribit: « Ordenárão há pocos días o Padre... « Unde probabilius de fine mensis vel saltem de altera medietate Novembris agitur.

9 *Doc. Ind. V*, 310: in epistola illa, die 2. Decembris 1561 Malaccae scripta, refertur: Episcopum D. Georgium (Jorge) [de Santa Luzia] O. P. ante 15 dies Malaccam advenisse. — *Doc. Ind. V*, 306-307: die 1. Decembris 1561 P. Christóvão da Costa jam de collata ordinatione scribit.

10 *Doc. Ind. V* 476-477: P. Manoel Álvares in epistola die 5. Januarii 1562 e Collegio Cochinensi data ordinationem factam commemorat.

11 *Doc. Ind. V*, 259.

12 *Doc. Ind. V*, 320/1.

13 *Doc. Ind. V*, 418.

14 *Doc. Ind. V*, 240: de proposito Provincialis, mittendi duos sacerdotes S. J. ad insulam Socotram Januario 1562. — *Doc. Ind. V*, 612: de illa missione, mense Januario 1562 effecta.

4. *In Japonia* novem socii (tres Patres, sex Fratres) recensentur. E quibus duo, P. Balthasar Gago et Fr. Ruy Pereira, die 27. Octobris 1560 e Japonia profecti erant[15]; sed cum illi nonnisi die 29. Martii 1562 in Indiam (Cochinum) advenirent[16], mirum non est, eos in praesenti Catalogo in Japonia inveniri.

5. Catalogi textus integer editus est in *Doc. Ind.* V 265-270.

Textus

Goa 24 I 36 (35-36v)

[35] †

Listas dos Padres e Irmãos que estão neste Collégio de S. Paulo de Goa, e dos mais que estão por outras partes diversas

[Dec. 1561]

[36] Japão[1]

54 ī o P.e Cosmo de Torres
55 ī o P.e Baltezar Guago
56 ī o P.e Guaspar Vilela

57 ī o Ir. João Fernandes
58 ī o Ir. Duarte da Sylva
59 ī o Ir. Guilherme
60 ī o Ir. Ruy Pereira
61 ī o Ir. Luís Dalmeida
62 ī o Ir. Lourenço

a *Numerus* 60 *corr.: antea* 5 *del., dein juxta numerum deletum* 60

15 Balthasar Gago - Fratribus S. J. in Lusitania, Goa 10. Dec. 1562, *Cartas* (Évora 1598) *I* 95; ex. contemp. in *J. 4*, 290.

16 Epistola annot. praecedentis: *Cartas I* 97v; *J. 4*, 292v.

1 Vid. introduct. ad hunc Cat., nr. 4.

8

CATALOGUS BREVIS INDIAE ORIENTALIS

[Vertente anno 1562/63]

Exstat in primo volumine Catalogorum Indiae Orientalis « Cathalogus Collegialium Societatis Jesu in urbe Goa, omniumque Fratrum in diversis locis habitantium in India ». Scriptus est in unico folio chartae europaeae, quod fere 21., 5-7 cm. latum, et 30, 4 cm. altum est; *Goa 24 I* 38/38^{v}. Textus tum in prima pagina (fol. 38), tum in altera (fol. 38^{v}) tribus[1] columnis dispositus est, scriptus ab amanuensi ignoto. Subtituli in singulis columnis utriusque paginae sunt hi:

[38] Superiores	Professor 2^{ae} clasis	
Auditores theologiae	Auditores 2^{ae} clasis	Qui sunt Choram
Professores dialectices	Professor 3^{ae} clasis	
Auditores dialectices	Auditores	
Professor 1^{ae} clasis	Magistri puerorum	
Auditores	Confessores	
	Coadjutores Temporales	

[38^{v}] Qui sunt Çacotora	In civitate Coulão	Qui sunt in Jappone
Qui sunt Damão	In insula Manar	Qui sunt in Aethiopia
In Collegio Baçaim	In civitate Malaqua	Ormuzius
Qui sunt Tana	Qui sunt Maluquo	
In Collegio urbis Cochim	Qui sunt Amboino sub dicto Superiori	

Deest subscriptio auctoris. Inscriptio pariter desideratur. In summa pagina 38 legitur: « 1562 overo 1563 », sed numerus 1562 recenter deletus est. Margo superior ejusdem paginae in cornu dextero priorem numerationem (pag.) 58 et (fol.) 11 conservat; numerus vero 11 postea deletus est. In pagina 38^{v} adest numeratio antiqua: (pag.) 59. Singulis nominibus numeri non praefiguntur, neque summa omnium indicatur: quae est 158[2]: a quibus detrahendus est semel P. Petrus Vaz, bis positus. Exemplar istud A dicimus.

2. Aliud exemplar invenitur in codice, qui apud varios auctores nomine *Ulyssiponensis II* vocatur; Ulyssipone enim, in Bibliotheca 'Ajuda', in collectione 'Jesuítas na Ásia' duo exstant codices, in quibus plurimae, quas e tota India Orientali miserant socii, epistolae continentur: ad usum Domus Professae São Roque (Lisboa), praesertim ut in refectorio praelegerentur, olim transscriptae: Ajuda *49-IV-49* et

[1] Non duabus tantum, ut erronee *Doc. Ind. V*, 616.

[2] Non 155 tantum, ut ibidem.

49-IV-50. Quorum voluminum descriptionem accuratam habes in MHSI, in editione Epistolarum S. Francisci Xaverii (G. Schurhammer S. I. et Iosephus Wicki S. I.), vol. I, pp. 187*-194*. Ulyssiponensis II, annis 1558-1565 ortus, epistolas annorum 1544-1564 comprehendit. A fol. 513v-514v exstat Catalogus noster, lingua lusitana, sub titulo: « Jhus. LISTA dos Padres e Irmãos que estão em este Collégio de Goa e de todos os Padres e Ir[mãos que estão] em diversas partes da Índia no ano 1562 ». Textus a media fere pagina 513v incipit. Dispositus est etiam illic tribus columnis, sed paginae tertiae (fol. 514v) columna tertia et media pars columnae secundae vacant.

Quod exemplar B vocamus.

3. Comparatione instituta inter utrumque textum, latinum scl. et lusitanum, facile patet agi de Catalogo substantialiter eodem, quin desint differentiae complures, paucae tamen majoris momenti. — In titulo generali praesertim notetur modus loquendi: in textu latino: « Collegialium Societatis Jesu *in urbe Goa* »; in apographo lusitano: « que estão *em este Collégio* de Goa ». Etiam in ceteris titulis non desunt differentiae minores; titulus autem « Qui sunt Amboino sub dicto Superiori » in exemplari lusitano omittitur. — Nomina in textu lusitano utique formā lusitanā ponuntur; scriptio autem cognominum a Catalogo latino aliquoties differt, praesertim eo quod saepius in ms. latino 'de' ('de'') vel 'da' cognomini antepositum excidit. — Ordo, quo nomina inter se sequuntur, in utroque exemplari fere coincidit; transpositiones neque frequentes sunt neque majoris momenti. Lectiones variae paucae atque leviores sunt. Additur in Codice Ulyssiponensi nomen Ir. Miguel Beltrão; loco *P.* Antonius Fernández scribitur *Ir.* António Fernández.

4. *De tempore, loco, auctore compositionis* brevi inquirendum est. E titulo textus lusitani annus et locus, quo Catalogus confectus est, intelligitur: nempe in Collegio Goano anno 1562 [3]. Qua anni parte? Nomina eorum, qui anno 1562 in Indiam recens advecti erant, jam in Catalogo recensentur [4]: illi ineunte Septembri Goam pervenerunt [5]. Porro, die 21. Octobris Goae obiit Fr. Johannes Regio (Mutensis) [6], qui in Catalogo omissus est. Unde *prima conclusio*: Catalogus post initium Septembris, immo, post 21. Octobris, 1562 ortum habuit. — Ut autem compositionis tempus etiam magis determinari possit, facta quaedam, de quibus ex epistolis illius temporis constat, consideranda sunt: 1) P. Hieronymus Vaz, usque ad finem Octobris 1562 in insula Manar moratus, inde avocatus est, ut, si fieri posset, in Aethiopiam sese conferret [7]. Qui in Catalogo nostro jam in Collegio Cochinensi recensetur. — 2) P. Andreas Fernández, sociis ex Europa venientibus se adjungens [8], die 6. vel 7. Au-

3 Non 1563, ut ibidem.
4 Elenchus anni 1562: *Goa* 27, 1v.
5 *Doc. Ind.* V, 529, 534, 546.
6 *Doc. Ind.* V, 591.
7 *Doc. Ind.* V, 679.
8 *Doc. Ind.* V, 543.

gusti 1562 e portu Moçambique profectus [9], in navi 'Rainha' [10] ineunte Septembri 1562 ad litus Goanum appulit [11]; et e duris molestiis, quas in Africa perpessus erat, viribus debilitatus, Goae paulatim salutem recreavit [12]. Qui initio Decembris 1562 etiam tum e Collegio Goano scribit [13], instante jam profectione [14]. In Catalogo nostro jam Domui Cochinensi adnumeratur. — 3) Die 22. Decembris 1562 Goae defunctus est D. João Núnez Barreto S. J., Patriarcha Aethiopiae [15], qui in Catalogo deest. — 4) Die 18. mensis Januarii 1563 P. Antonius de Quadros e Collegio Cochinensi scribens, de Residentia in civitate Ormuz ita dicit: «... Ormuz, onde por falta de Padres não tínhamos ao presente nimguém, mas este anno vai pera laa o Pe Vicente Tonda, que de Italia veio, por mo pedir muito o Capitão que agora vai pera laa ... [16]. Sed P. Vincentius Tonda die 3. Aprilis 1563 in epistola autographa ad Generalem ita de se dicit: «Io mi ritrovai presente (alla morte del Patriarcha D. João Núnez Barreto) [die 22. Dec. 1562, in civitate Goa], si ben *stava de camino per esta città di Ormuz*, dove al presente insieme con un Fratello stiamo ...» Et in ultima parte epistolae: «De Goa niente sappiamo, perchè qua non ci viene sino en monsoni duoi volte il anno; quando io mi partite che sono 3 mesi, tutti stavano bene ...» [17] — 5) In epistola supra allegata P. Provincialis Antonii de Quadros, die 18. Januarii 1563 e Collegio Cochinensi scripta, de Domo in civitate S. Thomé ita legimus: «Agora mando à cidade de Sancto Thomé hum Padre e hum Irmão ...» [18] Pater ille fuit P. Franciscus de Pina [19]: qui in Catalogo nostro etiam tum Goae recensetur. — 6) Ceterum, Patres Franciscus Pérez et Emmanuel Teixeira, qui die 27. vel 28. Aprilis 1563 Goã ad Sinas profecti

---

9 *Doc. Ind.* V, 529, 543.

10 *Doc. Ind.* V, 543.

11 *Doc. Ind.* V, 529, 534.

12 *Doc. Ind.* V, 614, 648 (ipse de se), 739.

13 *Doc. Ind.* V, 634-648. Epistola autographa ipsius Andreae Fernández (cf. ib. 634) indicatione temporis caret. Sed cum in fine epistolae (ib. 648) de sua profectione proxime futura e civitate Goã agat, atque, alia ex parte, die 16. Januarii 1563 jam e Collegio Cochinensi scribat (*Doc. Ind.* V 725-736), datatio in codd. Ulyssiponensi II et Conimbricensi, nempe 5. Dec. 1562, non videtur suspecta.

14 «Porque está a embarcação já prestes pera me partir ... me dá muita presa o P.e Baltasar Dias que nos vamos, que me acompanha até a barca»: *Doc. Ind.* V 648.

15 De morte Patriarchae Aethiopiae D. João Núnez Barreto: *Doc. Ind.* V 673-677 (Balth. da Costa), 739 (Ant. de Quadros), 755 (Melch. Núnez Barreto). Etiam epistola autographa P. Vincentii Tonda, ad Gen., Ormuz, 3. Aprilis 1563, ital., *Goa 8 II* 390-391v. Cf. annot. 17.

16 *Doc. Ind.* V 740.

17 Vincente Tonda — Gen., Ormuz, 3. Aprilis 1563, Autogr., ital., *Goa 8 II* 390 391.

18 *Doc. Ind.* V 743.

19 Ita Antonius de Quadros — Gen., 8. Dec. 1563, Orig., lus., 1a via, *Goa 11 I* 168. P. Franciscus de Pina — Gen., Sancto Thomé, 11. Dec. 1563, Orig., 2a via, lus., *Goa 11 I* 170-171v.

sunt[20], in Catalogo nostro in Collegio Goano recensentur, quamvis mense Januario 1563 jam a Provinciali pro ista Missione praesignati, nondum certa electione designati, essent[21]. — 7) Demum, Patres Fratresque, qui mense Septembri 1563 ex Europa ad litus Goanum appulerunt[22], in Catalogo nostro desunt.

Quid ex istis factis colligitur? *Conclusio altera* est haec: Catalogus non solum ante Septembrem 1563 (ante adventum navium ex Europa), sed etiam ante finem Aprilis 1563 (quo tempore Goã egressi sunt PP. Franciscus Pérez et Emmanuel Teixeira) compositus est. — Ex aliis autem factis, quae supra indicavimus, argumentum *certum* fieri vix potest: saepius enim mutationes personarum non solum postquam in actum deductae sunt, sed ob solam Superiorem destinationem, in Catalogos admissae sunt; praeterea, plerumque nos latet, quo tempore destinationes illae a Superiore competente primum firmiter decisae et, litteris datis, communicatae sint. — Unde *tertia conclusio, probabilis*: cum auctor nostri documenti de itinere P. Andreae Fernández (si non inchoato, saltem deciso) ex urbe Goã ad Collegium Cochinense (Decembri 1562) notitiam habuerit, ac similiter P. Vincentium Tonda ex eãdem urbe Goã ad civitatem Ormuz vel mox abiturum, vel jam profectum esse noverit (qui post diem 22. Decembris 1562 abiit); sed missionem P. Francisci de Pina e Collegio Goano ad Residentiam civitatis S. Thomé (de qua Provincialis, die 18. Januarii 1563) ignoraverit: *Catalogus noster vel mense Decembri 1562, vel mense Januario 1563 Goae confectus est.* Provincialis P. Antonius de Quadros mense Decembri 1562 (paulo ante diem 23. Decembris) Goã Cochinum se contulit[23]: non absque causa opinari quis poterit, Catalogum nostrum *brevi ante ejus discessum* (qui Malaccam, Molucas, Japoniam visitare in animo habebat), ideoque circa medium mensem Decembrem 1562 (vel paucis diebus post) conscriptum esse.

Quae usque modo diximus, praesertim de forma lusitana Catalogi valent. Quid *de forma latina,* cujus partem Japonicam hic edimus? Quam a forma lusitana *quoad res* vix discrepare supra notavimus. In ejus tamen titulo de proposito designatio tum temporis tum loci mutata est. Non jam de « hoc Collegio Goano » (« em este Collégio de Goa »), neque de anno 1562 aperte sermo fit. Quod cum non casu factum esse videatur, ratio *forsitan* haec est: traductionem latinam extra Collegium Goanum, ut puta, in Collegio Cochinensi, initio anni sequentis 1563 (quando

---

[20] Franciscus Pérez - Lud. Gonçálvez, Macao, 3. Dec. 1564, Orig., 2a via, lus., *J. 5,* 164. Cf. Antonius de Quadros-Gen., 8. Dec. 1563, Orig., 1a via, lus., *Goa 11 I* 168: « A China forão com o Embaixador que Elrey lá manda, o P.e Francisco Pérez e o P.e Manoel Teixeira com hum Irmão ... ».

[21] *Doc. Ind. V* 745, cf. 756.

[22] Elenchus anni 1563: *Goa 27* 1v.

[23] Nam die 23. Decembris 1562 jam e Collegio Goano P. Balthasar da Costa ad P. Antonium de Quadros Cochinum litteras scribit: *Doc. Ind. V* 673-677. Cui de infirmitate et mox secuta morte Patriarchae Aethiopiae D. João Núnez Barreto nuntium mittit. Propterea P. Antonium de Quadros jam aliquibus diebus antea abiisse haud dubium est.

Provincialis Cochini morabatur) ortum habuisse, atque inde Romam missam esse.

5. *De elencho sociorum in Japonia* degentium quid dicendum? Socii ibi recensiti sunt 9: 4 Patres et 5 Fratres. E quibus duo, P. Luís Fróis et P. Giovanni Battista di Monte, quo tempore Catalogus confectus est, nondum in Japonia residebant: illi enim simul die 6. Julii 1563 ad portum Yokoseura pervenerunt [24]. Qui cum mense Aprili 1562 Goā profecti essent, in Japoniam directi [25], ob illam causam jam in elencho Japonico inveniuntur. — Desunt jam in Japonia P. Balthassar Gago et Fr. Ruy Pereira: qui die 27. Octobris 1560 e portu Bungoensi egressi [26], ventorum vi ad insulam Hainan depulsi sunt (die 21. Novembris 1560) [27], neque prius quam mense Aprili vel Majo 1561 Macaensem portum tandem tenuerunt [28]. Unde die 26. Decembris 1561 iter prosecuti [29], die 20. Januarii 1562 Malaccensem portum adierunt [30], indeque die 6. Februarii egressi [31], die Paschatis (29. Martii 1562) ad litus Cochinense applicuerunt [32]; et post Dominicam in Albis navigio quodam minore inde egressi, post 15 dies Goam pervenerunt [33]. — Demum adverte id, quod Provincialis die 18. Januarii 1563 e Collegio Cochinensi scribit: « Em a ilha de Japão há agora quatro Padres e oito Irmãos, quatro espanhoes e quatro japões » [34]. Verbum *espanhoes* hic sensu latiore pro Europaeis sumendum est. E quatuor Japonensibus in nostro Catalogo unus dumtaxat, Laurentius, commemoratur.

6. Catalogus editus est in MHSI, *Doc. Ind.* V 616-621.

---

[24] Fróis I 183.

[25] *Doc. Ind.* V 612.

[26] Balthassar Gago — Fratribus S. J. in Lusitania, Goa, 10. Dec. 1562, *Cartas* (Évora 1598) I 95; apogr. contemp. in *J. 4* 290.

[27] *Cartas,* ib. 96v; *J. 4* 291v.

[28] Per quinque enim menses in insula Hainan demorati, post navigationem 30 dierum Macaum pervenerunt: *Cartas,* l.c. 97; *J. 4* 291v/2.

[29] « A primeira oitava do natal, em q̃ começava o anno de 62 »: *Cartas,* ib. 97; *J. 4* 292.

[30] *Cartas,* l. c. 97v; *J. 4* 292v.

[31] Ib. (utroque loco).

[32] Ib. (utroque loco).

[33] Ib. (utroque loco).

[34] *Doc. Ind.* V 744.

Textus

Goa 24 I 38/38v

Catalogus Collegialium Societatis Jesu in urbe Goa omniumque Fratrum in diversis locis habitantium in India

[Pro India: vertente anno 1562/1563]

. . . . . .

[38v] Qui sunt in

Jappone [1]

P. Cosmus Torres, Superior
P. Ludovicus Fróis
P. Gaspar Vilela
P. Joannes Baptista

Fr. Joannes Fernández
Fr. Duardus Selva
Fr. Ludovicus Almeida
Fr. Guilhermus
Fr. Laurentius

9

CATALOGUS BREVIS INDIAE ORIENTALIS

(Pro India: c. finem 1565)
(Pro Japonia: Oct./Nov. 1564)

1. Totius Indiae Orientalis Catalogus Brevis, cujus nec locus nec tempus compositionis in titulo revelatur, exstat in volumine primo Catalogorum Indiae Orientalis, *Goa 24 I* 41-41v, 40-40v. Qui constat duobus foliis permagnis chartae europaeae, quorum margines voluminis mensuras excedunt ac propterea plicati sunt; folia ista in altum c. 31,5 cm., in latum vero varie inter 28 et 28,8 cm. habent; pars superior, plicata et aliquantum rescissa, ad sola 27,5 cm. in latum extenditur. Praecedit autem Catalogi folium alterum, sequitur folium primum: qui error facilius ideo fieri potuit, quia utrumque folium in capite a proprio titulo incipit.

---

a Selva] S *corr. ex* d.

---

1 Vid. introd. ad hunc Cat., nr. 5.

2. Nam titulus, a quo totus textus exorditur (fol. 41), pertinet ad elenchum Collegii Goani: « Cathálogo dos Padres e Irmãos do Collégio de Goa ». Absoluta autem serie Patrum Collegii, cetera nomina his subtitulis distincta sequuntur: « Diáconos / Irmãos Collegiaes / Irmãos da provação / Noviços que têm votos / Que não têm votos ». Descriptis vero Collegii Goani sociis, jam ad reliquas (Africae et) Asiae Domus se auctor convertit, iisque hunc titulum praefigit: « † Cathálogo dos que residem nas aldeas desta ilha e outras partes » (fol. 40). Cujus Catalogi subtituli sunt hi: « Rachol / Choram / Divar / Sam Lourenço / O Preste / Ormuz / Cochim / Damam / Baçaim / Trindade / Tana / Coulão / Manar / S. Thomé / Malaqua / Maluco / China / Japão ».

3. Catalogus Goanus una columna, elenchus ceterarum domorum duabus columnis dispositus est. Porro in Catalogo Goano, praeter nomina, etiam aetas singulorum indicatur, ac saepe, non semper, officium; in elencho vero ceterarum domorum ab initio neque aetas neque munus declarabatur; postea vero anni vitae additi sunt, non omnium, sed eorum tantum, qui in domibus Damão, Baçaim, Trindade, Tana, degebant (omnium quidem sociorum Domūs Damão, complurium in tribus aliis domibus); atque in iisdem Domibus nominibus singulorum etiam officia, quae quisque gerebat, apponuntur (omnium quidem sociorum in solo Collegio Baçaim, complurium in aliis tribus Domibus). Elenchus autem Collegii Cochim omnium Patrum et quorundam Fratrum munera continet. Numeri marginales singulis nominibus minime praeponuntur; sed summa tum Patrum (23), tum Fratrum (70) Collegii Goani, necnon Patrum Fratrumque in ceteris Indiae Orientalis partibus degentium (97) in margine notatur. Margo superior utriusque folii abscissus est; ac propterea quae in summo folio 41 scripta erant (inter alia numerus anni adfuit) jam non leguntur. In cornu sinistro superiore fol. 40 adhuc conspicitur, alia manu, numerus 66 (probabiliter pro 1566). In spatio libero folii 41 hanc habes notulam: « † Cathálogo dos Irmãos. 3ª via ». Subscriptio deest; inscriptio pariter desideratur. Manūs utriusque elenchi (41/41 = M^1; et 40/40ᵛ = M^2) diversae esse videntur; insuper descriptio Collegii Cochim et additiones supradictae de aetate et muneribus sociorum in domibus Damão, Baçaim, Trindade et Tana, non obstante quadam similitudine cum M^1, propriam revelare videntur scripturam (= M^3, M^4): omnes istae manus contemporaneae sunt.

4. *De tempore et loco compositionis totius bipartiti Catalogi* brevi inquirendum est. *Et primum quidem de tempore.* Quod satis accurate ex eis eruitur, quae Catalogus continet, dum comparatio instituitur cum Catalogo sequenti Goano, die 2. Decembris 1566 exarato[1], et cum epistola P. Antonii de Quadros, Provincialis, quam die 20. Novembris 1565 e civitate Malacca ad Generalem scripsit[2]. Nam in Catalogo Collegii

---

[1] « † Jesus. Cathálogo dos Padres e Irmãos que residen neste Collégio de São Paulo de Goa, e nas igrejas, que estão a obediêntia delle. A 2 de Dezembro de 1566 ». 4ª via, pro Praeposito Generali, *Goa 24 I* 44-46ᵛ.

[2] Antonius de Quadros — Gen., Malaca, 20. Nov. 565, Orig., lus., 1ª via, *Goa 11 I* 253-256ᵛ.

Goani, die 2. Decembris 1566 composito, ubi novitii recensentur, non solum anni, sed etiam menses in Societate peracti indicantur, ita ut satis accurate constet, quando quisque Societatem ingressus sit. Jamvero, Catalogus iste noster eos novitios sequentis Catalogi (2. Decembris 1566) continet, qui tunc (die 2. Decembris 1566) unum annum et medium in Religione vixerant; tres etiam, qui unum annum in Societate peregerant (deest tamen Philippus Dinís, qui similiter ante unum annum ingressus erat); ceteros vero, qui nonnisi ante 10 vel 9 vel 8 etc. menses Ordini nomen dederant, nondum recenset. Unde sequitur: praesentem Catalogum inter 18 et 10 menses ante diem 2. Decembris 1566 compositum esse. *Hinc prima conclusio*: Catalogus inter Junium 1565 ac totum Februarium 1566 confectus est. — Quod tempus etiam arctius circumscribi potest. Nam ex epistola Provincialis, die 20. Novembris 1565 e civitate Malaccensi scripta, varia facta colligimus, quae ad intelligendum nostrum Catalogum non parum conferunt: P. Antonius de Quadros die 17. Septembris 1565 e portu Goano profectus est [2a], ut Malaccam peteret, ac deinde vel in Japoniam vel ad insulas Moluccas sese conferret (Qui dum post unius fere mensis navigationem [3] Malaccam pervenit, ibi de gravissimo statu rei christianae in insula Amboina, invasione islamica funestata, certior factus, ad urgendum Proregis Indiae auxilium mox Goam redire coactus est [4]; itaque jam die 21. Januarii 1566 ad portum Cochim regressus [5], die 31. Januarii 1566 Praeposito Generali de ratione sui reditus scripsit [6]). P. Antonius de Quadros, antequam Goā discessit, Rectorem Collegii Cochinensis, P. Melchiorem Núnez Barreto, Viceprovincialem fecit; Goae autem Superintendentem Collegii S. Pauli nominavit P. Franciscum Rodríguez, ejusdemque Collegii Rectorem P. Petrum Ramírez [7]. Atqui in Catalogo nostro tres illi jam munus suum novum susceperant, nomen vero Provincialis omnino deest. Quare Catalogus noster absente jam Provinciali concinnatus esse videtur. — Id ex eo

---

2a Ibi, fol. 253: « ... o tempo que me partí a este Malaqua, que foy a 17 de Setembro ... ». — P. Melchior Núnez Barreto, Rector Collegii Cochinensis, in epistola ad Gen., Cochim, 20. Jan. 1566, Orig., 2a via, lus., *Goa 8 III* 540: « Partio-se do Collégio de Goa aos 15. de Setembro. (Eodem modo in alio Originali ejusdem epistolae, sine indicatione viae: *Goa 8 III* 543).

3 Cf. SCHÜTTE, *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan, I, 1* S. 126, 126[45]. Alia exempla multiplicari possent.

4 Antonius de Quadros — Gen., Cochim, 31. Jan. 1566, Orig., 2a via, lus., *Goa 8 III* 567 (Orig., 3a via, lus., *Goa 8 III* 569). — De eadem re P. Melchior Núnez Barreto — Gen., Cochim, Postscriptum ad epistolam diei 20. Jan. 1566, Orig., 2a via, lus., *Goa 8 III* 541v (544v = Orig., lus., sine via).

5 Idem Postscriptum (vid. notam antecedentem), *Goa 8 III* 541v (544v): « A 21 de Yaneiro chegou huma Nao de Malaqua, em que vinha ho P.e Provincial ».

6 Antonius de Quadros — Gen., Cochim, 31. Jan. 1566, Orig., 2a rsp. 3a via, lus., *Goa 8 III* 567-568v, rsp. 569-570v.

7 Antonius de Quadros — Gen., Malacca, 20. Nov. 1565, lus., Orig., 1a via, *Goa 11 I* 253: « Na India deixei em meu lugar o Padre Mestre Belchior. Em Goa deixei o P.e Francisquo Rodríguez por Superintendente do Collégio, e o P.e Pero Ramírez por Reitor ». Cf. infra, annot. 8.

plene confirmatur, quod sub die 20. Januarii 1566 (uno die ante regressum P. Antonii de Quadros) P. Melchior Núnez Barreto, Viceprovincialis, e Collegio Cochinensi ad Generalem scribit:

« Antes que se partise o Padre, deixou todos estes Collégios da Companhia providos de Superiores de muita confiança, com que esperamos em Deus, N. Senhor, que as cousas da Índia não padecerão muito detrimento / até sua tornada. No Collégio de Goa deixou por Reitor o P.e Pero Ramírez, e o P.e Francisco Rodríguez por Superentendente do mesmo Collégio e com o cuidado da Christandade e das obras materiais, e assy em cada hum dos outros Collégios tudo está bem provido, *como Vossa Paternidade poderá entender polla lista dos Padres e Irmãos que estão em cada parte da India, que com esta vay* ... » [8].

Ex ista ergo epistola desumitur: Catalogum nostrum die 20. Januarii 1566 jam exstitisse; quem cum supradicta epistola P. Melchior Núnez Barreto, Viceprovincialis, Romam missurus erat. Neque dubium est, Catalogum designare statum personarum post profectionem P. Antonii de Quadros vigentem; cujus absentia ac mutationes ab eo, antequam profectus est, inductae sufficienter indicare videntur: Catalogum post diem 17. Septembris 1565 ortum habuisse. Unde *altera conclusio*: Catalogus noster inter diem 17. Septembris 1565 et diem 20. Januarii 1566 compositus est. Porro, anno 1565 quatuor naves e Lusitania in Indiam advectae sunt: 'Capitanea', nomine Chagas; Sperança; Tigre; São Rafael [9]. Quae omnes eōdem die, 25. Martii 1565, e portu Ulyssiponensi profectae [10], non uno tempore in Indiam pervenerunt. E quibus duae, Sperança et São Rafael, vel tertia hebdomada (16.-22. Sept.) vel quarta (23.-29. Sept.) mensis Septembris 1565 Goam appulsae sunt [11].

---

[8] Melchior Núnez Barreto — Gen., Cochim, 20. Jan. 1566, Orig., 2a via, lus., *Goa 8 III* 540/0v.

[9] Figueiredo Falção, *Livro, em que se contem toda a Fazenda*, ed. cit., pag. 169. Cf. annot. seq. 10-14.

[10] Gio. Battista di Ribera — Card. Borromeo, Goa, 17. Ottobre 1565, (Orig.?), ital., *Goa 11 I* 247: « Partimmo dunque, Monsignor mio Illustrissimo, dalla barra o porto di Lisboa, domenica, dì della Santissima Annunciatione di Nostra Donna, à i XXV di marzo, quattro fortissime et grossissime navi, sopra due delle quali, ciò è della Capitana et della Speranza, ci imbarcamo sei sacerdoti della Compagnia, tre per ciascuna ». — Pero Bonaventura - Gen., Mocambique, 7. Agosto 1565, Autogr., hisp., *Goa 11 I* 245: « Partimos, como V. R. havrá entendido, allos 24 de Março, día de Nuestra Señora ... ». Non dubitamus quin dies 24 erronee pro 25 positus sit, cum agatur de festo Annuntiationis B.M.V. (etiam teste Patre Bonaventura), et de die dominica (ut expresse dicit Ribera).

[11] P. Johannes Baptista de Ribera, qui in navi « Sperança » vehebatur, die 18. Septembris 1565 Goam pervenit (vid. annot. praeced.), *Goa 11 I* 248v; tribus autem diebus antea eundem portum alia navis ingressa erat, una e quatuor ex Europa profectis: ib., *Goa 11 I* 249. Cum aliunde naves « Chagas » et « Tigre » tardius ad portum *Cochinensem* applicuisse constet (cf. annot. 12), alia illa navis esse non poterat nisi « São Rafael ». Teste igitur P. Johanne Baptista de Ribera, duae naves « São Rafael » et « Sperança » portum Goanum diebus 15. (vel 16.) et 18. Septembris 1565 ingressae sunt. Non est, cur

Aliae duae, quae erant naves Chagas et Tigre, tardius, prima hebdomada (30. Sept.-6. Oct.) vel secunda (7. Oct.-13. Oct.) mensis Octobris 1565 ad litus Cochinense applicuerunt [12]. In navi Sperança tres vehebantur Patres: P. Juan Baptista de Ribera, P. Pedro Riera (seu Arrier), dictus Bonaventura, P. Pero Argudo [13]. Tres etiam in navi Chagas Cochinum venerunt: P. Fernão Alcaraz, P. Gabriel D'Oliver, P. Alexandro Vallareggio [14]. E primo manipulo duo, i. e. P. Juan Baptista Ribera et P. Bonaventura, ex altero iterum duo, scl. P. Fernão Alcaraz et P. Gabriel D'Oliver, in Catalogo nostro jam recensentur. De adventu navium Cochinum P. Juan Baptista Ribera die 17 Octobris 1565 e Collegio Goano ita scribit:

---

id in dubium vocetur, cum P. de Ribera ex ipsa civitate Goana uno mense post adventum sic referat.

Sed advertimus: P. Melchiorem Núnez Barreto die 20. Jan. 1566 e Collegio Cochinensi ad Generalem scribere: « Mas o Padre Provincial, ao tempo que as Naos de Portugal achegarão, avia 7 ou 8 dias que era partido pera Malaca » (Orig., 2a via, lus., *Goa 8 III* 540). Qui utique Goā tunc profectus erat, non Cochino; discesserat autem die 17. Septembris, ipso P. Antonio de Quadros teste (cf. annot. 2a); quem P. Melchior Núnez Barreto die 15. Septembris abiisse scribit (cf. annot. 2a). Numquid P. Melchior in epistola diei 20. Januarii 1566 de navibus Goam appulsis loquitur, an de iis quae ad portum Cochim declinaverunt? Si de navibus Goam appulsis: ab epistola Patris de Ribera discrepat; si vero de navibus, quae Cochinum pervenerunt: vix intelligitur, cur demum die 17. Octobris nuntius de earum adventu Goam perlatus sit. Nobis autem sufficiat statuere, naves Goam pervenisse tempore aliquo a medio mense Septembri 1565 usque ad ejusdem mensis finem.

[12] P. Melchior Núnez Barreto (— Provinciali Lusitaniae?), Cochim, 20. Jan. 1566, Orig., lus., *Goa 8* III 545v: « Aqui chegárão na Nao Chagas o P.e Fernando Alcaraz com seus dous companheiros, o P.e Alexandre e o P.e Oliver, tam enfermos que se temeo que morressem, principalmente o P.e Alexandre ». — Hieronymus Rodríguez Patribus et Fratribus in Europa, Cochim, 20. Jan. 1566, Orig.?, lus., *Goa 8 III* 562: « Quis Deus Nosso Senhor trazer aqui duas Naos a salvamento fora do tempo acustumado, .s. o Tigre & as Chagas, onde vierão tres Padres nossos, dous delles muyto doentes das gingivas & quasi tolheytos das pernas & não se achárão bem dellas senão depois de hum mes pouco mais ou menos ». — Gio. Battista di Ribera - Card. Borromeo, Goa, 17. Ottobre 1565, (Orig.?), ital., *Goa 11 I* 249: hodie mane venit nuntius duas naves portum Cochinensem ingressas esse (cf. infra, in textu). — Quodsi naves illae tempore inconsueto, tardius solito, Cochinum appulsae sunt, deque earum adventu nonnisi die 17. Octobris 1565 Goae constabat, post initium mensis ejusdem portum Cochinensem tenuisse videntur.

[13] Tum in navi « Capitanea », tum in navi « Sperança » tres sacerdotes S. J. vehebantur: cf. supra, annot. 10. Nomina omnium sex sociorum ex Elenchis eorum, qui singulis annis in Indiam profecti sunt, innotescunt: *Goa 27* 1v; *Goa 28* 4. Porro de tribus Patribus, qui erant in navi Capitanea (Chagas), Cochinum appulsa, in praecedenti nota (annot. 11) diximus. Itaque, qui sint alii tres, facile invenitur. Ceterum P. Johannes Baptista de Ribera de itinere suo (in navi Sperança) Relationem jam pluries allegatam ad Card. Borromeo misit.

[14] Cf. annot. 12.

« Questa mattina, benedetto Iddio, si è inteso che erano gionte tutta due in Cocim »[15].

Cum navium ex Europa adventus (maxime 'Capitaneae') Gubernii Goani plurimum interesset, de eo *quam celerrime* e portu Cochinensi Goam nuntium missum esse censendum est. Quare naves istas non ante initium Octobris, sed ineunte jam mense, forsitan circa diem 6. vel. 8. Octobris, portum Cochinensem ingressas esse ducimus. Unde *tertia conclusio*: Catalogus noster inter initium Octobris 1565 et diem 20. Januarii 1566 confectus est. — Cum vero naves e portu Cochinensi in Europam rediturae nonnisi sub fine Decembris vel post initium Januarii abire solerent[16], Catalogus adventante jam fine anni, vel etiam mense Januarii, compositus esse videtur.

De loco compositionis difficilis est quaestio; quae ut dirimatur, tum inter textum prout nunc exstat, ejusque fontes; tum inter textum in se sumptum et manuscriptum conservatum distinguendum est. — Textus, prout nunc exstat, non potuit (ut diximus) a P. Antonio de Quadros, Provinciali, antequam Goã discessit, confici: quod vel ideo excludimus, quia ejus nomen omnino in Catalogo deest, ac mutationes pro ejus absentia vigent; praesertim vero, quia socii post ejus discessum in Indiam advecti, jam in textu recensentur. — Diximus etiam, Catalogum Romam missum esse a Viceprovinciali P. Melchiore Núnez Barreto, qui tunc in Collegio Cochinensi morabatur. Numquid ipse Cochini Catalogum composuit? — Textus duabus partibus constat, Goana scl. et aliarum Indiae Domorum. Elenchi Goani formam primam Goae confectam esse praesumendum est; partem quoque extra-Goanam Catalogi in eodem Collegio primum conscriptam esse: id titulus insinuare videtur: « Cathálogo dos que residem nas aldeas desta Ilha e outras partes ». Nam in Domo Cochinensi auctor vix scripsisset de « oppidis *hujus* Insulae »: a qua insula ipse longe aberat. *Itaque vel totus Catalogus, prout jacet, Goae exaratus, deinde ad manus Viceprovincialis Cochinum perlatus est; vel elenchus e Collegio Goano Cochinum missus, ibi a Viceprovinciali debitis correctionibus et additionibus auctus ac denuo transscriptus, tandem Romam expeditus est.* — Quid autem *de forma* qua Catalogus nunc exstat? Duae partes Catalogi (fol. 41-41^v - fol. 40-40^v) in ejusdem chartae foliis, cum eodem signo officinae chartoriae (seu 'filigrano'), ejusdem insolitae magnitudinis, eodem atramento scriptae sunt. Manus autem, primo adspectu, in utroque folio differt; quinimmo, manus, quae elenchum Cochinensem in col. dextera fol. 40 adjecit, atque ea, quae in aliquibus Domibus munera et annos vitae et Societatis supplevit, num tertia aliqua et quarta manus sint, an eadem ac prima vel altera, id non uno ictu dignoscitur, neque dubium attento examine tollitur. Manus primae partis a manu secundae partis probabilius differt; neque certo constat, num elenchus Cochinensis et adjecta munera et anni aetatis ac vitae religiosae (de quibus supra), Cochini addita sint.

---

15 Gio. Battista di Ribera-Card. Borromeo, Goa, 17. Ottobre 1565, (Orig.?), ital., *Goa 11 I* 249.

16 Cf. SCHÜTTE, *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan, I, 1* pag. 130.

5. *Ea pars Catalogi, quae ad Extremum Orientem, scl. Sinas et Japoniam,* pertinet, accuratius examinanda est. E quatuor sociis, qui *in Sinis* recensentur, tres, scl. *P. Franciscus Pérez, P. Emmanuel Teixeira, Fr. Andreas Pinto,* die 27 vel 28 Aprilis 1563 ex India profecti [17], die 13. Junii Malaccam [18] ac die 29. Julii 1563 [19] Macaum pervenerunt: Legatum regium comitati, qui ad Sinarum Regem sese conferret [20]. Eodem anno 1563 ex India tres Patres profecti sunt, qui *in Japoniam* trajicerent: scl. *P. Johannes Cabral, P. Balthassar da Costa, P. Belchior de Figueiredo* [21]. Qui simul die 6. Julii 1564 e portu Macaensi egressi [22], salvi ad Japoniam advecti sunt: de quorum adventu in Japoniam jam die 3. Decembris 1564 P. Franciscus Pérez e Domo Macaensi Praepositum Generalem certiorem reddit [23]. Quare etiam in India (quo tempore Catalogus noster compositus est) de eo constare poterat. — Quartus autem socius ex iis, qui in Sinis recensentur, P. André Fernández, jam Aprili 1563 e Collegio civitatis Coulão Cochinum vocatus, ut Macaum peteret, mutata Superiorum dispositione, tunc ad Domum in Coulão rediit [24]. Sed die 20. Novembris 1565 Provincialis P. Antonius de Quadros e Domo Malaccensi de eo; «... o Padre André Fernández, que ainda que, no saber acquirido, estee pouco avante, os trabalhos que teve na Cafraria, e virtude que nelles mostrou, foy tamanha que excedeo muitos passados e

[17] Francisco Pérez - Luís Gonçálvez (São Roque, Lisboa), Macao, 3. Dec. 1564, Orig., lus., *J. 5* 164: «Partimos tarde de Guoa, porque partímos a 27 ou 28 d'Abril, com medo d'arribarmos, en hum qualião pequeno, o Padre Manoel Teixeira e eu». — Andre Pinto - sociis in Collegio S. Pauli, Goae, ex, contemp., lus., *J. 5* 152: «Por as cartas do ano pasado, que o Padre Manoel Teixeira lhes escreveo, saberão, Padres e Irmãos charísimos, da nosa viagem a estas partes da China...».

[18] *J. 5* 164 (cf. annot. praeced.): «Cheguamos a Malaca dia do bemaventurado S. António».

[19] *J. 5* 164 (cf. annot. 17): «Cheguamos [a China] dia da bemavemturada Santa Marta».

[20] *J. 5* 164 (cf. annot. 17): «V. R.... folgará saber de nossa vyajem, quamdo pera cá partímos (como jaa lá saberá) com ha embaxada...». — António de Quadros — Gen., Goa, 8. Dec. 1563, Orig., 1ª via, lus., *Goa 11 I* 168: «A China forão com o embaixador que Elrei manda, o P.e Francisco Pérez e o P.e Manoel Teixeira com hum Irmão».

[21] António de Quadros — Gen., Goa, 8. Dec. 1563, Orig., 1ª via, lus., *Goa 11 I* 168: «A Japão forão tres Padres...». Nomina vide in annot. seq.

[22] Francisco Pérez — Gen., Macao, 3. Dec. 1564, Orig., hisp., *J. 5* 161v: «Tres Padres partieron daquí para Japán, a 6 de Julho [*corr. ex.*: Junho] deste anho de 64...». — Idem - P. Luís Gonçálves (São Roque, Lisboa), Macao, 3. Dec. 1564, Orig., 2ª via, *J. 5* 167v: «Partíram deste porto pera Japão tres Padres .s. o P.e Beltesar da Costa, e o P.e Belchior de Figeiredo e o P.e Joam Cabral ... o mais que se pasou en Japão depois de cheguados os Padres, que cheguárão com saúde, verá V. R....».

[23] Francisco Pérez — Gen., Macao, 3. Dec 1564, Orig., hisp., *J. 5* 161v: «Lhevaron trabajo en la viajem, mas por la mysericordia de Dios escrivieron que quedavan de salud en tierra, donde son muy necesarios...».

[24] Luís de Gouvea — Jrmãos do Collégio São Roque (Lisboa), Coulão, 12. Jan. 1564, ex. contemp., lus., *Goa 11 I* 195.

presentes *qui videbantur columnae esse;* elle chegou a Goa com o muito trabalho e fome que teve, com a mayor parte dos sentidos perdidos, e com tantos desejos de tornar a padecer os mesmos trabalhos, que a mim me edifficou summamente. *Agora hé mandado à China pera entrar com a embaixada em lugar do P.e Franciscquo Peres.* Mandey-o por ser muito virtuoso e velho, que pera a autoridade com aquella gente hé necessário. E o que lhe falta assi de saber acquirido como prudêncial, suprirá o P.e Manoel Teixeira, seu Companheiro. O que pode muito bem ser sem se sintir nenhuma falta nelle, porque se fala por intérprete »[25]. Cum P. André Fernández initio anni (diebus 2. et 15. Januarii 1565) etiam tum e Domo Coulão scribat[26], sine dubio ante profectionem Provincialis (antequam is die 17. Septembris 1565 e Collegio Goano Malaccam petiit) pro itinere Sinensi electus est, ita ut jam in praesenti Catalogo nomen ejus in Sinis, i. e. in Domo Macaensi, appareat. — Denique in epistola, quam die 20. Novembris 1565 P. de Quadros e civitate Malacca ad Generalem scribit, de Japonia adjungit: « De Japão me esqueceo escrever *ser lá morto hum Irmão chamado Duarte da Sylva,* que lá tinha muito servido ao Senhor, e era o mais douto em as escrituras dos Japões que todos »[27]. De cujus morte legimus in litteris Fr. Ludovici de Almeida, die 14. Octobris 1564 e Collegio Funaiensi ad Fratres in India scriptis; unde colligitur Fr. Eduardum da Silva in oppido Takase (in Chikugo, ad flumen Yabegawa, non longe a litore Maris Arimani) ultimis diebus Aprilis, vel ineunte Majo 1564 defunctum esse[28]. Cujus obitus, non secus ac adventus trium Patrum supradictorum in Japoniam, tempore compositionis Catalogi in India notus esse poterat. Fr. Eduardus da Silva in Catalogo nostro jam deest. — Denique, nullum in isto Catalogo recenseri Fratrem Japonensem animadvertendum est. Quocirca sentiantur verba, quae P. Giovanni Battista de Monte, die 11. Octobris 1564 e Domo Bungoensi, de numero sociorum in Japonia degentium scribit:

« Nesta terra de Japão ... estamos 7 Padres e 5 Irmãos, afora muitos que são como Irmãos, que são Japõis, em os quais ai muita virtude, e ajudão muito a manifestar a Lei de Deus ...[29]. Ubi Fratres Japonici, usque ad id tempus in Ordinem recepti, non pleno sensu ut membra Societatis considerantur; ac praeterea, P. de Monte etiam eos comprehendere velle videtur, qui sub nomine *Dōjuku* in opere Evangelisationis Japoniae coadjuvabant. Cujus epistolae verbis pondus ac momentum ex eo augetur, quod Fratres Japonici e Catalogis Ordinis (non uno, sed compluribus) etiam tum omittuntur.

Ex iis quae de sociis in Extremo Oriente diximus, *haec conclusio*

---


[25] António de Quadros — Gen., Malaca, 20. Nov. 1565, Orig., 1a via, lus., *Goa 11 I* 255v.

[26] Epistolae autographae: 2. Jan. 1565 ad Gen., Coulão, 1a via, lus., *Goa 11 I* 238/8v, 240/0v; 2a via, lus., *Goa 11 I* 239/9v; 15. Jan. 1565 ad Patres Fratresque S. J. in Europa, Coulão, lus., *Goa 11 I* 241-242v.

[27] *Goa 11 I* 254v (vid. annot. 25).

[28] *Cartas,* Alcalá 1575, f. 183/3v.

[29] Johannes Baptista Italianus (Gio. Battista de Monte) — Patri cuidam S. J. (deest nomen), Bungo, 11. Oct. 1564, autogr., lus., *J. 5* 115.



A



B

Charta geographica Japoniae, ornamentum in forma parvi globi dimidiati (Schmuckknopf, bottone ornamentale). Ōsaka-Nakatsu, Namban-Bunka-Kan (Dr. Yoshirō Kitamura).

Imago A: 1. Kyūshū, cum suis novem provinciis seu *kuni*: unicuique *kuni* inscriptus est numerus: quot scl. *gun* contineat. — 2. Nagasaki (Hizen). — 3. Insula Hirado. — 4. Insula Iki-no-shima. — 5. Insula Tsushima. — 6. Korea. — 7. Pars meridionalis-occidentalis insulae Hondo, cum provinciis seu *kuni* Nagato, Iwami, Suwō, Aki. — 8. Pars occidentalis insulae Shikoku, cum provinciis seu *kuni* Iyo et Tosa.

Imago B: 1-2. Pars meridionalis-occidentalis insulae Hondo, inde a provinciis seu *kuni* Izumo et Bingo usque ad extremum septentrionem, ad provincias Dewa et Rikuo. — 3. Kyōto (Yamashiro). — 4. Ōsaka (Settsu). — 5. Yedo (Musashi). — Insulae Maris Japonici: 6. Iki-no-shima. — 7. Sado. — 8. Pars orientalis-septentrionalis insulae Shikoku, cum provinciis seu *kuni* Sanuki et Awa. — 9. Insula Awaji (Setonaikai, seu Mare Internum). — Insulae Oceani Pacifici: 10. Ōshima. — 11. Miyake-shima.

sequi videtur: *Catalogum nostrum quoad Japoniam illi tempori correspondere, quo inde profecta est navis Lusitana, Octobri vel Novembri 1564. — Quoad Sinas autem jam in eo exprimi missionem P. Andreae Fernández ad Domum Macaensem,* unde, loco P. Francisci Pérez, Legationem ad Regem Sinensem (si quomodo effici posset) comitaturus esset: quae Missio in annum *1565* incidit.

Nos hic partem Sinico-Japonicam Catalogi edimus. — Textum integrum habes in DI VI 623-631.

Textus

Goa 24 I 41/41v, 40/40v

[CATALOGUS BREVIS INDIAE ORIENTALIS]

Cathálogo dos Padres e Irmãos do Collégio de Goa

. . . . . .

Cathálogo dos que residem nas aldeas desta Ilha e outras partes ...

[Pro India: vertente anno 1565/66]

. . . . . . [Pro Japonia: Oct./Nov. 1564]

China [1]

O P.e Francisco Pérez
O P.e Manoel Teixeira
O P.e André Fernández
O Irmão André Pinto

Japão

O P.e Cosme de Torres
O P.e Belchior de Figeiredo
O P.e Luís Fróes
O P.e Joam Cabral
O P.e Baltesar da Costa
O P.e João Baptista [de Monte]
O P.e Gaspar Vilela
O Irmão Joam Fernández
O Irmão Luís Dalmeida
O Irmão Gilherme [Pereira]
O Irmão Aires Sanches
O Irmão Jácome Gonçálvez
O Irmão Miguel Vaz

[1] De parte Sino-Japonensi istius Catalogi videas ea, quae in introd. ad eum, nr. 5, diximus.

10

EPISTOLA P. COSMAE DE TORRES AD P. JACOBUM LAINES PRAEPOSITUM GENERALEM

Kuchinotsu, 20. Octobris 1565

1. Sequens epistola, quamvis Catalogus veri nonnisi non sit, distributionem sociorum per Japoniam sparsorum continet, et Catalogi Brevis annui locum tenet; quapropter visum est, eam hic inserere.

2. Constat autem duobus foliis chartae europaeae, 29, 8 - 29, 9 cm. altis, ac 19, 5 - 20, 0 cm. latis: *J. 6* 4-5v (prius ff. 65-66; olim ff. 354-355). Estque epistola originalis, cum subscriptione autographa P. Cosmae de Torres (f. 5), et cum vestigio sigilli (f. 5v). Ad calcem primae paginae (*J. 6* 4r) alia manus Romae atramento bruni coloris scripsit: « [15]65. Quchinoctu [!]. Torres. B.» Littera ista 'B', ni fallor, secundam istius seriei epistolam significat. Ad marginem textus folii *J. 6* 4v et 5 signum quoddam (numerus 3 ?) quatuor locis momentum eorum, quae epistola continet, effert. Tandem f. 5v praeter inscriptionem epistolae singulae quaedam litterae, manu Polanci adjectae, leguntur: « m(irón) e(verhardo) p(olanco) »; aliudque signum simile numero 3: quod vel « b(enedetto palmio) » esse creditur, vel ad signa in margine ff. 4v et 5 remittit. Romae etiam in pagina inscriptionis additum est: « 1565 / Quchinotçu / Cosmo de Torres, 20. de/ Otubre ».

3. Numerus sociorum in Japonia degentium ad 10 ascendit: 7 Patres et 3 Fratres. Quos in quatuor 'regna' seu (isto loco) status feudales (non *kuni*) sparsos esse epistola asserit: sed de facto in quinque 'regna' divisi esse inveniuntur: nam Evangelio praedicando in regione Miyacensi (Kyōto = Yamashiro), in Bungo, in insulis Hiradensibus (Hizen), in Ōmurano principatu (Hizen), in terris Arimanis (Arima = Hizen) operam dabant.

4. P. Cosmas de Torres, cum die 20. Octobris 1565 e portu Kuchinotsu (Takaku, Hizen) istam epistolam scriberet, jam de morte Ashikaga Yoshiteru, die 17. Junii 1565 in suo palatio Miyacensi a copiis Miyoshi Yoshitsugu et Matsunaga Hisahide interempti [1], et de secessione Patrum ex illa urbe ad locum quendam securum, 18 milia (= légoas) distantem [2] (ad portum Sakai [3]), nuntium acceperat. P. Gaspar Vilela die 27. Julii 1565 [4], P. Ludovicus Fróis paucis diebus post, die 31. Julii 1565 [5], ex

---

[1] Fróis I 275 (cf. totum caput illud, pp. 272-278); de tempore mortis illius cf. Nishioka Toranosuke, *Shin Nihonshi nempyō*, op. cit. sub anno 1565, p. 195.

[2] Infra, in textu epistolae: ubi quidem, quanto ab urbe Miyacensi locus exsilii afuerit, describitur, sed loci nomen silentio praetermittitur.

[3] Fróis I 286 (cf. 283-287).

[4] De tempore, quo P. Gaspar Vilela e metropoli profectus est: Fróis I 282.

[5] De die, quo P. Ludovicus Fróis ex urbe Miyako discessit: Fróis I 284-

urbe Miyaco abiit. Propterea ea, quae P. Cosmas de Torres de sociis in regione Miyacensi scribit, epistolis vel mense Augusto 1565 vel tardius e portu Sakai ad eum datis innitantur oportet.

P. Cosmas de Torres indolem gentis Miyacensis ac desiderium eorum sese in aeternum salvandi laudibus extollit; ac brevi ad ' duplicem veritatem ' Buddhismi (' gonkyō ', ' jikkyō ') alludit, nam bonzii inter doctrinam populo inculto explicandam, et sensum magis secretum et interiorem, doctis hominibus reservatum, distinguebant [6].

5. Absoluta jam regione Miyacensi, Torres ad ceteros socios se convertit. Deinde vero ad indolem populi Japonici revertitur; ac praesertim diversitatem duplicis illius doctrinae magis declarat.

6. Tandem ad quatuor graves quaestiones attentionem Curiae Romanae S. J. attrahit: 1) Superiorem aliquem doctum et virtute praeditum, nec nimis aetate provectum, nec nimis juvenem, in Japoniam mittendum esse; 2) declarandum esse, quomodo Patres in Japonia se gerere debeant, si consanguinei, gentilium more matrimonio juncti vel jungendi, baptizentur; 3) statuendum etiam, quid de matrimoniis Japonensium in genere valeat, cum saepe inter eos deesse videatur voluntas stabili et irrevocabili modo se obligandi; et si forsitan vera matrimonia (sensu christiano) non sint, quid agendum, cum una pars religionem christianam amplectatur, altera non; 4) si qui ad Fidem conversi, ab ea postmodum dilapsi, reconciliationem quaerant, confessionis nondum capaces: quonam pacto in Ecclesiam iterum admitti queant.

7. Initio istius epistolae P. Cosmas de Torres epistolam anteacti anni 1564, ad Praepositum Generalem missam, commemorat: quae periisse videtur. Exstat vero epistolae ejus ad eundem, die 24. Octobris 1566 data, quam inferius edimus.

Textus

J. 6 4-5v

[Inscriptio:]

†

Ao muito Reverendo em Christo Padre Miser Laines, Geral da Companhia de Jesus em Roma. —

De Japão

Do Padre Cosme de Torres

---

285. Nota: Feriam III. illius hebdomadae anni 1565 in diem 31. Julii incidere (non in diem 30., ut L. Fróis, l. c.).

[6] De duplici veritate (gonkyō-jikkyō) vid. opus nostrum Val. I, 2 pp. 95-100.

†

Jhs. Mª.

Mui Reverendo Padre

Pax Christi.

Ha graça, paz e amor de Jesu Christo, Deus e Senhor nosso, e a graça do Spíritu Santo continuamente morem na alma de V. Paternidade. Amen. —

No anno de 1564[1] escreví a V. Paternidade o que por estas partes de Japão avião (!) acontecido acerca dos Padres e christãos da terra. E o mesmo farei este anno de 1565. Hos Padres e Irmãos estão repartidos em quatro reinos[2], scl. ho P.e Gaspar Villela e o P.e Luís Fróes nos reinos do Meaco[3], que hé a cabeça de Japão, honde são feitos perto de mil christãos. Este anno, no mes de Mayo, matárão ho principal senhor de Japão que morava naquella terra[4], por onde nossos Padres se virão em muita apre[en]são, porém com ho favor dos christãos nem perdérão nada do seu, nem morreo delles ninguém. Ajuntáram-se grande número de christãos e os levárão a dezoito légoas daquella cidade a hum lugar seguro, e ahi estão aguardando que se pacifique a terra. Rogo a Jesu Christo, nosso Senhor, que tenha por bem de os pacificar, porque, segundo parece, se estiver em paz, se farão nella muitos christãos, e os melhores da terra: porque, como aquella terra seja cabeça de Japão, os moradores della são de entendimento mui delgado, e desejão os mais delles sua salvação, e como nas Leis de Japão no interior dellas[5] não aja mais que nacer e morrer, os que desejão sua salvação e ouvem as cousas de Deus, todos a recebem e guardão, por onde

---

19 honde] de *add. sup. lin.*

---

1 Epistola illa non jam exstare videtur.

2 Verbum 'reinos' hic non univoce adhibetur. Etenim modo pro verbo japonico 'kuni' (provincia, Land) ponitur; modo pro feudo alicujus princicipis, quod vel complures provincias ('kuni'), vel partem tantum unius 'kuni', comprehendat; modo pro aliqua regione Japoniae, praesertim pro illa regione, quae quinque provinciis ('kuni') 'centralibus' Japoniae constituebatur.

3 'Reinos do Meáco' = Gokinai: Yamashiro, Yamato, Kawachi, Izumi, Settsu.

4 Shōgun Ashikaga Yoshiteru. Vid. introd. ad istam epistolam, nr. 4.

5 'Jikkyō' = 'doctrina vera', quae opponitur 'gonkyō' = 'doctrinae provisoriae' pro populo rudi et inculto. — Cf. opus nostrum *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan* I, 2 pp. 95-113. — De historia sectae Zen in Japonia cf. Anesaki Masaharu, *History of Japanese Religion,* Tōkyō (Tuttle) 1964, pp. 206-214; Charles Eliot, *Japanese Buddhism,* London (Kegan Paul) 1964, pp. 275-288, 396-415; George Sansom, *Japan. A short Cultural History,* London 1938, pp. 329-332, 362-363. — Cf. etiam opus nostrum *Il Cerimoniale per i Missionari del Giappone,* pp. 85-91.

se tem grande esperança/ 4v / que se há de manifestar a Lei de Deus em Japão.

+ Ho P.e Joam Baptista[6] reside nos reinos del Rei de Bungo, que hé dozentas e cinquoenta légoas[7] pera a parte de oeste. Hé terra que ao presente está em paz e fazem-se sempre christãos nella. —

+ No reino de Firando[8] reside o P.e Baltasar da Costa com ho Irmão Joam Fernández. Hé terra onde ahi muitos christãos. Este anno se fezerão os criados de hum senhor que já hera christão, que pasarão de setecentos, e sempre se fazem christãos. Porém o senhor da terra não hé amigo da Llei de Deus nem noso. —

+ Ho P.e Belchior de Figueiredo está em hum porto de [Ōmura] Dom Bartollomeu, primeiro príncipe christão de Japão, o qual, por o averem os jentios destruído logo como se fez christão, ainda que seja muito bom christão, em alguma maneira, até que se veja senhor de seus reinos, disimula com os jentios.

+ Eu e o P.e Joam Cabral com ho Irmão Luís[9] e o Irmão Aires Sánchez, residimos nos reinos do irmão mais velho de Dom Bartollomeu [Arima Yoshisada], o qual, segundo as mostras que dá, parece-me que será mui cedo christão.

+ A condição desta jente de Japão hé ser mui bellicosa, e por esa causa com muito trabalho se pranta a Llei de Deus entre elles. Seus letrados, ainda que tenhão pera sí que não há mais que nacer e morrer, e isto ensinão aos grandes por meditações[10], hà jente comum ensinão que ay pena e glória[11], e por iso hà jente comum hé facil de se lhes dar a entender a Lei de Deus que ensina que ay pena e glória e quem remunere o bem e castigue o mal. —

+ Hos Padres que nestas partes de Japão residimos, os huns por velhos e pouco saber, os outros por moços e pouca esperiência, temos necesidade que V. Paternidade nos proveja de algum Padre

---

56 morrer] *seq.* ē *del.*

---

[6] P. Giovanni Battista de Monte.

[7] Distantia inter urbem Miyako et civitatem Funai (Ōita), si lineam directam trahis, c. 450 km. est; si autem vera itinera (maritima) consideras, quae tunc naves facere solebant, plus quam 500, immo ad 600 km. computare licebit. Ejusmodi distantia fere 125, immo 150 Ri aequiparatur. Unde P. de Torres numerum tanto majorem 250 leucarum hauserit, nescimus: nisi forsitan iter terrestre in mente habuit. — Cf. quod Xaverius (Ep. S. Fr. Xav. II, ep. 90, nr. 53, p. 207) de itinere a civitate Kagoshima ad urbem Kyōto asserit: « Ay daqui [Kagoshima] a Meaco trezentas leguas ».

[8] 'Reino' = intellige 'feudum'; Hirado pars erat provinciae seu 'kuni' Hizen.

[9] Luís d'Almeida.

[10] Vid. supra, annot. 5.

[11] Vid. supra, annot. 5.

docto e virtuoso pera pôr a Llei de Deus em seu lugar, e que não seja muito velho, pera poder sofrer os trabalhos que são muitos, nem tão pouco muito mancebo, mas segundo a terra tem necesidade, V. Paternidade no-lo mande, porque nesta terra ay muita nececidade de elle. —

+ Hos Japões têm por custume casar-se [12] de irmãos por dian-t[e] — por iso folgaria que V. Paternidade me mande dezer o que farei com o[s] que se fazem christãos, que guardão os mesmos custumes. /5/

+ Também os casamentos entre os Japões, parece que não se obrigão interiormente, porque por pequena cousa que pasa emtre hum e outro, se apartão e casam-se com outras, e asi diz o marido que não estará mais com sua molher que emquanto lhe agradar, nem a molher com o marido. — Também queria que V. Paternidade nos mandase dezer, se averá entre elles matrimónio ou não, e se não ouver entre elles matrimónio, como nos averemos, quando se faz hum dos que estão juntos christão e o outro não se quer fazer.

+ Também ay alguns que por algumas ocasiões se apartão do grémio da Ygreja e adorão pagodes, e depois, arrependidos, querem tornar hà congregação dos fieys, não tendo capacidade pera se confesar, como me averei em torna-llos a receber hà Ygreja? — Muitas cousas se me oferecem pera escrever a V Paternidade, as quaes deixo, porque sei que noso P.^e^ Provincial lhas escreverá. — Nosso Senhor Jesu Christo me dê graça pera poder cumprir com minha conciência e fazer de meus pecados amtes que moura comprida penitência. —

Deste porto de Quchinotçu, a 20 de Outubro de 1565 annos.

De V. Paternidade em Christo servo inútil e filho desobediente

Cosme de
Torres

---

[12] De matrimoniis Japonensium illius temporis (s. XVI. et XVII.) vide monographiam J. López Gay S. J., *El Matrimonio de los Japoneses,* Roma (Pont. Univ. Gregoriana) 1964.

11

P. COSMAS DE TORRES AD PRAEPOSITUM GENERALEM

Kuchinotsu, die 24. Octobris
1566

1. Sicut mense Octobri praecedentis anni 1565, ita eodem mense anni 1566 P. Cosmas de Torres de sociis in Japonia degentibus Praepositum Generalem certiorem reddit; quam epistolam, cum Catalogi Brevis locum teneat, hic edendam censemus.

2. Epistola originalis exstat in ARSI, *J. 6* 134-134v. Uno folio permagno chartae japonicae, quod 33, 3 cm. in altum, et c. 23, 5 cm. in latum extenditur, consistit; quod cum careat omni inscriptione, sine dubio olim aliud folium adfuit, inscriptionem portans. Epistolae auctor sua manu subscripsit (in fine folii 134v). Antiquae numerationis legitur, in angulo superiore dextero folii 134, numerus '142', ac paulo inferius '3', deletus, forsitan correctus ex '2', juxta quem numerum paulo altius '5' vel '6', et nescio num olim tertius numerus ('2'?) nunc omnino erasus. In margine sinistro Romae scriptum est: « 66. Torres. Quchinoccu ». Textus folium 134r et quartam fere partem superiorem folii 134v occupat, sed verba, quae subscriptionem introducunt (« De V. P. servo ... »), et ipsa subscriptio ad calcem paginae inveniuntur. In margine sinistro 134v Romae additum est: « Carta [*antea* Cópia] [3] de huma do P.e Cosme de Torres, Quchi[no]çu, 24 de Outubro 1566 ». Totum folium recentiore tempore strato setaceo restauratum est.

3. Exstat etiam epistolae duplex exemplum manuscriptum italicum: versio prima, quae multis correctionibus, partim manu P. Polanco inductis, mutata est; versio altera, quae illas correctiones in textum recepit ac nitide scripta nonnisi uno loco denuo correcta est.

a) Versio prima: *J. 6* 165-165v; uno folio chartae europaeae scripta, quod in summo angulo dextero primae paginae (*J. 6* 165r) antiquam numerationem retinet: '461'. Ad calcem primae paginae legitur: « Monte. Cochinoccu » [4]. In folio verso (*J. 6* 165v) haec verba leguntur: « Lettera del P. Cosmo de Torres/ del Giapone, de Quichinochi, per/il Padre Generale etc., sotto li/ 24 di Ottobre 1566 ». Dein manu Patris Polanco:

[1] Quamvis inscriptio epistolae desit, nullum est dubium, eam ad Praepositum Generalem esse directam: tum ex allocutione (« Padre Noso »; « Vosa Paternidade »), tum e variis locis textus (« os sanctos comselhos tam umilmente dados que nem paresem vir *da fomte da Companhia de Jesus* »; « tinha feita profição de tres votos por mamdado de V. P. » etc.).

[2] De epistolis originalibus P. Cosmae de Torres videas supra, in introductione ad epistolam ejusdem Patris, die 20. Oct. 1565 scriptam, annot. 1.

[3] Prima verba quasi evanuerunt. Lectio 1a fuisse videtur: « Cópia de huma ... », dein verbum 'Carta' verbo 'Cópia' (interim deleto) superscriptum esse videtur, quin sequentia 'de huma' simul aufferrentur.

[4] Inscriptio illa est erronea: neque enim de epistola P. Johannis De Monte, Italiani, agitur, sed P. Cosmae de Torres.

« È revista et si ha a/ rescrivere ». A parte dextera legitur: « R[evista] ». Aliquae correctiones jam ab ipso scribente originem trahunt, sed revisio facta est a Patre Polanco, cujus manus frequenter occurrit. Versione ista, etiam ante Patris Polanco interventum, textus epistolae lectorum 'aedificationi' aliquatenus 'accommodatur', iis, quae minus apta esse censebantur, omissis vel mutatis. Patris Polanco intentio non solum in eundem finem conspirat, sed simul in majorem textus claritatem et intelligibilitatem fertur. Quapropter aliqua inserit, quae in originali non inveniuntur; aliqua supprimit; cetera corrigit. Quae omnia ex apparatu critico facile cognoscentur.

b) Versio altera: *J. 6* 164-164^{v}, 166-166^{v}. Prima pagina (*J. 6* 164^{r}) in angulo dextero superiori antiquam numerationem portat: '451'. Paulo altius legitur verbum « revista ». Ad calcem paginae notatur: « 66. Torres. Giappone ». Textus nitide scriptus usque ad mediam fere paginam sequentem (*J. 6* 164^{v}) extenditur. Fol. 166^{r} vacat; in folio 166^{v} haec tantum habes: [manu Patris Polanco] « del Japón, del P. Cosmo de Torres » [alia manu, in eadem linea: « per il P.^{e} Generale »]; « 24 de Octubre »/ [alia manu: « 1566 »]. Paulo inferius: « revista »; sequuntur litterae « L » [= Lecta] et « R » [= Revista].

4. Praeter epistolam originalem, et duplicem textum italicum manuscriptum, exstat textus impressus lusitanus: *Cartas* (Coimbra 1570) 589-591; *Cartas* (Évora 1598) *I* 205-206; et versio hispanica impresso: *Cartas* (Alcalá 1575) 239^{v}-240^{v}. Utraque forma, lusitana et hispanica, non secus ac supradicta bina versio italica, lectoris « aedificationi » accommodata est; et comparatio cum textu originali facile evincit: omissa non propterea sublata esse, atque mutata non ideo aliam formam induisse, quia forsitan ab alia 'via', a nostro manuscripto discrepante, descendant, sed de proposito propter lectoris respectum ea deleta seu correcta esse.

5. Elenchus sociorum, qui praecedenti anno numerum 10 attingebat[5], nunc ad 14 crevit; Patres quidem sunt iidem septem; Fratres vero non tres soli, ut anno elapso, sed septem numerantur: duo in domo Bungoensi; duo pariter, scl. Fr. Johannes Fernández cum alio Fratre in Japonia in Ordinem recepto, in insulis Hiradensibus; unus, in Japonia in Societatem ingressus, in principatu Arimensi; porro, in variis Missionibus occupatus Fr. Ludovicus de Almeida; tandem Fr. Aires Sánchez. Trium ergo Fratrum tantum *nomina* indicantur, ceterorum tacentur; quae tamen ex aliis epistolis innotescunt: in Bungo tunc Fr. Guilhelmus Pereira et Fr. Michael Vaz degebant[6]; in Hirado Fr. Jacobus (Jácome) Gonçálvez[7]; in terris Arimanis Fr. Damianus[8], Japonensis. — Mentio

---

[5] Vide supra, epistolam P. Cosmae de Torres, 20. Oct. 1565, *Doc. 10.*

[6] « Carta do irmão Miguel Vaz, aos 16 de Setembro de 1566, pera os padres & irmãos da companhia de IESV de Iapão » in: *Cartas* (Évora 1598) I 226-227^{v}.

[7] « De hua do irmão Iácome Gonçáluez, de Firándo, pera o padre Cosme de Torres, em Iapão, a 3. de março, de 1566. » in: *Cartas* (Évora 1598) I 225^{v}-226. — « Carta do irmão Ioão Fernández, de quinze de Setembro, de 1566, pera os padres, & irmãos do Collégio de Goa. » in: *Cartas* (Évora 1598) I 229^{v}-239^{v} (praesertim 230).

etiam fit cujusdam Japonensis, qui a sexdecim annis in societate (companhia) Patrum vivebat, optimus interpres, et virtutibus conspicuus. Vix dubium est, quin de Laurentio agatur, insigni Fidei praecone, anno 1551 a Xaverio in civitate Yamaguchi ad Christum converso [9]. Sed auctor, dum eum « em nossa companhia » vivere dicit, non Ordinis membrum, sed hominem vitae ac laborum apostolicorum unione sociis propinquum significare videtur; neque enim Fratrem eum vocat, neque Fratrum numero comprehendit. Mirum quidem est, et Laurentium et alios juvenes Japonenses, collaboratores Patrum, aliquando Fratribus accenseri, aliquando de Fratrum numero excludi; jam supra verba P. Johannis Baptistae de Monte rettulimus, die 11. Octobris 1564 e Domo Bungoensi scribentis: « Nesta terra de Japão ... estamos 7 Padres e 5 Irmãos, afora muitos que são como Irmãos, que são Japõis, em os quais ai muita virtude, e ajudão muito a manifestar a Lei de Deus » [10]. Polanco in prima versione italica epistolae P. Cosmae de Torres (nobis hic edendae) ad vocem « sette fratelli » in margine adnotat: « oltre diversi Giaponesi che sono come [fratelli nostri *del.*] Fratelli et nel divino servizio cooperatori nostri ». Idem Polanco, ubi in prima versione italica legit: « un Giapponese che ha 16 anni che sta in nostra compagnia »: verbis « in nostra compagnia » substituit verba « fra noi ». Igitur cooperatores isti japonici, ut iterum ex ista epistola P. Cosmae de Torres, Superioris Missionis Japonicae, patet, nondum pleno sensu socii Ordinis habebantur, forsitan, quia solis votis privatis, non publicis, interim Societati nomen dedissent.

Numerus Christianorum, quamvis « valde magnus » (« muito gramde ») dicatur, non refertur.

6. P. Cosmas de Torres, sicut initio epistolae pro acceptis eo anno litteris Praepositi Generalis gratias agit, atque professionem solemnem 3 votorum, die 15 Augusti 1563 [11] de Generalis concessione a se emissam in memoriam revocat, sed quoad eventus, qui inde ab illo tempore acciderant, ad Relationes de Missione Japonica (« Cartas gerais ») remittit: ita sub finem epistolae a Generali enixe flagitat, quod saepe se a Provinciali Indiae Orientalis petîsse dicit: ut propter suae aetatis longaevae respectum, et ob graves infirmitates, simulque ob Missionis Japonicae

---

8 « Carta do padre Belchior de Figueiredo de Iapão pera os irmãos da Companhia de IESV, da India, a treze de Setembro, de 1566 » in: *Cartas* (Évora 1598) I 224v-225v.

9 De Laurentio, qui die 3. Februarii 1592 ut Frater S. J. in civitate Nagasaki mortuus est (Cf. infra, *Doc. 29 E* pag. 339), videas Fróis I 16-17; João Rodríguez *Tçuzu, História* 228; Schurhammer, *Der hl. Franz Xaver in Japan 1549-1551*), pag. 32.

10 Cf. supra Introd. ad Doc. 9: ad Catalogum Brevem Indiae Orientalis, c. finem anni 1565 (ib. annot. 29).

11 Haec quidem epistola de anno 1562 loquitur; sed in alia epistola originali, die 20. Octobris 1563 e portu Yokoseura (« Ocoxiura ») ad Praepositum Generalem scripta, clare de anno 1563 sermo est: « A los 15 de Agosto deste anno de 63 ... hize la profesión en manos del P.e Luis Flores ... »: *J.* 5 22. — Ceterum P. Luís Fróis nonnisi die 6. Julii 1563 in Japoniam advenit (Fróis I 183), ita ut, quoad professionem P. Cosmae de Torres, annus 1562 excludatur.

urgentem necessitatem, Praepositus Generalis Patrem aliquem virtutibus et prudentiã praeditum mittat, qui regimen Societatis Jesu in Japonia in se suscipiat.

7. Nos hic textum epistolae originalis edimus; in apparatu critico vero differentes lectiones tum textūs lusitani (*Cartas*, Évora 1598), tum textūs hispanici (*Cartas*, Alcalá 1575), tum denique textūs italici manuscripti (primae et alterius versionis) indicabimus.

Textus

J. 6, 134/4v.

†

Jesus

Mui Reverendo em Christo Padre Noso

Pax Christi.

A graça do Spíritu Sancto comtinuamente more na alma de Vosa Paternidade. Amen.

Gramde foy meu comtemtamento em reseber este ano de 566. carta particular de V. Paternidade, porque nela vy os sanctos conselhos e o cuidado que se tem em todas esas partes de Europa de comtinuamente emcomendar os Padres e Irmãos que nestas partes de Japão rezidimos. Rogo a Christo Noso Deus e Senhor que nesta vida e na outra [p]ague ese cuidado a V. Paternidade, e a nós dê graça pera comprir os sanctos comselhos tam umilmente dados que nem parese vir da fomte da Companhia de Jesus.

Amtre as muitas cartas que tenho escriptas no ano de 562, espreví a V. Paternidade damdo-lhe comta dos Padres que rezi[d]imos em Japão e do fruito que se fazia nele; e como eu no mesmo ano, dia de Nosa Senhora d'Agosto, tinha feita profição de tres votos por mandado de V. Paternidade, os quoais lá mandey [1]. D'emtão pera cá am acomtesidos muuitas cousas nestes reinos de

1-4 *Hae lineae desunt in* Ce (= Cartas, Évora 1598). *Earum loco*: «Carta do padre / Cosme de/Torres, pera o padre geral da Compa/nhia de Iesu, em Roma, escrita em / Cochinoçu, a vinte & qua-/tro de Outubro de mil & / quinhentos & sesen-/ta & seis. ‖ 5-6 *Ca* (= Cartas, Alcalá 1575): La gracia del Spiritu sancto, & c. ‖ 7 *Ce, Ca numerus* 566 *verbis expressus* ‖ 10 os] *Ce* aos; *Ca los .Forse etiam in ms. nostro* aos *,sed charta in marg. excidit.* ‖ 12 ese cuidado] *Ce* essa caridade; *Ca* esta *charidad* ‖ 13 tam umilmente ......Jesus] *Ce* que Vossa Paternidade nos dá (*Ca sim.*) ‖ 15 562] *Ce* 1562; *Ca numerus verbis expr.* ‖ 16-17 rezidimos] *CeCa* rezidíamos ‖ 17 e como] *Ce* & de como ‖ 18-19 de tres votos] *CeCa deest* ‖ 19 os quoais lá mandey] *CeCa deest* ‖ 19 quoais ‖ *Ce seq.* Vossa Paternidade *Ca* vuestra Paternidad ‖

[1] P. Cosmas de Torres die 15. Augusti 1563 [*non* 1562] in manus P. Ludovici Fróis ultima vota emisit: vid. supra, Adnot. 11 ad introd. hujus epistolae.

Japão, as quoais poderá saber das muitas cartas gerais que todos os anos de cá vão. Por iso eu não as esprevo.

Em estes reinos de Japão rezidimos sete Padres e sete Irmãos, repartidos todos em diversos reinos: scl. o P.e Luís Fróis está obra de duzemtas légoas daquy domde eu rezido, em huma cidade que se chama Sacay [2], adomde faz muito fruito; que está quinze légoas do Meaco [3], adomde fez o P.e Gaspar Vilela gramde número de Christãos, e pela morte do senhor da terra [4] forão de lá lamçados. Agoardamos que a terra se pasifique pera tornarem a ella.

O P.e Belchior de Figueiredo está nos reinos del Rey de Bumgo, adomde [5] temos a primcipal casa de Japão, com 2 Irmãos, e nela está hum ysprital [6] no qual se têm feitas muitas curas, e fazem, asi de fízica como de surургia. O senhor da terra, ainda que não seia Christão, favorese não somente os Padres mas também a christandade.

O P.e Baltezar dá Costa com o Irmão Yoão Fernández e outro Irmão que cá se resebeo [7], estão nas ylhas de Firamdo, adomde á mais Christãos, e mais velhos que em outra parte nenhuma. Face lá muito fruito, a cauza porque á 3 ou 4 senhores primcipais Christãos [8].

---

22 Por iso|| *CE* e por isso; *CA* y por esso || 22 não as] *CE* não no; *CA* no las || 24 scl.] *in ms.* .s. *add. sup. lin.*; *CECA deest* || 25 daquy domde] *CA* de donde || 26 adomde faz] *CE* onde faz *CA* y haze || 27 adomde] *CE* onde *CA* donde || 28 pela] *CECA* por || do senhor da terra|| *CECA* delRei || 28-29 Agoardamos] *CE* e ag *CA* y ag. || 31 adomde] *CE* onde; *CA* donde || 31 com 2 Irmãos] *in ms. add. sup. lin.* || 37 adomde] *CE* onde *CA* donde || 39 a cauza] *CECA deest* || 39 3 ou 4] *CE* tres ou quatro (*CA sim.*)

---

[2] De origine [1561] et progressu ecclesiae in civitate Sakai (Izumi) vid. opus nostrum *Introductio* pp. 630-637.

[3] Meaco = Miyako (Yamashiro) = Kyōto: urbs quae annis 792-794 fundata, ab anno 794 Japoniae metropolis exstitit. De ecclesia Miyacensi vid. opus nostrum *Introductio*: Shimo-gyō, seu Miyako inferior = pp. 603-615; Kami-gyō, seu Miyako superior = pp. 615-616.

[4] Ashikaga Yoshiteru, Shōgun, die 17. Junii 1565 proditorie interfectus est. Vid opus nostrum *Introductio*, cum fontibus ibi indicatis: p. 607.

[5] De Domibus S. J. in Funai (Ōita) et Usuki: vid. opus nostrum *Introductio*: pp. 549-560 (Funai), et pp. 560-565 (Usuki). — De duobus Fratribus, qui, hac epistola teste, tunc in Domo Funaiensi degebant (FF. Guilhelmus Pereira et Michael Vaz) vid. introd. ad hanc epistolam, sub nr. 5. Ōtomo Yoshishige residentiam suam anno 1556 e civitate Funai ad civitatem Usuki transtulit; nonnisi anno 1581 filius ejus et heres Yoshimune residentiam suam ad pristinam sedem, civitatem Funai, reportavit: cf. opus nostrum *Introductio* p. 554.

[6] Nosocomium Bungoense (Funai), de cujus fundatione P. Cosmas de Torres ad Gen., die 7. Nov. 1557 [Orig., hisp., *J.4* 72-73v] refert. — FRÓIS I 51 55 58 63 116. — Al. VALIGNANO, *Hist.* Ind. II., ff. 37v-38. — Cf. opus nostrum *Introductio* 551 552.

[7] Fr. Jacobus (Jácome) Gonçálvez: vid. introd. ad hanc epistolam, sub nr. 5.

[8] Praesertim e familia Koteda, et familiis collateralibus. Cf. FRÓIS I in

O P.e Gaspar Vilela o qual chamey do Meaco no mes de Mayo do ano de 566, pera comcordarmos todos em huma maneira de proseder, está nos reinos de hum prímcipe que se fez Christão no ano de 562 [9], e está em sua companhia o P.e Yoão Cabral.

O P.e Yoão Bautista e eu e hum Irmão que se recebeo cá, estamos em hum reino do irmão mayor [10] do prímcipe Christão.

O Irmão Luís d'Almeida mandey este ano de 566. a dous reinos [11], e em todos elles fez muitos Christãos. Em hum delles deixou hum Japão que á 16 anos que está em nosa companhia, gramde límgoa e mui virtuozo e tem feito gramde emtemdimento das cousas de Deus [12]. Em o outro lugar [13], doqual o mesmo senhor da terra se fez Christão, deixou hum Irmão que se chama Ayres Sanches. Todos estes reinos estão mui apartados, e em todas as casas delles se fazem muitos gastos, não somente em sustemtar os que manifestão a Ley de Deus, mas também muitos pobres e emfermos que se achegão a nosas casas.

O número dos Christãos hé muito gramde, aimda que repartidos em diversas partes, porque esta ylha de Japão está repartida em sesemta e seis reinos [14], e á poucos ou nenhums omde não aja Christãos. Hé jemte a quem quoadra /134v/ muito a Ley de Deus, e depois de [a] aver recebida permanesem nela; porque

---

41 chamey] Ce ordenei que viesse (Ca *sim.*) no mes de Mayo de ano de 566] Ce este mes do Mayo passado (Ca *sim.*) || 44 562] CeCa numerus verbis expressus || 47 de 566] CeCa *deest* || 48 todos elles] CeCa ambos || 49 16] Ce dezaseis; Ca XVI || 51-52 senhor la terra] Ce senhor; Ca seňhor || 54 e em todas .. nosas casas] CeCa *deest* || 61 de [a] aver] Ce de a aver; Ca de la aver

---

Indice nominum: Koteda. — Anesaki, Conc. p. 130 (etiam schema genealogicum).

[9] Ōmura Sumitada circa festum Pentecostes anni 1563 baptismum recepit: cf. opus nostrum *Introductio* 471 711 980.

[10] Arima Yoshisada. — P. Cosmas de Torres cum P. Johanne Baptista de Monte et Fr. Damiano in feudo principis Arimani degebat. — Cf. introd. ad hanc epistolam, sub nr. 5.

[11] Januario 1566 Ludovicus de Almeida ad insulam Fukueshima (Gotō) se contulit, ibique usque ad mensem Septembrem ejusdem anni remansit. Deinde vero a P. Cosma de Torres ad portum Shiki (Shimo-Amakusa) missus est: cf. opus nostrum *Introductio* p. 523 (Gotō) et 529 (Shiki). — Mense Decembri 1566 (ergo *post* hanc epistolam) iterum ad Missionem Bungoensem profectus est (ib., *Introductio* p. 561).

[12] Fr. Ludovicus de Almeida, cum Septembri 1566 ex insula Fukueshima (Gotō) abiret, ibi Fr. Laurentium reliquit: cf. opus nostrum *Introductio* p. 523. De Laurentio videas ea, quae supra in introd. ad hanc epistolam sub nr. 5 diximus.

[13] Dominus feudi Shikiensis tunc a Fr. Ludovico de Almeida baptizatus est. Almeida, cum inde proficisceretur, Fratrem Aires Sánchez ibi reliquit: cf. opus nostrum *Introductio* pp. 529-530.

[14] 66 'kuni'. — Loco « esta ilha » dicere debuisset: « estas ilhas », sc. Hondo, Shikoku, Saikoku (Kyūshū).

acomteșérão cá muitas persiguições de seos mesmos reis e senhores, e todos elles pozérão sua vida em pirigo de morte amtes que fazer cousa [comtra] a Ley de Deus. Por omde se tem gramde esperamça que á de vir em gramdísimo aumento esta Christandade, aimda que as comtínuas guerras são gramde impidimento.

Por ser eu muito velho e mui ydiota tenho escripto muitas vezes ao P.e Provincial da Ímd[i]a pidimdo-lhe por charidade nos mamdase hum Padre pera reger e governar e pôr em comserto não somente aos Padres e Irmãos que cá rezidimos, mas também esta nova Christamdade, a qual agora nos primcípios tem gramde nesesidade de ser imposta não somente de Padres virtuozos, mas de Padres que o que fizerem não seia nesesário depois desfaze-lo. E por iso peso a V. Paternidade como pay noso e zelador da Ley de Deus, nos queira mamdar hum Padre qual a V. Paternidade pareser poder levar a carga desta terra. Noso Senhor Jesu Christo, o qual com o Padre e Spíritu Sancto reina e governa, queira governar e reger nosas almas, pera que vivamos e mouramos debaixo de sua sancta bamdeira.

Desta casa de Quchinoçu, oje, 24 de Outubro de 566. anos.

De Vossa Paternidade servo inútil e filho em Jesu Christo indigno

Cosme de Torres

63 sua vida] *Ce* suas vidas; *Ca* sus vidas ‖ 67 e mui ydiota] *CeCa* *deest* ‖ 69 e pôr em comserto] *CeCa* *deest* ‖ 71-73 a qual .... desfaze-lo] *CeCa* *deest* ‖ 76 poder] *Ce* que poderá (*Ca* *sim.*) ‖ 78 vivamos e morramos] *ita Ce; in ms. ad solum verbum* vivam *additum est in alto littera* s, *ita ut legi possit* vivamos; *in verbo* mouram u *videtur postea del., vel mutatum in* r; *Ca* vivamos y muramos ‖ 80 oje] *CeCa* *deest* / *Ce* a vinte & quatro (*Ca* *sim.*) ‖ *566 CeCa numerus verbis expr.* ‖ anos] *CeCa* *deest* ‖ 81 e filho ... indigno] *Ce* & indino. filho em Christo (*Ca* *sim.*)/

12

LISTA DA ESMOLA E REMDA QUE AS CASAS E COLLÉGIOS DA COMPANHIA TÊM NA ÍNDIA PERA ROMA E PORTUGAL

(1571)

1. Elenchus iste, etsi Catalogus Rerum proprie dictus vocari nequit, cum tamen singularum domorum Societatis Jesu in India Orientali reditūs recenseat, jure in volumen Catalogorum Provinciae Goanae receptus est. Exstat enim in vol. *Goa 24 I* 67-67^{v}. In summo margine dextero adhuc numerus antiquus 91 et anterior 25 (nunc deletus) conspicitur. Textus lingua lusitana compositus uno folio chartae europaeae utrobique seta superposita restauratae (19, 3-8 × 30 cm.) inscriptus ac totus eādem manu exaratus est. Fol. 67^{v} nonnisi titulum (repetitum a fol. 67), adjunctis anno, loco, via, continet: titulus ipse eādem manu, cetera (« 1571, De Goa, 2ª via ») alia manu scripta sunt.

2. Tredecim sunt paragraphi textūs, quibus singulis in margine sinistro signum ī apponitur, dum in margine dextero uniuscujusque paragraphi summa numeris indicatur: scl. quot nummis « pardaos » aequivaleat. Missiones vero vel Domūs, quae recensentur, sunt hae: « Japão/ Maluquo/ Malaca/ Damão/ O Colégio de Baçaim/ Coulão/ O Colégio de Couchim/O Colégio de Guoa ». Goanum Collegium 6 paragraphos occupat. Summa omnium redituum desideratur.

3. Auctor elenchi non indicatur. neque de tempore et loco aliud notum est ac id quod fol. 67^{v} ad titulum additur (Textus enim ad accuratius determinandas compositionis circumstantias nihil contribuere videtur): agitur de documento anno 1571 in India composito et inde in Europam transmisso. Nos ex eo nonnisi perbrevem partem Japonicam edimus.

4. Elenchus integer editus est in D. I. VIII 480-482.

Textus

Goa 24, f. 67

Lista da esmola e remda que as casas e colégios da Companhia têm na Ymdia.

Japão tem d'esmola cada ano de Sua Allteza na feitorya de Malaqua seiscemtos pardaos d'ouro, mas poucas vezes as[a] arrecadão —— 0600 pardaos.

---

a) *Textus habet* as, *non* os.

13



ROL DE TODOS OS PADRES E IRMÃOS DESTA PROVÍNCIA DA ÍNDIA

[Pro India: 16. Nov./21. Dez. 1571]
[Pro Japonia: c. 30 Oct. 1570 (?)]

1. Catalogi Brevis Indiae Orientalie, qui initium sumit ab elencho Goano, scripto die 16. Novembris 1571 [1], duplex exemplar exstat in ARSI, scl. 1ª et 2ª via. Prima via tribus foliis chartae europaeae, 30, 2-5 cm. altis, ac 21, 3-8 cm. latis, constat: *Goa 24 I* 57-58ᵛ, 65-65ᵛ. Quam A vocamus. — Secunda via quatuor folia chartae europaeae, 30, 5-9 cm. alta, 21, 3-8 cm. lata continet: *Goa 24 I* 61-64ᵛ. Exemplar istud B dicimus.

2. Textus A, duabus columnis dispositus, a fol. 57 usque ad finem fol. 58ᵛ extenditur, fol. 65 vacat, fol. 65ᵛ plicatum erat in medio, linea horizontali; in parte inferiore scriptum est:



Lista dos Padres e Irmãos da Companhia de
Jesu da Índia, aos XXI de Dezembro de 1571

Son 213 — 1ª via

Pera Roma

3. Textus B, eodem modo duabus columnis scriptus, a fol. 61 usque ad fol. 63 columnam dexteram pertingit, quam columnam non explet, sed partem aliquam relinquit vacuam. Fol. 63ᵛ et 64 vacant. Fol. 64ᵛ, eodem modo in medio plicatum linea horizontali, in parte inferiore, haec verba scripta habet:



Lista dos Padres e Irmãos da Companhia de
Jesu, da Índia. De 1571.

coĩa — 2ª via

Pera Roma

[1] Ita in elenchi Goani titulo; cf. infra sub nr. 4.

4. *Titulus major* manifestat: agi de Catalogo totius Provinciae Indiae Orientalis; silet vero de loco et tempore compositionis. Sequitur autem *subtitulus*, quo Collegii Goani elenchus introducitur: « Lista dos Padres e Irmãos do Collégio de Goa. 16 de Novembro de 1571 ». Qui elenchus ita dividitur « Os theólogos / Os casoístas / Os lógicos / 1ª classe / 2ª classe / 3ª classe / Mestres de ler e screver / Em casa dos chatecúmenos / Em casa dos meninos orfãos / Os Irmãos officiaes / Os Irmãos novítios ». Subjunguntur Residentiae a Collegio Goano dependentes: « Em Chorão / Em Rachol / Em S. Joam Evangelista » / Deinde domūs septentrionales: « Os que estão no Colégio de Baçain / Em Damão / Em Tanna ». Postea domūs meridionales: « Os Padres [e Irmãos] [2] que estão no Collégio de Cochin / Em Coulão & Costa de Travancor / No Comorín & Manar / Em S. Tomé / Em Malaqua / Na China / Os que estão em Yapão / Em Maluquo / Em Ethiópia / Em Moçambique ». Nos partem sinico-japonicam tantum hic edimus.

5. *De loco et tempore compositionis* non est, cur ambigatur. Et primum quidem, *elenchum Goanum* factum esse *die 16. Novembris 1571*, subtitulus clare edicit. Ubi conscriptus sit, non expresse statuitur; sed dubitandum non est, quin elenchus Goanus *Goae*, non alibi, exaratus sit; idque vel ideo, quia de sociis Goae degentibus (intellige tamen: cum Residentiis a Collegio Goano dependentibus!) referat; eoque magis, quod tum totius Indiae Orientalis Visitator, tum ejusdem Provinciae Provincialis, in Collegio Goano recenseantur. — *Totus autem Catalogus*, qui elenchum Goanum includit, teste inscriptione 1ae viae, *diei 21. Decembris ejusdem anni 1571 correspondet*: vel quod illa die compositus sit; vel quod tunc saltem inscriptio, qua significabatur eum Romam esse mittendum, adjuncta sit; ita ut mox cum epistolis ceterisque documentis in Europam mittendis Cochinum expeditus sit, unde post medium mensem Februarium 1572 navis solvit [3]. Nam *Goae* totum Catalogum compositum esse, praesentia Visitatoris et Provincialis in Collegio Goano indicat: ad eos enim spectabat, de tota Provincia informare Romanam Curiam S. J.

6. *De elencho, qui ad Extremum Orientem se refert*, i. e. ad Sinas, et maxime ad Japoniam, paulo accuratius videndum est. Nam singularum Domorum extra Goanae regionis fines existentium Catalogi, propter variam earum a centro Goano distantiam, tanto citius mitti debebant, quanto magis singulae erant longinquae. — Quid ergo de Residentia Macaensi et de Missione Japonica? E Japponia die 30. Octobris 1570 pro-

---

[2] Verba « e Irmãos » inveniuntur in B, desunt in A.

[3] P. Petrus Bonaventura (Buenaventura, Boaventura = Petrus Riera) — Gen., Cochin, 13. Febr. 1572, autogr., hisp., *Goa 12 I* 118; « Plugó a N. S. Dios que llegase a Cochin a los 4 de Heberero del 72, a tiempo que aún avía 3 Naos para Portugal ». Sed P. Alexander Vallareggio, qui eādem navigatione in Europam rediit, etiam die 15. Februarii 1572 Cochini profectionem exspectabat: Manoel Teixeira - Gen., Cochim, 15. Febr. 1572, autogr., lus., 1a via, *Goa 12 I* 124v. Ceterum illud profectionis tempus solito tardius erat; cf. Schütte, *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan*, I, 1, pag. 130.

fectus est, reversurus in Indiam, P. Gaspar Vilela [4]; eodemque anno e Japonia abiit P. Alexander Vallareggio [5]: uterque vero mense Februario 1571 jam Cochini degebat [6]. Qui et de morte P. Cosmae de Torres († 2. Octobris 1570 [7]) et de adventu Patrum Francisci Cabral, Organtini Soldo-Gnecchi, Balthassaris López (qui omnes medio fere anno 1570 in Japoniam pervenerant [8]) rettulerunt. Quodsi in praesenti Catalogo etiam Patres Gaspar Coelho et Sebastianus Gonçálvez in Japonia recensentur, id nonnisi ex praesumptione vel spe futuri adventūs fit: nam auctori Catalogi notum erat, eos Aprili 1571 ex India profectos esse [9]; qui nonnisi anno sequenti 1572 ad portum Nagasakiensem appulerunt [10]. — In Macaensi Domo, etiam tum, Patres Franciscus Dionysio et Petrus Riera (Petrus de Bonaventura dictus) recensentur. Uterque in sequenti Catalogo (1572) inter Macaenses jam non invenitur. Prior, quo mense iter Indicum e Sinis aggressus sit, ignoramus; alter vero mense Novembri 1571 e Macaensi portu profectus est [11]; qui die Februarii 1572 Cochinum venit [12]. Profectionem ejus proinde auctor praesentis Catalogi scire non potuit.

7. *Editionis modus* sit is, ut e 1a via (= A) Catalogi ea reddamus, quae ad Extremum Orientem spectant, appositis divergentibus lectionibus 2ae viae (= B). — *In genere autem de differentia inter utramque viam*

---

4 Gaspar Vilela — Gen., Goa 3. Nov. 1571, autogr., lus., *J.7 III* 73v; cf. Introd. ad Cat. seq., annot. 23.

5 Manoel Teixeira — Gen., Cochim, 10. Febr. 1571, autogr., lus., 1a via, *Goa 12 I* 67-67v; cf. Introd. ad Cat. seq., adnot. 27. Cum navigatio illa Macao-Cochim (absque intermissione, saltem longiore, in portibus interjectis) per 2 vel 3 menses protrahi soleret, P. Al. Vallareggio jam anno 1570 e Japonia discessisse videtur.

6 Pro P. G. Vilela: Gaspar Vilela ad PP. et FF. in Lusitania, Cochim, 4. Febr. 1571, apogr. contemp., lus., *J.* 7 II 3; cf. Introd. ad Cat. seq., adnot. 24. — Pro P. Al. Vallareggio: vid. epistolam P. Emmanuelis Teixeira notae praeced. Cf. Introd. ad Cat. seq., adnot. 27.

7 Gaspar Vilela ad Gen., Goa, 3. Nov. 1571, autogr., lus., *J.* 7 III 73v. — Fr. M. Vaz ad PP. et FF. in India, Shiki, 12. Oct. 1570, lus., 3a via, *J. 6* 294v. — Cf. Fróis I 406-407.

8 P. Franciscus Cabral et P. Organtinus Soldo-Gnecchi die 18. Junii 1570 in navi Stephani (Estévão) Leite ad portum Shiki appulerunt: Fróis I 405; item M. Vaz Patribus Fratribusque in India, Shiki, 12. Oct. 1570, lus., 3a via, *J.6,* 294. — P. Balthasar López in navi regia (Nao da carreira), duce Emmanuele Travassos, in Japoniam advenit. — Navium Macaensium in Japoniam adventus: ut plurimum mensibus Julio/Augusto: cf. Schütte, *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan I, 1* pag. 127.

9 Ita expresse de P. Gaspare Coelho: Payo Correa — Provinciali Portugalliae, Coulam, 16. Dec. 1571, autogr., lus., 2a via, *Goa 12 I* 81v: «... em lugar do P.e Gaspar Coelho, que pera Japão foy o Abril passado, como V. R. polla [carta] geral do Collégio de Goa poderá saber».

10 Fróis I 427.

11 Buenaventura — Gen., Cochin, 13. Febr. 1572, autogr., hisp., *Goa 12 I* 118; cf. Introd. ad Cat. seq., annot. 30.

12 In eādem epistola P. Petri Bonaventura (vid. annot. praeced.); cf. Introd. ad Cat. seq., annot. 30.

totius Catalogi haec statui possunt: (I) *Ordo nominum* non semper idem est: nam e. g. inter theologos Goanos (« Os theólogos ») post « Dioguo Fernández » in A sequitur « Duarte Leitão », in B vero « Jorge Guómez »; inter eos qui in eodem Collegio Goano theologiae morali operam dabant (« Os casuístas ») post « Gaspar Rieira » in A ponitur « Pero Texera », in B autem « Dioguo Barboza ». Cujus differentiae etiam inter Patres Japoniae exemplum ad textum notamus. (II) *Modus scribendi* nomina non raro discrepat: e. g. in exemplo A: Amrique Amriques; Sebastião Fernández; Luís de Góis; Lço Peres; Pero Vaz; in exemplo B: Anrrique Anrríquez; Bastião Fernández; Luís de Guóes; Lourenço Pérez; Pero Vaaz. (III) Aliquando ipsa nomina differunt, aliaeque ipsius textūs differentiae notantur: e. g. in A: « O Ir. Dioguo Gonçálvez »; in B: « O Ir. Ds^{o} (= Dionysio) Glz (= Gonçálvez); conferatur etiam varia forma inscriptionis utriusque viae, quam supra apposuimus. Numeratio marginalis in utraque via deest; sed in inscriptione 1^{ae} viae summa omnium sociorum indicatur (« Son 213 »).

Textus

Goa 24 I 57-58^{v}, 65-65^{v}

†

Rol de todos os Padres e Irmãos desta Província da Índia

[Goa, 16 de Nov. 1571]

. . . . .

[58^{v}] Na China

O P.^{e} Pero Vaz, Superior
O P.^{e} Francisco Dionísio
O P.^{e} Pedro de Boaventura

O Irmão Amtónio Pais

Os que estão em Yapão

O P.^{e} Francisco Cabral, Superior
O P.^{e} Organtino
O P.^{e} Luís Fróis
O P.^{e} Balthezar da Costa
O P.^{e} Belchior de Figeiredo
O P.^{e} Joam Baptista [de Monte] / 58^{v}, *col. b*
O P.^{e} Sebastião Gonçálvez

---

3 *Ita in titulo elenchi Goani, a quo Catalogus initium, sumit; cf.* Introd. *praesentis Catalogi* ‖ 5 *B* Vaaz ‖ 7 *B* de *deest* ‖ 12 *B* Froez ‖ 14 *B* Fegeiredo

O P.e Gaspar Coelho
O P.e Balthezar Lopes

O Irmão Migel Vaaz
O Irmão Luís Dalmeida
O Irmão Aires Sanches
O Irmão Gilherme [Pereira]

14

†

COPIA DE TODOS LOS PADRES Y HERMANOS QUE ESTÁN EN LA INDIA

[Pro Jndia: Jun./Sept. 1572]
[Pro Japonia: 30. Oct. 1570 (?).]

1. Catalogus Brevis Indiae Orientalis, e quo Sinarum et Japoniae partem hic edimus, in primo volumine Catalogorum Indiae Orientalis in ARSI continetur, *Goa 24 I* 71-72v, et duobus foliis chartae europaeae constat, quorum altitudo 30, 2-30, 5 cm., latitudo 20, 2-20, 7 cm. habet. Textus duabus columnis dispositus est. In summo folio 71, in margine ejus dextero, numerus antiquus paginae cernitur: 105; ac deinceps: 71v = 106; 72 = 107; 72v = 108. In margine dextero folii 72v legitur annus: 1574. *Exemplar istud A vocamus.* — Praeterea, in tomo *Hist. Soc. 41,* in quo totius Ordinis Catalogi pro anno 1574 collecti sunt, ita ut in conspectum totius Societatis Jesu illius temporis coalescant, aliud exemplar nostri Catalogi invenitur: *Hist. Soc. 41* 278-279v. Quod similiter in duobus foliis chartae europaeae scriptum est, quae 27,5-28 cm. in altum, 20, 3-20, 8 cm. in latum extenduntur. Adhuc conspicitur antiqua numeratio *paginarum*: 530-533; dum antiquiores *foliorum* numeri: 236-237 deleti sunt. Omnes vero paginae divisae sunt in duas columnas, sed columna dextera folii 279v vacat. Singulis nominibus numeri anteponuntur, qui ab 1 incipientes, usque ad 186 perveniunt. Ad calcem primae paginae (fol. 278) computus seu conspectus totius Provinciae Indiae Orientalis adjectus est: hac forma:

In universa India Orientali sunt omnes numero 186 [+ 40 = 226]

In his sunt *sacerd*otes	55	Lusitanique omnes, paucis exceptis,
Adde 17 alios cum	17	quos suis locis notavi.
Visitatore.		His tamen adde 40 Nostros cum
[Sacerdotes, universi]	= 72	Visitatore; sunt igitur omnes 226.

16-18 *B ordo inversus:* O P.e Baltazar López; O P.e Gaspar Coelho; O P.e Bastião Gonçálvez

Quod exemplar B dicimus.

2. Utrumque exemplar a Catalogo Collegii Goani incipit: « Memoria de los Padres y Hermanos del Collegio de Goa de 1572 ». Ejus subtituli tunt sequentes:
« Los casuistas / Philósophos / 1ª clase / 2ª clase / 3ª clase / Maestros de leer y escrever / Casa de los Cathecúmenos / Casa de los niños Huérfanos / Los Hermanos officiales / Hermanos novicios. » — Deinde junguntur domus et residentiae a Collegio Goano dependentes: « En Choran/ En Margan/ En Varna / En Cartalin / En Mormuga » // Sequuntur: « Los que están en el Collegio de Baçain / En Daman / En Rana » // Quibus adde: « Los que están en el Collegio de Cochin / En Coulan y Costa de Travancor / En Camorin y Manar / En Sancto Thomé/ En Malaca / En la China » // Tandem: « Los que están en Japón/ En Maluco / En Ethyopia / En Mozanbique. » —

3. *De tempore compositionis* duplex nobis quaestio oritur: quando totus Catalogus conscriptus sit; et cui anno (vel etiam mensi, si usque adeo responsum e fontibus haurire possumus) pars Extremi Orientis, Sinarum et Japoniae, assignari debeat?

Totius Catalogi titulus de tempore silet. Sed prima pars, quae de Collegio Goano et de subjectis ei Residentiis agit, subtitulo teste, *anno 1572* exarata est. Spatium vero temporis, quo Domorum Goanarum descriptio facta est, magis coarctari potest: nam *inter mensem Junium et Septembrem* ortum habuit. Jam et Visitator P. Gundisalvus Álvares cum sociis Goā discesserat, et P. Antonius de Quadros, Provincialis, etiam tum inter vivos recensetur. Visitator autem circa finem Aprilis anni 1572 ad Collegium Cochinense advenit [1], unde post sex septemve dies in Japoniam, i. e. in Extremum Orientem, solvit [2]. Vix dubium, quominus eodem mense Aprili e portu Goano profectus sit [3]. Provincialis autem die 21. Novembris 1572 Goae mortuus est [4]. Unde *prima conclusio*: Catalogum Goanum *inter initium Aprilis* (*non antea*) *et diem 21. Novembris* esse compositum. — Porro, ex attenta comparatione elenchi novitiorum istius Catalogi cum Catalogo Primo Indiae Orientalis, Decembri 1584 confecto [5], tempus magis restringitur. In eo enim Catalogo Primo id etiam indicatur, quo anno et mense singuli in Societatem recepti sint. Inveniuntur autem in praesenti Catalogo, nempe in Novitiatu Goano, juvenes, qui teste Catalogo Primo Decembris 1584 mense *Aprili* (D. Dalvarenga [6], Payo Rodríguez [7]), immo unus, qui mense *Junio* (Gaspar d'A-

---

[1] Salvador Córtez, Cochim, 15. Jan. 1573. lus., *Goa 12 I* 146v « Depois disto no fim de Abril nos trouxe Noso Senhor aqui do Collégio de Goa o P. Visitador com todos os companheiros que trazia ».

[2] Ib.: « Esteve aqui seis ou sete dias, e partio-se pera Japão ».

[3] Iter maritimum Goa-Cochim 8 dierum spatio absolvi poterat.

[4] Manoel Teixeira - Gen., Cochim, 15. Jan. 1573, autogr., lus., 2a via, *Goa 12 I* 112.

[5] De Catalogo illo vide infra, *Doc. 22*.

[6] Catalogus informationum communium... Provinciae Indiae Orientalis, Conscriptus mense Decembri anni 1584, *Goa 24 I* 133.

[7] Ib., *Goa 24 I* 139v.

breu), 1572[8] Ordinem ingressi sunt. — E contra, cum Novitiatus ultra biennium protrahi non soleret, neque, sine aliqua ratione magni momenti, minui: ingressi in Societatem, si qui, cùm praesens Catalogus componeretur, duos annos Probationis non complevissent, sine dubio in Novitiatu, vel saltem ut Novitii recenserentur; si autem duos annos Probationis complevissent, extra Probationis Domum, vel saltem non ut Novitii, Catalogo inscriberentur. Atqui, ingressi mense Martio 1570, in praesenti Catalogo *jam non* sunt Novitii (e. g. António García[9]); qui vero mense Septembri 1570 (ut Pedro Marques[10]), vel mense Novembri 1570 (ut Domingo Fernández[11]) in Ordinem recepti sunt, in Catalogo nostro Novitii vocantur. Unde *altera conclusio*: *Catalogus Goanus post initium mensis Junii et ante finem mensis Septembris 1572 compositus est.* Neque dicas, Petrum Marques propterea etiam tum Novitium vocari, quia longe a civitate Goana afuerit (nempe Cochini), ita ut de peracto Probationis termino, seu de votorum emissione, nuntius opportuno tempore Goam pervenire non potuerit; nam Goae utique de die ingressus ejus in Societatem (ibi enim, non Cochini in Ordinem receptus erat[12]) et de fine biennii Probationis constabat.

Quodsi hucusque de Catalogo Goano pleniorem notitiam hausimus: jam de *toto* Catalogo videndum est: utrum eodem tempore an postea, Goae an alibi, conscriptus sit. Quod de aliis quidem regionibus nostrā minus interest quam de parte Sino-Japonica, de qua nunc inquirendum est. Si enim totus Catalogus *simul cum* parte Goana concinnatus est, ut opinamur, tunc aliarum regionum elenchos vel informationes jam antea, et quo magis regiones distabant, eo prius, Goam missos esse dicendum est. — Sane, Catalogos *totius* Indiae Orientalis *nonnisi Provincialis vel Visitator,* sive per se sive per alios, componere solebant. At, Visitator in toto Catalogo deest, simulque P. Emmanuel López, ejus Socius, in Catalogo desideratur; ceteri autem comites itineris (João Velho, Diogo Fernández, António Núnez), ad Japoniam destinati, jam in ea Missione recensentur: in quam nunquam pervenerunt[13]. — Locus autem, ad quem e tota India litterae (et cum litteris personarum elenchi) confluere solebant, erat Collegium Goanum. Quare vel ex hac sola ratione Catalogus iste non alibi, sed Goae, videtur confectus, non a Visitatore jam absente, sed a Provinciali, vel ejus jussu. — Neque dicatur: forsitan Cochini Visitatorem scripsisse Catalogum, quia inde naves in Europam abibant. Id enim certo argumento excluditur. Nam Visitator

---

[8] Ib., *Goa 24 I* 144.

[9] Ib., *Goa 24 I* 139v. 1572 in 2a classi addiscit: *Goa 24 I* 71.

[10] Ib., *Goa 24 I* 142v. 1572 novitius in Collegio Cochinensi: *Goa 24 I* 72.

[11] Ib., *Goa 24 I* 139v. 1572 inter novitios Goae: *Goa 24 I* 71 (Differt a Fratre Coadjutores ejusdem nominis: *Goa 24 I* 71; cf. Cat. I. Goanum 1571: *Goa 24 I* 69v!)

[12] Petrus Márquez teste Catalogo Brevi diei 16. Novembris 1571 etiam tum in novitiatu Goano degebat: *Goa 24 I* 57v, 61v.

[13] De naufragio Visitatoris P. Gonçalo Álvarez ejusque sociorum habes fontes indicatos in: SCHÜTTE, *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan I, 1,* p. 101 [150]. Cf. Indicem in fine I, 2 (Álvarez, P. Gonçalo, Visitator).

circa finem Aprilis 1572 ad portum Cochinensem (Cochim) appulit[14], et sex septemve diebus transactis iterum profectus est[15]. — Sed Goae unus saltem Novitius recensetur, qui mense Junio ejusdem anni 1572 in Societatem ingressum est (Gaspar d'Abreu[16]). De Novitiatu autem, qui paucis diebus post discessum Visitatoris *Cochini* coeptus est (die 15. Maji 1572[17]), et de primis Novitiis *ibi receptis* (quorum primus die 25. Maji 1572 Ordini adscriptus est[18]), nulla fit mentio. Fundatio enim Novitiatus Cochinensis, impellente etiam Visitatore facta, Goae tempore compositionis Catalogi ignorabatur: quia tempore « hiemali », a Majo usque ad Augustum, ob ventorum temporisque injuriam, Goam inter et Cochinum itinera fieri nequibant et communicationes interrumpebantur. — *Quare non Cochini a Visitatore, sed Goae a Provinciali Catalogus confectus est;* idque uno tempore, vel saltem non multo post partem Goanam Catalogi: nam de Novitiatu Cochinensi interim fundato nuntius Goam nondum allatus erat; duo enim Novitii, qui Cochini recensentur, e Collegio Goano missi erant, as probabiliter simul cum Visitatore advenerant; antequam Novitiatus ibi coeptus est, illi jam aderant[19].

4. *De parte Catalogi, qua Domus Macaensis et Missio Japonica recensentur,* accuratius videndum remanet: de tempore quidem, cui elenchus iste correspondet; et de sociis tunc in Japonia degentibus. — Provincialis Goanus, cum Catalogum istum conscriberet, de sociis in Japonia viventibus tribus temporibus et modis certior factus esse videtur: 1) Cum ii, qui ad Japoniam destinabantur, ex India proficiscerentur, jam ob id solum de eorum nominibus Goae constabat: exceptis iis, qui in ipsa Japonia in Societatem admittebantur. Itaque praeter eos, qui superioribus annis ex India profecti erant, jam in Japonia recensentur: P. Franciscus Cabral, P. Organtinus Gnecchi-Soldo, P. Balthasar López (qui anno 1570 in Japoniam advenerunt[20]); P. Gaspar Coelho et P. Sebastianus Gonçálvez (qui anno 1572 e Macaensi Domo in Japoniam transierunt[21]); P. Johannes Velho, P. Johannes Núnez, P. Didacus (Diogo) Fernández (qui anno 1573 e portu Macaensi solventes, cum Visitatore P. Gundisalvo (Gonçalo) Álvarez ejusque Socio P. Emmanuele López, jam litori japonico propinqui, naufragio interierunt[22]). Sed cum praesens Catalogus conficeretur, nonnisi de primi manipuli adventu in Japoniam

---

[14] Cf. supra, annot. 1.

[15] Cf. supra, annot, 2.

[16] Cf. supra, annot. 8.

[17] Salvador Córtez, Cochim, 15. Jan. 1573, lus., *Goa 12 I* 147. Novitiatus initium habuit die festo Ascensionis Domini, die 15. Maji anni 1572.

[18] Primus novitius tunc Cochini receptus est die festo Pentecostes 1572 (= 25. Maji), secundus die S. Johannis Baptistae (= 24. Junii): teste eadem littera (vid. annot. praeced.), *Goa 12 I* 147.

[19] Salvador Córtez, Cochim, 15. Jan. 1573, lus., *Goa 12 I* 147.

[20] Fróis I 405/6. Michael Vaz Patribus Fratribusque in India, Shiki. 12. Octobris 1570, lus., 3a via, *J. 6* 294: P. Franciscus Cabral et P. Organtinus die 18. Junii 1570 portum Shiki tenuerunt.

[21] Fróis I 427.

[22] Fróis I 430/1. Cf. supra, annot. 13.

(1570) nuntius Goam allatus erat. — 2) Die 30. Octobris 1570 [23] e Japonia profectus est P. Gaspar Vilela, qui jam die 4. Februarii 1571 e portu Cochim de statu Missionis Japonicae litteras scribit [24]. Qui praesens adfuerat [25] morti P. Cosmae de Torres (+ 2. Oct. 1570, Shiki [26]), cujus nomen in Catalogo non amplius occurrit. 3) Cum eodem P. Vilela, ut videtur, vel saltem eodem ferme tempore ac ille, e Japonia solvit P. Alexander Vallareggio, qui die 10. Februarii 1571 jam Cochinum advenerat [27], et die 7. Januarii 1572 Cochini se mox navim conscensurum sperabat [28], sed etiam Februario 1572 in eodem portu morabatur, mox abiturus [29]. Mense Novembri 1571 e portu Macaensi P. Bonaventura (= Petrus Riera) in Indiam abiit, et portum Cochim die 4 Februarii 1572 tenuit [30]. — Tempore igitur, quo Catalogus noster confectus est, Provinciali Goano prae manibus fuere tum informationes ore datae Patrum Vilela et Vallareggio (qui e portu Cochinensi iter ad metropolim Goanam prosecuti sunt), tum epistolae e Missione Japonica receptae, quibus status illius terrae anno 1571 correspondens illustrabatur: id ex praedictis patet. — Mirum tamen, nullam in praesenti

---

[23] Gaspar Vilela — Gen., Goa, 3. Novembris 1571, autogr., lus., *J. 7 III* 73v: « Pasados 30 dias de seu falecimento [do P. Cosme de Torres], me partí pera a Índia, conforme à minha missão, que foi béspora de béspora de Todos os Santos de 70 [= 30. Octobris 1570].

[24] Gaspar Vilela — Patribus Fratribusque in Lusitania, Cochim, 4. Februarii 1571, apographum contemporaneum, lus., *J. 7 II* 3-8v; *J. 7 II* 3: « Foi Nosso Senhor servido, trazer-me de Japão a esta cidade de Cochim, chamado pola sancta obediência de nosso P.e Visitador, e com tam boa viagem, que em pouco mais de tres meses chegámos a esta cidade ».

[25] Gaspar Vilela — Gen., Goa, 3. Novembris 1571, autogr., lus., *J.7 III* 73v. - Michael Vaz — Patribus Fratribusque in India, Shiki, 12. Octobris 1570, lus., 3a via, *J. 6* 294v. Cf. FRÓIS I 406/7.

[26] Michael Vaz in epistola praecedenti annotatione indicata: *J. 6* 294v; FRÓIS *I* 407.

[27] Manoel Teixeira — Gen., Cochim, 10. Februarii 1571, autogr., lus., 1a via, *Goa 12 I* 67/67v: « Depois de ter escrito a V. P. a primeira e 2a via desta, chegárão as novas de Japão, China, e Maluquo, e todas boas, o Senhor seja louvado, como / Vosso Paternidade por ellas veraa. Vierão com ellas de Japão o Padre Gaspar Vilela, que há muitos annos que lá anda, e o P.e Alexandro, que desas partes veo, e ambos chamados pelo P.e Vessitador, com quem se vão ver agora, onde ao presente ficaa ».

[28] Manoel Teixeira — Gen., Cochim, 7. Januarii 1572, autogr., lus., 1a via, *Goa 12 I* 120: « O P.e Alexandre, Italiano, que de laa veo os anos pasados, fiqua já aqui pera se embarcar pera lá, conforme à ordem de V. P. ».

[29] Manoel Teixeira — Gen., Cochim, 5. Februarii 1572, autogr., lus. 2a via, *Goa 12 I* 122: « O Padre Alexandre, portador desta ». - Idem — eidem, Cochim, 15. Februarii 1572, autogr., lus., 1a via, *Goa 12 I* 124v: « O Padre Alexandre, portador desta.. ».

[30] Bonaventura — Gen., Cochim, 13. Februarii 1572, autogr., hisp., *Goa 12 I* 118: « Me partí de China en Noviembre del mesmo año, camino de India, y plugo a N. S. Dios que llegase a Cochin a los 4 de Hebrero del 72 ». Manoel Teixeira in epistola die 5. Februarii 1572 data (cf. annot. praecedentem), scriptis jam loco et die, postea subjunxit: « Depois de ter esta escrita a V. P., chegou aqui da China o P.e Boaventura ».

Catalogo mentionem fieri tum Fr. Ludovici de Almeida, de Missione Japonica tam benemeriti, tum Fratrum Japonicorum jamdudum in Societatem admissorum: Laurentii, Damiani, Johannis de Torres. — Cur FF. Japonici omissi sint [31], haec quaestio pluries recurrit, cum illi usque ad Catalogum Brevem Indiae Orientalis, die 10. Novembris 1576 factum, fere semper desint. — Fr. Ludovicus de Almeida [32], nescio num per oblivionem vel negligentiam transscribentis exciderit; nam apographum istud non paucis amanuensis erroribus laborat, e. g. dum scribit: Philipe de Anis, *loco* Dinis; Gaspar Finito, *loco* Pinto; Estévão da Costa, *loco* Christóvão da Costa, etc.

Totius indaginis *conclusio* haec erit: *admodum caute parte sinico-japonica istius Catalogi utendum esse;* verus enim status Missionis Japonicae in eo valde imperfecte describitur: tum quia in ea socii recensentur, qui nunquam in Japoniam ingressi sunt, sed in itinere perierunt; tum quia desiderantur alii, qui jamdudum Societati in Japonia nomen dederant.

Catalogus integer editus est in DI VIII 588-594.

Textus

Goa 24 I 71-72v

†

Copia de todos los Padres y Hermanos que están en la India
[1572]

. . . . .

[72v] En la China

El P.e Pero Vázquez, Superior
El Hermano Antonio Páez

Los que están en Japón

El P.e Francisco Cabral, Superior
El P.e Organtino
El P.e Luis Fróis
El P.e Balthasar de Acosta
El P.e Melchior de Figueredo
El P.e Juan Baptista [de Monte]

1 *B loco parvae crucis scriptum* est Jhús || 6 et deinceps *singulis nominibus in B anteponitur numerus:* 151-168; *notandum tamen post numerum* 165 *sequi* 167, *et numerum* 166 *deesse.* || 8 *B* en el Japón || 14 *B post nomen seq.* — *It.* [*Italiano*]

[31] Cf. introd. ad Doc. 9, nr. 5, et introd. ad Doc. 11, nr. 5.

[32] Cf. vol. nostrum *Biographiae* (in praep.).

El P.e Balthasar López
El P.e Balthasar [= Sebastião] González
El P.e Gaspar Coello
El P.e Juan Viejo *
El Hermano Miguel Vázquez
El Hermano Arias Sánchez
El Hermano Diego Hernández *
El Hermano Antonio Núñez *
El Hermano Guillelmo

14 A

EPISTOLA FR. LUDOVICI DE ALMEIDA AD PROVINCIALEM INDIAE ORIENTALIS P. ANTONIUM DE QUADROS, EX INSULA AMACUSA, DIE 5. OCTOBRIS 1572

Fr. Ludovicus de Almeida, Olyssiponensis, medicus et mercator, circa annum 1556 in Japonia Societatem Jesu ingressus, Nosocomium Bungoense fundavit, ac varias expeditiones apostolicas alacri animo et felici successu peregit. Anno 1579 ad Ordines sacros capessendos Macaum profectus, mense Julio 1580 sacerdos in Japoniam regressus est. Denique mense Octobri 1583 in Kawachinoura (Amacusa) mortuus est [1].

Hic die 5. Octobris 1572 ex insula Amakusa ad Provincialem Indiae, P. Antonium de Quadros, epistolam dedit, in qua de domibus et sociis S. J. in Japonia refert. Epistolae exemplar lusitanum exstat in vol. *J. 7 I* 108-108v: quod, in charta japonica scriptum, uno tantum folio (fere 32 / 20 cm.) continetur; alterum enim folium, in quo sine dubio directio scripta erat, nunc desideratur. Cum alia scripta certo autographa Ludovici de Almeida nobis nota non sint, propterea neque si haec epistola (quamvis in charta japonica scripta) autographa sit necne, asserere possumus. *Exemplar istud* A vocamus. — *Aliud exemplar* lusitanum in vol. *J. 7 III* ff. 104-105v exstat, quod in charta europaea scriptum est; textus fol. 104-104v occupat; 105 vac.; 105v: « Carta que escreveo o Irmão Lu[is] Dalmeida ao P.e António de Quadros, Provincial da Índia, da Macusa, a 5 d'Outubro de 1572 annos ». Al. manu: « Haga-se traslados ». Al. manu: « Giappone ». — Fol. 104: « [529 *del.*] 102 »; in marg. inf.: « Maqusa. Dalmeida. 1572 ». Praeterea manu

15 *Post nomen seq. in A nova lin.* El P.e Balthasar Coello *del.* || 21 *B* Domingo (*loco* Diego) || 23 *B* Guilliermo

* Videas Introductionem ad Catalogum istum, sub. nr. 4.
1 Vide ejus vitam in vol. *Bibliographiae.*

recentis archivistae: « 5. Octob. 1572; Amacusa. Lud. d'Almeida ». *Exemplar istud* B dicimus; B ab A directe transcriptum esse videtur. — In Bibliotheca R. Academiae Historiae Matritensis, in vol. *Cortes 562, versio hispanica* ejusdem epistolae conservatur, cum caeteris ejusdem voluminis epistolis ac relationibus pro impressione paratis, a quodam censore « correcta » (ff. 51 bis^{v}-52^{v}). Versionem illam *textum* H vocamus. — *Versio italica* in vol. *J. 7 III* 106-107^{v} exstat; f. 107^{v}: « 1572/Luís d'Almeida/5d'Ottubro/Giappone » (nihil aliud); f. 106: ad dexteram initii textus: [« 532 » *del.*] « 103 ». Manus recentis archivistae ad sinistram initii textus scripsit: « 5. Octob. 1572 Amaqusa/ Ludov. d'Almeida/ »; in marg. inf. ejusdem paginae: « Amaqusa. Dalmeida. 1572 ». *Non agitur de versione litterali, sed de satis libera* et « ornata »; propterea lectiones variantes indicare supervacaneum esse videtur, eas saltem, quae nonnisi additiones « rhetoricae » sunt; aliquas tamen omissiones scienter factas in apparatu critico non tacendas esse censemus. Versionem istam *exemplar* I dicimus. — Tandem in vol. *J. 7 II* 109-110^{v} *textus lusitanus abbreviatus* conservatur; epistola f. 109-109^{v} occupat; f. 110 vacat; f. 110^{v} hic titulus legitur: « Cópia de huma do Irmão Luys d'Almei/da de Amaqusa a 5 de Octu/bro de 72. Pera o P.^{e} António/de Quadros, Provincial da Índia/1572. Lida em Évora ». Istud transcriptum *textum* C vocamus. Lectiones ejus variantes, et omissiones, in apparatu critico indicamus.

Textum A edimus; de B,C,H,I in apparatu critico (sicut dictum est) agemus.

Textus

J. 7 I 108-108^{v}

†

Jesus

Muito Reverendo em Christo Padre

Pax Christi!

A graça do Spiritu Sancto faça contínua morada na alma de V. R. Amen.

Porque sei que de todos deseia V. R. saber novas desta terra, determino de lhas dar nesta, aimda que brevemente. Pola immensa bomdade de Christo Nosso Senhor, vay esta Christamdade em muito aumento. De que não tem pouco meresimento o P.^{e} Francisco Cabral; porque com suas vizitaçõis nos anima a todos, e ajuda de maneira que não podemos deixar de trabalhar na vinha do Senhor,

---

1 *Exemplar hispanicum H hunc titulum praemittit:* Copia de una carta que escrivió el Hermano Luis de Almeida. Para el Padre Antonio de Quadros. Provincial de la India, de Macusa, a cinco de Octubre de 1572. || 2 Jesus] *B add* Maria || 12 *H post* Señor *seq.* pues quien *del.*

vemdo tal pastor, o qual rogo a Deus que nolo deixe estar cá por muitos annos. Porque agora comesa a emtemder a terra e a saber por omde á d'emtrar e sair, cousa que se não pode alcamsar em Japão em seis annos, com correr toda a Christamdade feita, como ele fez [1], cousa que lhe deu muito lume e deseios de servir a Deus nesta terra e nela acabar, e serto me parese gramde emcomveniemte mudarse o Supirior de Japão, com termos quem nos vizite da Imdia cada tres o quatro anos. Mas eu digo o que me parese ao prezemte, e pode ser que a esperiêmcia mostrase outra cousa.

De todos os lugares de Japão temos boas novas, espicialmente de Meaco, domde o P.e Francisco Cabral veio á pouco, e diz que se ouver obreiros que se fará lá muito fruito, e asy o temos todos pera nós.

De Firamdo e do Goto são humas mesmas novas, as quoais são, comservaremse os Christãos sem se fazer fruito nos jemtios, por causa de não terem navios nos seos portos.

Em Bumgo sempre se faz fruito asi nos Christãos como nos jemtios, mas de vagar. No Facata se comesa abrir caminho, e os moradores delle deseião muito de ouvir a Lei de Deus, mas não veio quem ao prezemte lá posa ir, salvo se for o P.e Francisco Cabral, por acabar agora sua vizitação. Fez lá hum Christão rico huma fermoza ygreja, e todos os Christãos estão esperamdo çocorro. Prazera a Deus que irá lá o P.e, aimda que tome ho jurubasa [2] d'algum lugar, porque o não tem pera poder levar comsigo sem fazer míngoa em outra parte.

A terra de Dom Bertolameu [3] hé agora a que cá florese na Christamdade; já não há senhor nenhum que não seia bautizado, de maneira que já se não amda senão por la jemte popular, mas está pera acabar d'ouvir pregação; pera se poderem bautizar averá mister muito tempo, por serem muitos lugares e estes espalhados, e não aver obreiros que posão aqudir a tamta obra. /108v/

En Quchinoççu [4] se comesou este ano a fazer fruito pelas arrabaldes, e vam-se comvertemdo muitos jemtios; este lugar está

18-21 *H* y cierto — otra cosa *totum lineis circumductum et deletum, in margine autem:* deleatur/ puede quitar || 27 sem se fazer] *B* sem se faz *H* no se haze fructo || 33 por acabar] *H* antes de acabar || 35 jurabasa] *H sublineatum, super hoc verbo parva vrux: in marg. parva crux et* predicator *del., deinde* interprete || 44 *H* Cochinozu

---

1 De primo itinere Miyacensi [1571-]1572 P. Francisci Cabral: vid. opus nostrum *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan I, 1* p. 278; *I, 2* p. 138, praesertim ib. Adnot. 50.

2 Jurubasa = interpres.

3 Feudum Ōmuranum, quod tunc regebat Ōmura Sumitada Bartholomaeus.

4 Quchinoççu = Kuchinotsu, in litore meridionali paeninsulae Shimabarensi.

também muito falto de obreiros, porque não tem mais que hum Padre e hum jurubasa que prega quando quer.

Em Simãobãro [5] me parese com ajuda de Deus que daqui por diamte se comesará a fazer fruito, porque o senhor dele está comtemte, porque lhe foy lá hum navio. O. P.^e Baltezar López foy lá e foy muito bem resebido do senhor da terra e de todos os Christãos, e tornou-se pera Quchinoççu, domde reside, com lhe ficar ho caminho aberto, cousa que há mais de sete anos que deseiamos.

Xiqui [6], omde rezide o Irmão Migel Vaz, sempre se faz algum fruito, mas este de vagar, por causa do senhor ser ynimigo da Ley de Deus. —

Amaqusa, que hé omde rizido [7], por ser o senhor da terra [8] christam, se tem feito muito fruito nos jemtios e Christãos. De Natal pera cá bautizamos pasamte de sete semtas almas. Averá 18 ygreias, e todas estas se cultivão com meyo Irmão, por causa de minhas doemças, mas sabe Christo, Nosso Senhor, que já não poso com tamanha carga, porque não tenho nimguém que me ajude, porque hum Japão que me ajudava e servia de jurabasa, que era o que mais emtemdia e avia quoatro anos que estava em casa, pidio muito afimcadamente ao P.^e Francisco Cabral que lhe dese lisemça. O Padre lha deu, e depois de dispidido tornou a esta terra d'Amaqusa e amotinou mas de mil e quinhemtos Christãos, os quoais determinavão de o sostentar, e que lhes pregase, e que não querião ter comta com a Ygreja. Acodí logo a yso, e com o favor de Dom Migel, que hé o senhor da terra, o fiz lamsar fora. Mas deixou feitas tamtas avalias em obra de 8 dias nos pobres Christãos com suas malditas palabras, que aimda agora amdo com pregaçõis e comselhos pera os tornar ao amor da Ygreja. Este ynimigo se foy pera ho Xiqui e tomou amizade com o senhor da terra, e por ho Irmão Migel Vaz não estar na terra, ey medo que faça algum mal aos Christãos; mas de cá os avizamos com cartas. Prazerá a Christo, Nosso Senhor, que estarão fortes.

---

47 jurubasa] *H hoc verbum del., sub lin.* interprete ‖ *post* quiere *adduntur verba* y no todas as veces que es necessario. ‖ 48 *H* Symambaro ‖ 50 *B* navio *sup. lin., in textu* anno *del.* ‖ 52 reside] *vel* residí ‖52/53 *B* hum caminho ‖ 59 *B* bautizárão ‖ 63 servia] *B* por via | jurubasa] *in marg.* o interprete ‖ 66 d'Amaqusa] *B* de Macusa ‖ 70 da terra] *B seq.* e por Irmão Migel *del* | fora] *H* fuera della *seq.* tierra *vid. del* | feitas] *B* feito ‖ 71 avalias] *H* in marg. alteraciones

---

[5] Simãobaro = Shimabara, Takaku.

[6] Xiqui = Shiki, in insula Amakusa Inferiori, in litore occidentali, ad Septentrionem.

[7] Amaqusa: videtur resedisse in castello praecipuo feudi Amacusani, in loco Kawachinoura, ubi erat Domus S. J. — Videas descriptionem in opere nostro *Introductio* pp. 528-529 (de singulis Domibus S. J.: 529-546).

[8] Amakusa Hisatane Michael: de eo videas ibi (*Introductio*) pp. 534-539. — J. L. Álvarez-Taladriz, *Valignano, Sumario de las Cosas de Japón*, op. cit., p. 97, Adnot. 118.

Nenhuma esperamça tenho em jurubasas japõis, por serem muito inconstamtes no bem, e por tamto, se V. R. deseia muito fruito em Japão, mande obreiros com que se faça, e emmemtes não vierem, yrá a cousa muito de vagar. Não me alargo mais, salvo rogar muito a V. R. se lembre de mym em seos sanctos e devotos sacrifícios. D'Amaqusa, oje, 5 de Outubro de 1572.

De V. R. indigno filho em Christo

Luís.

15

CATALOGUS BREVIS PROVINCIAE INDIAE ORIENTALIS

Initio anni 1575

1. Duo exempla istius Catalogi in ARSI exstant: unum in volumine *Goa 24 I* 81-81v et 84-84v, quod exemplar A vocamus; alterum in eōdem volumine *Goa 24 I* 82-83v, a nobis exemplar B dictum. Textus A ab uno amanuensi scriptus est; tantummodo numerus anni 1575 in summa pagina prima, et nota in fine addita de missione undecim sociorum e Collegio Goano (in quo etiam tum recensentur) ad partes Travancore et Comorim aliis manibus scripta sunt. Numerus 1575 forsitan Romae a P. Petro Fonseca adjectus est. Nota tamen illa, in fine adjecta, in India, composito jam textu, scripta est, et in exemplari A linguā lusitanā redacta est. Totus Catalogus A duobus foliis chartae europaeae constat; primum folium (f. 81) 21, 9-22, 7 cm. in latum, 31, 6-32, 2 cm. in altum extenditur; alterum vero 21, 5-22 cm. in latum, 31, 6-32, 2 cm. in altum. Titulus paginae 84v inscriptus ejusdem manūs est ac nota in fine. — Exemplar B similiter unā manu, quae a manu A differt, exaratum est. Numerus 1575, in summa pagina prima, eundem habet scriptorem ac in A. Nota in fine linguā hispanicā redacta est, non secus ac titulus paginae 83v inscriptus. Totum exemplar B duobus foliis chartae europaeae constat, latitudinis 22-22, 3 cm., altitudinis vero 31, 1 cm. — Uterque textus, A et B, tribus columnis in unaquaque pagina dispositus est; sed in B tertia columna fol. 83 vacat, ita tamen, ut quatuor lineae notae in fine adjectae ab altera columna usque ad marginem per totam tertiam columnam extendantur.

2. *Tempus,* quo Catalogus compositus est, in titulo et in textu tacetur. Alia manus, ut diximus, numerum 1575 adjecit. Sed si anno 1575 factus est: quo anni tempore ortus est? Id ex ipso Catalogo quaerendum est. In cujus textu quatuor sociorum nomina occurrunt, trium Patrum et unius Fratris, quos an. 1575 obiisse constat (praeter unum Fratrem

78 jurabasas] *H in textu* interpretes || *post Japõ seq. (in textu A et B)* aimda que seião Irmãos *del.; quae verba in H desunt* || 82 se lembre de mym] *H* se acuerde / de *add. sup. lin.* / mi *forsitan corr. ex* nós || 85 *H* Luis de Almeida

Scholasticum, Emmanuelem Méndez, qui die 1. Januarii e vita cessit): e quibus duo, nempe P. Johannes (João) Bravo et Fr. Coadjutor Andreas Laviciolo, mense Julio 1575 mortui sunt; unus vero, P. Petrus de Toar, mense Junio supremum diem obiit; unus etiam, P. Johannes (João) Cabral, mense Aprili 1575 terrestris vitae cursum confecit. Omnes istos Goae occubuisse constat, praeter Fr. Andream Laviciolo, qui prope Goam in terra Salsette vitā defecit. De quibus Annuae Litterae a P. Gómez Vaz sub die 20. Januarii 1576 signatae referunt [1]. — Praeterea e litteris Visitatoris id etiam constat, *anno 1575, mense Aprili,* tres Patres ex India abiisse, in Japoniam destinatos [2]. Quorum nomina aliunde nota sunt: erant enim Patres Alphonsus González, Christophorus de León et Antonius López [3]. Isti in Catalogo nostro in India etiam tum recensentur. — Tandem, Catalogo teste, Visitator (P. Alexander Valignano) tunc Goae versabatur, Provincialis vero (P. Rodericus ⟨Ruy⟩ Vicente) in civitate Cochim. Sed Provincialis mense Martio anni 1575 ex ea civitate Goam rediit, et mense sequenti Visitator ad partes meridionales Indiae Goā profectus est [4]. Unde concludimus: Catalogum *ante Provincialis regressum in urbem Goam, necnon ante Visitatoris profectum, ante trium Patrum in Japoniam iter, sicut etiam ante mortem P. Johannis Cabral,* concinnatum esse.. — Ceterum, eodem Catalogo teste, Rector Collegii Goani erat P. Johannes (João) Bravo. Sed ultimis mensibus anni 1574 Goae gravis epidemia orta est, propter quam, forsitan mense Decembri, vel paulo ante, socii illius Collegii in quatuor partes dispersi sunt [5] nec ante diem 25. Januarii 1575 [6] in pristinum locum recollecti. Paulo post, mense Januario exeunte, vel mense Februario, Visitator Patrem Nunium (Nuno) Rodríguez Rectorem Collegii constituit [7]. — Quibus positis, *tempus compositionis* praesentis Catalogi *dependet a loco, quo factus est.* Nam vel Goae, vel in civitate Cochim fieri potuit. *Quodsi Goae, tunc mense Januario, probabiliter sub initium anni 1575, compositus est.* Si vero in portu Cochinensi, ubi Provincialis recensetur, cum ibi constitutio novi Rectoris ignorari potuerit, saltem ante finem Martii 1575 factus est: nam illo

---

[1] Litterae Annuae Indiae Orientalis, Gómez Vaz ad Gen., Goa, 20. Januarii 1576, Orig., hisp., 2a via, *Goa 47* 59-67v: ibi de defunctis *Goa 47* 59v-60 = *Doc. Ind. X* 450-496; de defunctis 457-458.

[2] Valign. ad Gen., e navi, in itinere Cochim-Goam, 4. Decembris 1575, Orig., ital., 2a via, *Goa 47* 56 = *Doc. Ind. X* 215.

[3] Ajuda Elenchus B, 1575. — Alphonsus (Alonso) González, Arima, 24. Septembris 1576, apogr., hisp. *J. 8 II* 14-14v. — Christophorus (Christóbal) de León, Nagasaki, 15. Septembris 1576, apogr., hisp., *J. 8 II* 17-17v.

[4] J. Fr. Schütte S. J., *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan I, 1* p. 153.

[5] Ibid., p. 152. — Collegii socios in quatuor partes dispersos fuisse: Valign. ad Gen., Goa, 8. Januarii 1576, Orig., ital., *J. 8 I* 1v = *Doc. Ind. X* 436.

[6] Litterae Annuae Indiae Orientalis, Gómez Vaz ad Gen., Goa 15. Novembris (17. Calend. Dec.) 1575, transsumptum pro Provincia Romana, *Goa 47* 6v: « tunc enim [25. Jan. 1575] omnes in Collegium nos recepimus » = *Doc. Ind. X* 75.

[7] Schütte, *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan I, 1* pp. 152-153. — Valign. ad Gen., Goa 8. Januarii 1576, Orig., ital., *J. 8 I* 1v = *Doc. Ind. X* 436. - *Goa 47* 6v = *Doc. Ind. X* 75: vid. Adnot. 6).

mense Provincialis Goam repetiit. Quaestio de loco compositionis non videtur posse certo solvi. At, Provincialis die 25. Decembris 1574 e Domo Cochinensi ad Generalem scribens, quid ei Visitator de Catalogis tunc mittendis mandaverit, exponit; ubi nonnisi de Catalogis Collegii Cochinensis et Domorum eidem subjectarum sermo est; de Catalogo universae Provinciae nihil ibi legitur[8].

3. *Catalogus conspectum totius Provinciae Indiae Orientalis continet.* Si formam externam spectas, divisus est in tres partes, seu potius in tres Catalogos distinctos, hoc ordine: « Catálogo dos Padres e Irmãos de Goa »; « Cathálogo dos Padres e Irmãos que residem nas partes do Norte »; « Cathálogo dos Padres e Irmãos que residem nas partes do Sul ». — « Catalogi » isti in Domūs vel Missiones subdivisi sunt. Praeterea, in Collegio Goano singulae classes ejusdem communitatis: Patres, Fratres Scholastici, Coadjutores Temporales, Novitii, suis titulis distinguuntur, atque ulterius Scholastici secundum studia, quae peragebant (« Casuístas », « Theólogos », « Lógicos », « Prima Classe », « 2a Classe », « 3a Classe ») propriis titulis dividuntur. Cum de Catalogo Brevi agatur, nonnisi *nomina* sociorum, ac majoris momenti *munera* indicantur.

Neutrum exemplar (neque A, neque B) ab auctore subsignatum est. Quapropter, dum non suppetunt argumenta ex epistolis illius temporis, neque singulae manus, quae in istis Catalogis occurrunt, quorumnam sint, dignoscitur, dubium de auctore solvi non posse arbitramur: num scl. Visitator, an Provincialis, an eorum jussu alius quis, textum composuerit.

4. Nostrā hoc loco non interest, in totum Catalogum amplius inquirendi, sed ad eam partem mentem intendimus, quae Japoniam et (quia a Japonica Missione separari nequit) Sinarum Domum, i. e. Residentiam Macaensem, spectat. Sub utroque autem titulo « China », « Japão » tantummodo nomina Patrum, dein Fratrum, conscripta sunt, quin eorum in Japonia per singula loca distributio adnectatur. Status autem personarum, quem Catalogus iste Sino-Japonensis reflectit, cui tempori correspondet?

Inter Patres, qui in Sinensi Domo (Macao) recensentur, P. Johannes Franciscus Stephanoni invenitur: qui saltem anno 1573 ex India Macaum se contulit[9], unde medio fere anno 1574 in Japoniam trajecit[10]. E contra, duo illi Patres, qui anno 1572 in Japoniam advenerunt, P. Gaspar Coelho et P. Sebastianus Gonçálvez[11], jam in Missione Japonica scripti sunt. Unde Catalogus noster eum statum personarum mani-

---

[8] Rodericus (Ruy) Vicente ad Gen., Cochim, 25. Decembris 1574 (« 1575 » in textu), Orig., hisp., *Goa 12 II* 295; cf. *Doc. Ind. IX* 579-580 et 533-534.

[9] Johannes Franciscus Stephanoni ad P. Emmanuelem Teixeira, Gotō, 6. Octobris 1574, Orig., lus., in fine lat., *J. 7 I* 241: « O ano passado escreví a V. R. da China ».

[10] Epistola praecedentis Adnotationis jam e Japonia scripta est. De tempore navigandi: cf. SCHÜTTE, *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan I,1* p. 127.

[11] Ajuda Elenchus B, 1572. — FRÓIS I 427.

festat, qui in illa Missione post praedictorum Patrum adventum, sed ante ingressum Patris Johannis Francisci Stephanoni, i. e. a medio anno 1572 usque ad medium annum 1574, vigebat. Nam cum nulla in isto Catalogo sociorum per varia domicilia Japonica distributio fiat, neque status personarum in Japonia aliam mutationem duobus illis annis subierit, omnis ulterior inquisitio sensu caret.

De Macaensi autem Domo si quaeras: auctor Catalogi statum personarum anno 1573 vigentem rescivit. Nam eo anno e Domo Macaensi in Indiam rediit P. Petrus Vaz[12]: qui inter incolas Domus Macaensis non jam enumeratur.

5. Nos exemplar A hic reddimus, quin lectiones varias exemplaris B apponamus: quippe quae solam orthographiam spectant. Utriusque enim exemplaris nomina eadem omnino sunt, eodemque ordine ponuntur.

Textus

Goa 24 I 81/81v 84/84v

Catálogo dos Padres e Irmãos de Goa.

[1575]

. . . . . .

China.

P. Bispo [Belchior Carneiro]
P. António Vaaz
P. Christóvão da Costa
P. Ýnofre Rodríguez
P. João Francisco Estephanónio

Ir. Jácome da Fonsecqua, mestre da escola
Ir. António Pais

Japão.

P. Francisco Cabral, Superior
P. Luís Fróes
P. Bastião Gonçálvez
P. Gaspar Coelho
P. Balthezar da Costa
P. Belchior de Figueiredo
P. João Baptista [de Monte]
P. Balthezar López
P. Organtino

Ir. Guilherme
Ir. Luis d'Almeida
Ir. Aires Sanches
Ir. Miguel Vaaz

---

[12] De P. Petro Vaz: vid. epistolam Adnot. 9: *J. 7 I* 241.

16

CATALOGUS RERUM INDIAE ORIENTALIS OCTOBRI 1575 CONFECTUS

1. Catalogus Rerum totius Provinciae Indiae Orientalis, titulo teste Octobri 1575 compositus, in volumine *Goa 24 I* ff. 99-102ᵛ exstat. Textus Catalogi a f. 99 usque ad f. 101ᵛ producitur, estque lingua hispana redactus, et, post titulum et conspectum quendam generalem initio positum, 18 subtitulis distinctus:

« Collegio de Goa/Residencia de Choran/Collegio de Margan/Collegio de Baçain/Residencia de Tana/Residencia de Bandora/Residencia de Daman »/ — « Collegio de Cochin/Residencia de Coulan/Costa de Comorin/Residencia de Manar/Residencia de Santo Thomé »/. « Collegio de Malaqua/Residencia de Ternate que es en Maluco/Residencia de Amboino/ Residencia de la China/ Jappón/ Aethiopia »/

In fine, lector ad summam initio Catalogi scriptam remittitur; et cur emolumenta litoris Comorini, et redditus e donis regum Indicorum, Proregi Indiae oblatis, sed a Rege Collegio Goano concessis, inconstantes et incerti sint, explicatur.

2. Initio documenti, in summa pagina 99, alia manu, probabiliter Romana, haec verba leguntur: « Goa. 1575. Casas » (*vel etiam* Catal., lectio incerta). Fol. 102ʳ vac.; in fol. 102ᵛ variis manibus notae aliquae inscriptae sunt: « Goa » — « Summario de todos los Collegios y Residencias etc. de la India Oriental » — « 1575 ». — Manus autem Polanci adjecit « N. P., y al orden del Catálogo y (?) Collegio de Margan » — « N. P. ».

3. Documentum subscriptione caret. Si autem quaeras, quis ejus sit auctor: vix dubium quin Catalogus a Provinciali Indiae Orientalis, vel saltem ejus jussu et approbatione, compositus sit. Nam Catalogum *non* a Visitatore P. Alexandro Valignano factum esse, id ex eo deduci posse videtur, quod ipse, jam a mense Aprili 1575 a civitate Goa absens[1], nonnisi mense Decembri 1575 ad Domum Goanam redierit[2]. Sed longe a metropoli hujusmodi Catalogus confectus esse non videtur, idque vel ob eam solam rationem, quod singularum Domorum totius Provinciae Indicae per tam vasta loca dispersae elenchi vel Catalogi Rerum ad solam metropolim mitti solebant. Unde Catalogum Goae compositum esse opinamur.

4. *Pars Orientalis Catalogi, quae Sinas et Japonicam comprehendit,* cui tempori (anno, mensi) correspondet? Id fere e personarum numero concludi posse videtur. Nam socii in Japonia 18 numerantur, e quibus 14 sacerdotes, 4 non-sacerdotes. Quodsi Catalogos praecedentes, praesertim Catalogum Indiae Orientalis anni 1572, inspicias, vix dubium, qui

[1] V I, 1 p. 153.
[2] V I, 1 p. 155.

sint illi 18 socii Catalogi Rerum, de quo hic agimus. Nam praeter 9 Patres, qui reapse in Japoniam advenerant, etiam P. Gundisalvus Álvares, Visitator, cum 4 Patribus, ejus in itinere japonico, naufragio, morte comitibus [3] (quippe qui ex India profecti erant, ut se in Japoniam transferrent) numerum istum 14 Patrum efficiunt. In Catalogo Indiae anni 1572 P. Visitator Gundisalvus Álvares, ejusque socius P. Emmanuel López, in Japonia desiderantur; ubi, e contra, P. Juan Viejo (João Velho) et Fratres Diego Hernández (Diogo Fernández) et António Núnez (qui cum iter Japonicum arriperent, jam sacerdotes erant [4]) recensentur. Praeterea, tribus Fratribus Miguel Vázquez (Miguel Vaz), Arias Sánchez, Guillelmo, quartum, nempe Ludovicum de Almeida [5] adjicias oportet. Sic enim fit, ut 9 + 5 PP., ac 4 FF., universi 18 socii numerentur. Unde id sequitur: auctorem Catalogi nuntium de morte Visitatoris ejusque sociorum (+ die 21. Julii 1573) nondum recepisse: de quo certior fieri potuit vertente anno 1573/74, vel paulo postea. — Quod autem Residentias nominatim recensitas attinet: quinque illis nominibus regiones potius, seu feuda, indicari videntur quam Domūs: praesertim vero de Domo Usukiensi, quae jam a multis annis (1565) fundata erat [6], sermo non fit; nam nomine « Bungo » vix dubium quin feudi metropolis, (Bungo no) Funai, i. e. Ōita, significetur. Ceterum, ex istis nominibus concludi non potest, quo tempore Catalogus noster confectus sit; nam domus istae jam multo ante fundatae erant: insulae Hirado Domus anno 1564 iterum condita est [7]; Ōmurana Residentia ab anno 1568 exstitit [8]; in Kuchinotsu Residentia proprie dicta anno 1564 initium habuit [9]; in Funai: ab anno 1553 socii fixam sedem habebant [10]; Miyacensem Residentiam Vilela anno 1559 primum fundavit [11], eamque post varios successus L. Fróis anno 1569 iterum aperuit [12].

Quod autem Domum in Sinis, seu Macaensem, spectat: tres Patres, qui in illa morari dicuntur (cum P. Antonius Vaz in Indiam regressus sit [13]) sine dubio sunt PP. Christophorus da Costa, Onofrius (Ynofre) Rodríguez, P. Johannes Franciscus Stephanoni: quorum primus et alter erant Professi trium votorum [14]. Reapse, P. Stephanoni medio anno 1574

---

[3] De isto naufragio: V I, 1 p. 101[150]; cf. opus nostrum *Introductio* 38 38[32] 140 316.

[4] Fróis I 430; cf. DI IX 295-296 309 et DI X 455.

[5] Ludovicus de Almeida jam anno 1556 in Japonia in Societatem Jesu admissus erat: cf. opus nostrum *Introductio* 313 313[11]; et supra, Doc. 3, introd., n. 14.

[6] De Domo Usukiensi: vid. Schütte, *Introductio* pp. 560 ss.

[7] De Residentia Hiradensi: ib., pp. 467-468.

[8] Ōmura: ib., pp. 471-472.

[9] Kuchinotsu: ib., pp. 494-497.

[10] Funai: ib., p. 550.

[11] Miyako, 1559: ib. p. 605.

[12] Miyako, 1569: ib., p. 608.

[13] P. Antonius Vaz, Catalogo Brevi Ind. Orient., 23. Jan. 1576, teste, tunc in Collegio Goano e Sinis rediturus exspectabatur: *Goa 24 I* 115, cf. DI X 499.

[14] Ita in Catalogo Brevi Ind. Orient. Oct. 1575, qui secundum gradus et vota sociorum distinctus est: *Goa 24 I* 106, cf. DI X 26.

e Macaensi Domo in Japoniam trajecerat [15], quin de ejus itinere Japonico Goam nuntius perlatus esset. Unus Frater, qui cum tribus illis Patribus in Macaensi Domo invenitur, Frater Antonius Pais, et antea, et post, in Catalogis in Macaensi Residentia recensetur; nam Frater Jacobus (Jácome) da Fonseca, e Sinis Malaccam vel jam abierat, vel erat mox profecturus [16]. Sed socii in India credidisse videntur eum mox in Japoniam profecturum; nam in Doc. 17 erronee in Japonia recensetur. Cur in praesenti Catalogi non-sacerdotes quatuor numerentur, non quinque, ut in Catalogo Januarii 1576, non liquet.

5. Catalogus editus est in DI X 50-59.

Textus

Goa 24 I 99-102v

†

Jesus Maria

Sumario de todos los Collegios y Residencias, personas, estudios, estudiantes de fuera, rentas, Missiones, desta Provincia de la India Oriental, hecho en Octubre de 1575.

. . . . . .

[101] Residencia de la China [Macao]

En la China están al presente tres Padres y un Hermano. Dos de los Padres son Professos de tres votos. Tenemos casa propria y yglesia, la qual se va haziendo, todo en buen lugar y con buena traza. Sustentan-se ally los Nuestros de lymosnas.

[101] Jappón / [101 v]

En los reinos de Jappón ay cinco Residencias principales de la Compañía, las quales son: Firando, Ouemura [Ōmura], Cochinoco, Bungo, Meaco. En todas residen diez y ocho de la Compañía; los

---

[15] Fróis I 465; Aj B; secundum epistolam P. Joannis Francisci Stephanoni ad P. Emmanuelem Teixeira (Cochim), ex insulis Gotō, die 6. Oct. 1574 scriptam (Orig., lus., *J. 7 I* 241-243v), ipse P. Stephanoni jam tunc in insulis Gotō morabatur.

[16] Fr. Jacobus da Fonseca, vixdum e Sinis portum Malaccensem ingressus, atque graviter aegrotus e Navi ad scaphum translatus, ut ad terram deduceretur, mortuus est: DI X 764: L. A. Gomes Vas, 14. Nov. 1576, e metropoli Goana. Atqui tempus navigandi e Sinis Malaccam fere a Novembri usque ad Januarium correre solebat (V I, 1 p. 129), ita ut Fr. Jacobus da Fonseca fere Decembri 1575 vel Januario 1576 Malaccam pervenerit.

catorze son sacerdotes, y uno dellos Professo de quatro votos, y tres dellos Professos de tres votos. Tenemos en ellas casas y yglesias proprias, cosa de poca substancia y estima. Occupanse en la conversión de los infieles y en doctrinar a los Christianos. Biven de nueve cientos cruzados por el Rey pagados en Malaqua, y de otros nueve cientos cruzados que les rentão unas aldeas que con su dinero se compraron en las tierras de Baçaino.

17

CATÁLOGO DE LOS PADRES Y HERMANOS DE LA PROVINCIA DE LA INDIA ORIENTAL, HECHO EN GOA A LOS 23 DE HENERO DE 1576

[Japonia: 1574/75]

Catalogus iste, qui nunc in primo volumine Catalogorum Indicorum (*Goa 24 I* 115-116ᵛ) asservatur, duobus foliis chartae europaeae (27, 7-9 cm./18,8-19,4 cm.) constat. Textus post titulum tres paginas integras, duabus columnis dispositas, occupat, quartae etiam paginae tertiam circiter partem columnae sinistrae. De cetero quarta pagina vacat, praeter notulam margini dextero inscriptam: « Catálogo de 76 ». Inter utrumque folium primo adspectu sat magna se prodit differentia: manus enim, quae textum primi folii scripsit, a manu alterius folii omnino differt. Praeterea, primum folium lingua hispana redactum est, alterum vero lusitana. Textus hispanicus scriptus esse videtur manu P. Petri Ramón, qui tunc Goae Magistri Novitiorum munere fungebatur; altera pars, lusitano idiomate redacta, certo adscribi debet Rectori Collegii Goani, Patri Nunio Rodríguez.

Numquid vere de duobus foliis unius Catalogi sic duabus linguis redacti agitur, an folia ista postea demum in unum Catalogum juncta sunt? Cui quaestioni antequam respondemus, praemittimus: Catalogos Collegii Cochinensis [1] annorum 1575 et 1576 et numero et nominibus per-

[1] Cat. Br. Ind. Orient. 1575: *Goa 24 I* 81-81ᵛ, 84-84ᵛ = DI IX 474-480: de Collegio Cochinensi: 81ᵛ = DI IX 478-479.

Cat. Br. Ind. Orient. 1575: *Goa 24 I* 82-83ᵛ = DI IX 474-480: de Collegio Cochinensi: 82ᵛ = DI IX 478-479.

Cat. I. Ind. Orient. Oct. 1575: *Goa 24 I* 85-92ᵛ = DI X 30-50; de Collegio Cochinensi: 91-92 = DI X 47-50.

Cat. Br. Cochinensis 1575: *Goa 24 I* 109-109ᵛ = DI IX 588-590.

Cat. I. Cochinensis 1575: *Goa 24 I* 110-110ᵛ = DI IX 590-592.

Cat. Br. Ind. Orient. 23. Jan. 1576: *Goa 24 I* 115-116ᵛ = DI X 448-506: de Collegio Cochinensi: 115ᵛ-116 = DI X 503-504.

Cat. Br. Ind. Orient. 10. Nov. 1576: *Goa 24 I* 117-118ᵛ = DI X 691-700; de Collegio Cochinensi: 117ᵛ-118 = DI X 696.

sonarum tunc in eodem Collegio residentium satis inter se differre. Atqui in primo folio verso praesentis Catalogi pars personarum Collegii Cochinensis recensetur, altera pars in secundo folio. Neque utrum elenchus personarum ita in duo folia lingua et manu inter se differentia distributus vere completus sit, certo apparet: an pars sociorum, juncto utroque folio in unum Catalogum, exciderit. Sed etiamsi completum dixeris: nondum liquet, utrum forsitan ab origine tum Catalogus hispanica lingua conscriptus, tum Catalogus lusitano sermone exaratus, uterque completus, exstiterint, et ob quam rationem folium hispanicum cum folio lusitano in unum Catalogum coaluerit. Cui quidem difficultati praeter hypotheses positivis argumentis destitutas certa solutio deesse videtur.

Catalogum, quamvis subscriptione et sigillo carentem, esse originalem, e manu P. Nunii Rodríguez certo constat. Qui cum Rectoris Goensis munere tunc fungeretur et, Visitatore et Provinciali absentibus, Superioris Majoris vices agere soleret, auctor praecipuus Catalogi dici debet, qualemcumque partem in eo exarando Magister Novitiorum P. Petrus Ramón habuerit. Nam Magister Novitiorum vel more amanuensis ea describere poterat, quae ei Rector Collegii dictabat, vel quae ei, aliquo modo jam scripta, tradebat describenda, vel potuit, jussu Rectoris, ipse Catalogum componere.

Quod autem *partem japonicam* Catalogi attinet: imprimis inter informationes quas ex ipsa Japonia Catalogi auctor obtinuit, et dispositiones in India factas circa personas in Japoniam mittendas, quae ad ejus notitiam pervenerunt, distinguendum est. — Anno 1575 ex India profecti sunt, in Japoniam transituri, tres Patres: Alonso « Gonçálvez » [= Gonzalez], António López, Christóbal de León [2], qui mense Septembri anni 1575 Macaum [3] et medio fere anno 1576 in Japoniam pervenerunt [4]. Qui in praesenti Catalogo jam in Japonia recensentur, cum reapse eo tempore etiamtum Macai degerent. — Ultimae vero informationes ante istius Catalogi compositionem e Japonia in Indiam perlatae, cujusnam temporis sint, difficile dictu est neque magni pro nobis momenti. Nam in illa Missione Residentiae distinctae non recensentur, sed sub generali Japoniae titulo nonnisi Patrum Fratrumque elenchus (sine do-

---

2 Nomina ista habes in Elencho B, Ajuda 49-IV-56, pro anno 1576, quo Patres illi in Japoniam advenerunt. Qui, in Japoniam transituri, Septembri 1575 portum Macaensem ingressi sunt, ut habes in nota sequenti. De unoquoque eorum in particulari videas annot. 4.

3 Christóvão da Costa ad Generalem, e civitate Macaensi, 17. Nov. 1575, Orig., *J. 7 II* 293/3v.

4 P. Alphonsus (Alonso) González die 8. Junii 1576 e portu Macaensi solvens die 22. Junii 1576 in Japoniam (Kuchinotsu) pervenit: Al. González ad Generalem, Arima, 24. Sept. 1576, apogr., *J. 8 II* 14. — P. Antonius López in epistola ad Generalem, Nagasaki, 18. Oct. 1594, autogr., se ante 19 circiter annos Japoniam ingressum esse dicit: *J. 12 II* 202: ita ut eum jam tunc 18 annos commorationis japonicae complevisse intelligas. — P. Christophorum de León anno 1576 in Japoniam intrasse, expresse statuitur in Catalogo Defunctorum, qui ut Supplementum quoddam Catalogum Primum Januarii 1593 sequitur ac manu P. Ludovici Fróis scriptus est: *J. 25* 54v.

morum distinctione) sequitur. Pro P. Alphonso Gonçálvez scriptum est nomen « P. António Gonçálvez »; porro de nomine « Fr. Jácome da Fonsequa » dubium oritur. Nam ille, in isto solo Catalogo, in Japonia recensetur: dum antea Macai et in variis Indiae domibus frequenter in Catalogis occurrit, postea vero neque in Japonia, neque Macai, neque in India apparet: qui nunquam Japoniam ingressus, sed Malaccae defunctus est [5]. Ceterum epistolae, ut ante istius Catalogi compositionem e Japonia Goam pervenire potuerint, saltem ante finem anni 1574 inde mitti debebant [6].

Textus

Goa 24, ff. 115-116v

Catálogo de los Padres y Hermanos de la Provincia de la India Oriental, hecho en Goa a los 23 de Henero de 1576.

. . . . . .

116 China

O P. Bispo da China [D. Belchior Carneiro]
O P. Christóvão da Costa
O P. Inofre Rodríguez
O Ir. António País

Japão

O P. Francisco Cabral, Superior
O P. Organtino
O P. Bautista [= Sebastião] Gonçálvez
O P. Gaspar Coelho
O P. Baltesar López
O P. Luís Fróis
O P. Belchior de Figueiredo
O P. João Bautista [de Monte]
/ 116v
O P. António Gonçálvez [= Alonso González]
O P. Christóvão de Lião
O P. António López
O Ir. Luís d'Almeida
O Ir. Ayres Sanches
O Ir. Migel Vaz
O Ir. Jácome da Fonsequa
O Ir. Guilherme.

. . . . . .

---

[5] Conferas ea quae in annotatione 16 ad Introd. Documenti 16 diximus.
[6] Vid. *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan* I, 1 pp. 128-132.

18

CATÁLOGO DOS PADRES & IRMÃOS DA PROVÍNCIA DA ÍNDIA ORIENTAL, FEITO EM GOA A 10 DE NOVEMBRO DE 1576

[Japonia: 1575, ultimis mensibus]

1. Catalogus iste in primo volumine Catalogorum Indiae Orientalis exstat (*Goa 24 I* 117/8v), atque duobus foliis chartae europaeae, 31,8 cm. altis, 22 cm. latis, continetur. Recentiori quadam restauratione strato setaceo coopertus est; ceterum bene conservatus est nec difficilis lectu; propter humiditatem, ni fallor, chartae color variis in locis mutatus est, et verba non pauca atramento non corrosa quidem, sed subobscuro (bruno) colore affecta sunt. Textus, post titulum, duabus columnis dispositus, in prima columna quartae paginae finem habet, dum in columna dextera ejusdem paginae legitur: « 1576 /Goa, 10. de Novemb./ Catálogo de la India Orient. » Subscriptio et sigillum desiderantur. Catalogus olim quadrupliciter plicatus esse videtur.

2. Catalogum istum *Goae* factum esse titulo expresse statuitur; cum, ipso Catalogo teste, Provincialis tunc Cochini versaretur, auctorem esse alium, et inter socios eo die, i. e. die 10. Novembris 1576, Goae degentes quaerendum, patet. Quorum si de numero omnes non-sacerdotes elimines, universi 18 Patres in Novitiatu et in Collegio Goano tunc inveniuntur. E quibus alios quoque novem vel decem sine timore errandi excludere licet, ita ut 8 vel 9 Patres supersint, quibus non sine aliqua ratione compositio Catalogi attribui posset. Sed fatendum, nemini verius Catalogi elaborationem adscribi posse quam Visitatori Alexandro Valignano, qui inter Goae degentes primo loco scriptus, revera tunc[1] in metropoli Indiae Lusitanae versabatur. Quem vel directe per se, vel saltem jussione et approbatione, Catalogum istum exarasse dicendum est. Quod quidem neque ex forma (ut puta e manu scribentis, subscriptione vel sigillo), neque e textu Catalogi erui potest; sed munus mittendi Romam totius Provinciae Catalogum, ad Superiorem Majorem spectabat; atqui totius Asiae Superior Major (praeter Provincialem, eique praepositus) tunc erat Visitator: qui amplissimas de omni re necessaria informationes Romam mittere solebat, maxime absente Provinciali; Provincialis vero, ultimo die Novembris 1576 Goam regressus, die 4. Decembris 1576 ita Romam scripsit:

« Yo llegué a este collegio de Goa al último de Noviembre del collegio de Cochim, adonde fui este año a invernar, por assí parecer y ordenar el Padre Visitador por causa de las naves que venieron este año del Sul, que, por llegaren tarde a Cochim, no podieron acá llegar. Y porque deste todo y de las nuevas de Jappón, Malaqua etc. ni el tiempo me dava lugar a ello ... »[2].

---

[1] Videas SCHÜTTE, *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan* I, 1 p. 158.
[2] Ruy Vicente ad Generalem, Goa, 4. Dec. 1576, Orig., *J. 8 II* 59v.

P. Ruy Vicente in eādem epistola, de praesenti Catalogo loqui videtur, cum commemorat « el Cathálogo que va, de cómo están repartidos » [3]; sed auctoris Catalogi mentio non fit. Potuit quidem Rector Collegii Goani, qui absentis Provincialis vices gerere solebat, et summa Visitatoris fiducia utebatur, scl. P. Nunius Rodríguez, hunc Catalogum conficere, sed nonnisi jussione et auctoritate Visitatoris. Ceterum, Visitatorem cum Provinciali Goam regresso expresse de Catalogis mittendis egisse: id ex eādem epistola certum est:

« Yo trahía echos los Catálogos conforme a los que se embiaron el año passado, y esto, por decir el exemplo que vino: 'Cathalogus quotannis mittendus'; mas por parecer al Padre Visitador que no hera necessario, si no fuesse añadir alguna cosa de nuevo que se uviesse mudado, por esso no los embío. Desseo saber de V. P. se se han de embiar cada año de la misma manera, o se se ha solamente de suplir o mudar lo que uviere de mutación acerca dellos, per que proceda conforme a esso ... » [4].

Und patet: Provincialem, probabiliter Cochini, etiam anno 1576 Catalogos Triennales exarasse, uti jam Octobri 1575 fecerat; Visitatorem tamen impedivisse, ne Romam transmitterentur, cum eos neque quotannis denuo conscribendos neque ad Generalem tam frequenter mittendos esse judicaret.

Quodsi Visitatorem et Provincialem de tota Catalogorum materia fusius inter se tractasse ex hoc loco certum est: dum Catalogum Brevem tunc Romam missum esse constat: dubium vix erit quin de eo quoque Visitator et Provincialis inter se egerint. Ceterum, Catalogus Brevis, qui, absente Provinciali, Goae exaratus est, a nullo alio nisi a Visitatore Romam missus esse videtur. Unde ipsum Visitatorem P. Alexandrum Valignano Catalogum composuisse opinamur, sive directe per se, vel saltem indirecte, sua jussione, auctoritate, approbatione. Totus Catalogus, brevi postquam compositus, una manu descriptus est, probabiliter Goae (vel Cochini).

3. *Ea Catalogi pars, quae Extremum Orientem attinet,* informationibus e Japonia et e Sinis ante 8 menses allatis innititur, simulque missionem « Japonicam » eo ipso anno 1576 ex India Orientali profectam commemorat. Nam die 3. Aprilis 1576 ex improviso Goam P. Balthasar López S. J. pervenerat. Qui ultimis mensibus anni 1575 e Japonia solverat [5]; unde epistolas attulit, quibus viri qui in vinea Domini opem ferrent,

---

[3] Ibidem, *J. 8 II* 59.

[4] Ibidem, fol. 60.

[5] Die 24. Sept. 1576 P. Alphonsus González ita dicit: « Después que el Padre Baltasar López se partió de Japón, que aún no á un año entero ... »: epistola scripta in oppido Arima: *J. 8 II* 14. — Die 17. Nov. 1575 P. Balthasar López e Japonia Macaum nondum pervenerat, sed exspectabatur: P. Christóvão da Costa ad Generalem, Macao, 17. Nov. 1575, Orig., *J. 7 II* 291v. — De ejus adventu in civitatem Goam nocte inter 3. et 4. Aprilem 1576: Gómez Vaz ad Generalem, Goa, 14. Nov. 1576, Annuae Litterae, *Goa 31* 291v = DI X 716-717. Cf. de P. Balth. López: Schütte, *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan,* I, 1 pp. 158 et 228. Vid etiam: Schütte, *Introductio,* in Indice, p. 953.

enixe postulabantur. P. López eodem anno 1576 cum 6 Patribus et 7 Fratribus ex India in Japoniam iter arripuit[6], atque anno 1577 ad Japoniae oras appulit[7]. De quorum in Japoniam adventu Visitator P. Alexander Valignano nuntium non accepit nisi die 3. Januarii anni 1578, in portu Malaccensi consistens[8]. A die 3. Aprilis 1576 usque ad Catalogi compositionem idem Visitator de Japonia informationes recentiores recepisse non videtur. Quapropter, praesentis Catalogi pars japonica tum novis a P. Balthasare López allatis, tum missioni ab ipso in Japoniam reductae correspondet. Atque ita fit, ut ipse P. López ejusque socii jam in Japonia recenseantur, quo nondum pervenerant, cum Catalogus exararetur. Quare, si Japoniam spectas, Catalogus profectui Patris B. López e Japonia ultimis mensibus anni 1575 correspondet; si vero Indiam cogitas, praesens Catalogus P. B. López ejusque socios, qui mense Aprili 1576 Goã discesserant[9], ut jam profectos (immo, ut jam in Japoniam advectos) commemorat.

Textus

Goa 24 I 117-118v

Catálogo dos Padres & Irmãos da Província da Índia Oriental, feito em Goa a 10 de Novembro de 1576.

. . . . . .

[118]

China

O P.e Christóvão da Costa, Superior
O P.e Inofre Rodríguez, confessor
O Ir. António Paas, coadiutor
E são ajudados dos que vão a Japão.

Jappão

O P.e Francisco Cabral, Superior
O P. Gaspar Coelho

[6] Gómez Vaz, Annuae Litterae (vide notam praecedentemı, *Goa 31* 291v = DI X 716-717.

[7] Fróis I 487; Aj 49-IV-56 (elenchus B, pro anno 1577); Francisco Cabral ad Generalem, Kuchinotsu, 1. Sept. 1577, autogr., *J. 8 I* 139.

[8] *Sumário das novas que vierão da China e Japão, este ano de 78, feito polo P.e Visitador*, apogr. (14. Jan. 1578, Malakka), *J. 8 I* 120v.

[9] In eodem *Sumário* (vide notam praecedentem) auctor ita dicit: « que os 14 Padres que se emviárão este abril passado há 2 annos, chegárão todos a Japão de saúde ... »: haec verba, ut sonant, Aprilem anni 1575 indicant; sed intellige: 1576! (eodem loco: *J. 8 I* 120v).

O P. Organtino
O P. Bastião Gonçálvez } Confessão na língoa da terra. / [118v]

O P. Luís Fróis
O P. Belchior de Figueyredo
O P. Balthezar López } Confessão na língoa da terra.

O P. João Francisco [Stephanoni], Italiano
O P. Christóvão de Lyão
O P. Afonso Gonçálvez
O P. António López
O P. João Baptista [de Monte], Ferrarez.

O P. Pero Ramón
Outro P. Balthezar López [o Grande]
O P. Belchior de Moura
O P. Gregório Céspedes
O P. Gonçallo Rabello
O P. André Pinto
O Ir. Francisco Laguna
O Ir. Francisco Carrión
O Ir. Diogo da Mesquita
O Ir. Symeão Dalmeiyda } Estudantes
O Ir. Álvaro Dias
O Ir. Diogo Pereyra
O Ir. Bertolameo Redondo } Coadjutores.
} Este 13 forão este anno.

O Ir. Luís Dalmeyda
O Ir. Ayres Sanches
O Ir. Miguel Vaz
O Ir. Guilherme } Sabem a língoa.

O Ir. João, japponense, com outros dous Irmãos noviços.

. . . . . .

O P. Bispo da China [D. Belchior Carneiro]

19

CATHALAGO DE LOS PADRES Y HERMANOS QUE ESTÁN EN EL JAPÓN, EN EL MIEZ DE DEZIEMBRO EN EL AÑO DE 1579

Catalogi istius unum quod notum est exemplar in volumine primo Catalogorum Indiae Orientalis, *Goa 24 I* 126/7v, conservatur. Duobus foliis (c. 42,5 cm. alt./c. 22,5 cm. lat.) chartae europaeae constat. Textus usque ad summam paginam quartam extenditur, quae, praeter ultimas lineas textūs et inscriptionem, vacat. Scriptio non manum P. Laurentii Mexia, socii Visitatoris, prodit, quamvis similitudo aliqua cum ejus scriptura non desit, sed amanuensem aliquem, qui Visitatorem ex Hizen per partem saltem suae primae visitationis (saltem usque in « regnum » Bungo) secutus est [1]. Porro, numeros in margine manu ipsius Visitatoris adjectos esse certum est. Quare, etsi subscriptio desideratur, Catalogus vel est opus Visitatoris, vel ejus jussu ab alio confectus. Estque opus originale, ab ipso Visitatore ad Generalem missum.

Catalogus iste est primus, qui *Japoniae proprius* dici potest: nam omnes Catalogi praecedentes, quamvis etiam de Japonia tractent, ad Provinciam Indiae Orientalis pertinent, ac de Japonica Missione ut de parte Provinciae Goanae agunt, idque ut plurimum in fine, cum de Missione maxime remota verba faciunt.

Occasionem autem conscribendi istum Catalogum Alexander Valignano, Visitator omnium Missionum Societatis Jesu in Asia, quae quomodocumque ad Lusitaniae Patronatum spectabant, tunc nactus est, cum die 25. Julii 1579 in Japoniam advenit [2], ac mense Decembri ejusdem anni variis epistolis haud mediocris momenti suas de Japonica Missione opiniones ac trepidationes Generali Ordinis Praeposito aperuit [3]. Quo tempore, ut de personis Societatis in Japonia degentibus Generali certam et claram notitiam daret, Catalogum istum misit.

Ordo quo singuli socii inter se sequuntur hic est: ut scl. post Visitatorem ac duos ejusdem socios (Patrem et Fratrem) primum omnes Patres, deinde omnes Fratres recenseantur; inter Patres vero primum locum Superiores obtineant, postea ceteri ponantur, non ordine alphabethico, neque secundum certum aliquem ordinem domorum, ubi degebant: ita ut ratio aliqua distributionis vix appareat. Inter illos autem Patres, qui post P. Johannem Baptistam (de Monte) sequuntur,

---

[1] V-G, Kuchinotsu, 10. Dec. 1579, Orig., hisp., *J. 8 I* 244/7.
V-Aq., Arima, 1 Sept. 1580, Orig., hisp., *J. 8 II* 293/4.
V - initium epistolae (postea deletae) ad ignotum quendam, *J. 8 II* 294v.
V-G, Funai, 13. Nov., 1580, Orig., hisp., 1a vía, *J. 8 II* 305/6v; id., 2a vía, Orig., hisp., *J. 8 II* 307/8v.

[2] Cf. Josef Franz Schütte S. J., *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan*, I. Band, I. Teil (Roma 1951), 43.

[3] Cf. ibidem, pag. XXXIV, nr. 62-68.

aliqua ratio habita esse videtur annorum in Japonia peractorum. Fratres vero primum Europaei ponuntur, dein Japonenses, porro inter Europaeos primum Fratres Scholastici, dein Coadjutores Temporales (ordo iste non in omnibus servatur!); inter Fratres quoque annorum, quos singuli in Japonia peregerant, ratio habita est.

Majoris tamen momenti quam ordo nominum est id, quod de singulis edicitur. Plerumque de Patribus plenior informatio, de Fratribus brevior notitia datur. De Patribus (post uniuscujusque nomen) ea tractantur quae sequuntur: Natio, aetas, anni Societatis, ultima vota, vires, seu complexio corporis, anni in Japonia peracti, cognitio linguae japonicae, residentiae locus. Aliquando etiam munus seu officium additur.

Jure quaeritur, unde Visitator, vel is, qui ejus nomine Catalogum composuit, notitias de singulis sociis hauserit. Quarum informationum pars aliqua praesentem tunc rerum statum indicabat: ut puta virium corporalium salutisque statum, necnon linguae japonicae cognitionem (rem summi momenti!): quae notitiae e praeteritis Catalogis hauriri *non* poterant. Neque credendum est Visitatorem, qui multos socios in Japonia degentes nondum viderat, quique japonicae linguae fere ignarus de aliorum in eodem sermone peritia ipse satis judicare vix poterat, informationes istas per se ipsum efformavisse; sed e litteris potius, de variis Japoniae partibus tunc acceptis, et e colloquiis cum Patribus Fratribusque, quos in inferiori Japoniae regione (Shimo) statim obvios habuit, maxime cum P. Francisco Cabral, totius Japonicae Missionis Superiore, ejusmodi informationes obtinere potuit. Vel etiam P. Franciscus Cabral pro Visitatore Catalogum conficere potuit; quod certis argumentis excludi vix potest.

In Catalogo isto multorum sociorum vel aetas, vel anni Societatis, vel tempus in Japonia peractum, sat incerto (parum accurato) modo indicatur. Cujus rei ratio haec esse videtur: auctorem scl. Catalogi informationes anteriores prae manibus habuisse, vel in forma Catalogi (vel Catalogorum), vel etiam alias, que tamen accurata istarum rerum notitia destituebantur. Quapropter eum, qui isto Catalogo utitur, ejusmodi defectum probe scire oportet, ne quid falsi ex illo inferat. Nam informationes in eo datae magis quam aliorum Catalogorum informationes dubiis laborant.

Textus

Goa 24 I ff. 126-27v

†

Cathálago de los Padres y Hermanos que están en el Japón en el miez de Deziembro en el año de 1579.

El P.e Visitador.

1º. El P.e Lorenço Mexía, Compañero del P.e Visitador, y el Hermano Oliverio.

2º. El P.e Francisco Cabral, que es Superior del Japón universal, de nación Portugés, de cincoenta años de edad y veinte y seis de la Compañía, Professo de quatro votos, de su natural bien complecionado y fuerte, aunque es trabajado de algunas enfermedades que lo hazen muchas veces mal dispuesto; ha diez años que está en Japón, y sabe ya la lengoa mediocremente.

3º. El P.e Gaspar Coello, Portugés, de cincoenta años, Superior de las Residencias del Ximo que están de Bungo para quá, Professo de tres votos, de buena compleción y sano, aunque pequeño y magro y flaco del estómago, y ha cerca veinte años que es de la Compañía, ha nueve años que está en Japón, mas non sabe la lengoa, aunque entiende muchas cosas.

4º. El P.e Luis Fróis es de quarenta y ocho años y de cerca treinta de la Compañía, y es Superior de las Residencias de Bungo. Es de bueno calete, aunque tiene algunas enfermedades y es quebrado. Ha dezaseis o dezisiete años que está en el Japón, y sabe muy bien la lengoa.

5º. El P.e Organtino, Italiano, de cerca quarenta y cinco años y de cerca veinte de la Compañía, Professo de tres votos, y bien complecionado, y ha diez años que está en el Japón, y sabe la lengoa mediocremente, y está por Superior de las Residencias del Meaco.

6º. El P.e Belchior de Figueiredo, Portugés, nacido en la India, de cincoenta años y de mais de veinte de la Compañía, cargado y mal dispuesto. Ha cerca quinze años que está en el Japón, y sabe muy bien la lengoa. Está en Funay.

7º. El P.e Bastião Gonçálvez, Portugés, de cerca quarenta y cinco años y de más de veinte de la Compañía, Professo de tres votos, bien dispuesto. Ha nueve años que está en el Japón, y sabe bien la lengoa para hablar y confessar. Está en la Residencia de Firando.

8º. El P.e Baltesar López, Portugés, de quarenta y cinco años y de dizisiete de la Compañía, bien dispuesto, y ha diez años que está en el Japón, y confessa en la lengoa, y está en Cochinocçu.

9º. El P.e João Baptista, Italiano, de cincoenta años, de más de veinte y cinco de la Compañía, muy pesado y cargado de carnes, aunque bien dispuesto, y ha cerca deziocho años que está en el Japón y sabe mediocremente la lengoa. Está en la Residencia de Amaquça.

X. El P.e João Francisco, de cerca quarenta años y de dezisiete o dezyocho de la Compañía, no muy bien dispuesto. Ha seis años que está en el Japón, y confessa en la lengoa. Está en la Casa del Meaco.

XI. El P.e Chrystóvão de León, Castellano, cerca treinta y dos años y de diez o onze de la Compañía, muy bien dispuesto, y de tres años del Japón, y confessa ya en la lengoa, y está en la Residencia de Nangasaque. / 126v

XII. El P.e Alonso González, de treinta y quatro años o treinta y cinco, Castellano, y de onze o doze de la Compañía, y bien complecionado, de tres años del Japón y ya confessa en la lengoa, y está en la Residencia de Amaquça.

XIII. El P.e Antonio López, Portugés, de treinta y quatro años y de catorze de la Compañía, bien dispuesto, y de tres años del Japón, y que sabe mejor de los otros dos la lengoa. Está en la Residencia de Fondo.

XIIII. El P.e Pero Ramón, Castellano, de treinta y dos años, y de diez de la Compañía, bien dispuesto, y de dos años del Japón. Va sabiendo alguna cosa de la lengoa, y está en la Casa de Funay en Bungo.

XV. El P.e Baltesar López, el Pequeño, de cerca treinta años y de más de treze de la Compañía, bien dispuesto, y de dos años del Japón, aunque aprenderá la lengoa muy tarde, y está en la Residencia de Firando.

XVI. El P.e Belchior de Mora, Castellano, de treinta y dos o treinta y tres años, y de diez de la Compañía, muy bien dispuesto, y de dos años del Japón. Va sabiendo muy bien la lengoa, y estava en la ciudad de Facata y agora está en Nangasaque.

XVII. El P.e Gregorio de Séspedes, Castellano, de veinte y siete o veinte y ocho años, y de diez o onze de la Compañía, muy bien dispuesto, y de dos años del Japón, y va bien aprendendo la lengoa, tanto que ya comiença a confessar. Está en el Meaco.

XVIII. El P.e Gonçalo Rabelo, Portugés, muy bien dispuesto, de treinta años y de cerca doze de la Compañía, de dos años del

42 João] *seq.* Frco *del.*; Baptista *sup. lin.* || 53-54 Residencia] hoc verbum partim eccidit

Japón, aprende la lengoa y es ministro de la Casa de Ussuqui en Bungo.

XVIIII. El P.e Antonino, Italiano, de treinta y tres años y de doze o treze de la Compañía, bien dispuesto, y de hun año del Japón, va aprendendo la lengoa, y está agora en la Casa de Ussuqui.

XX. El P.e Joseph Furlaneti, de cerca treinta años y de diez de la Compañía, Italiano, y bien dispuesto, y va aprendendo la lengoa, y está en la Residencia de Cury.

XXI. El P.e Affonso de Lucena, de veinte y siete años y de doze o treze de la Compañía, Portugés, bien dispuesto, de hun año del Japón, va aprendendo la lengoa, y está en la Residencia de Omura.

XXII. El P.e Julio Piani, de treinta y tres años, y de dezisiete de la Compañía, Italiano, y bien dispuesto, y de hun año del Japón, va aprendendo la lengoa, y está agora en la Residencia de Cochinocçu.

XXIII. El Her. Luys d'Almeida, de cincoenta y cinco años, y de veinte o veinte y dos de la Compañía, y de otros tantos del Japón, Portugés, y corriente en la lengoa del Japón, aunque no muy polita. Está agora en Cochinocçu.

XXIIII. El Her. Aries Sanches, de cincoenta años y de dezisiete del Japón y de la Compañía, sabe muy bien la lengoa, y está agora en Cochinocçu.

XXV. El Her. Migel Vaz, natural de la India, de cerca quarenta años, y de catorze o quinze del Japón, y de diez de la Compañía, bien corriente en la lengoa, aunque no muy polita. Está agora en Cochinocçu.

[XXVI]. El Her. Guillerme, Portugés, de cerca treinta y tres años, y de catorze del Japón, sabe muy bien la lengoa, aunque habla muy devagar, de su natural algun tanto flaco, y está agora en las tierras de Don Bertholameu.

[XX]VII. El Her. Laguna y
[XX]VIII. El Her. Carrión
Castellanos, ambos de veinte y siete años en circa y de nueve de la Compañía, bien dispuestos, y de dos años del Japón, saben ya la lengoa de manera que podrían confessar, y están agora en Cochinocçu.

[XX]VIIII. El Her. Álvaro Díaz, Portugés, nacido en la India

[XXX]. El Her. André Doria, Portugés, nacido en la China / 127

Son todos de veinte hasta veinte y cinco años, y de dos, tres, quatro de la Com-

108-118 numerus XXVI ex toto, ceteri numeri usque ad XXX incl. ex parte eciderunt

31. El Her. Chrystóvan Morera, Portugés
32. El Her. Migel Soares, Portugés
33. El Her. Manoel Borrallo, Portugés
34. El Her. Amador de Góis, Portugés, nacido en la India
35. El Her. Gaspar Martins, Portugés
36. El Her. Joan de Milano, Portugés, nacido en la India
37. El Her. Pero Coello, Portugés

pañía, y de huno o dos del Japón, y están todos aprendendo la lengoa en la casa de Ussuque en Bungo, y nadie sabe más que hun poco de gramática que van agora aprendiendo.

38. El Her. Diego de Misquita
39. El Her. Simeon d'Almeida

El primero de veinte y quatro y el otro de veinte años, y de cinco de la Compañía, Portugeses, y de dos años del Japón, aprenden muy bien la lengoa y están en la Casa del Meaco, y no saben más que gramática.

40. El Her. Ambrosio de Bairros, Portugés, nacido en la India, de cinco años del Japón y de tres de la Compañía, es muy corriente en la lengoa, aunque no muy polita, y de veinte y siete o de veinte y ocho años, y está en la Residencia de Cochinoççu.

41. El Her. Bartholomeo Redondo, Mallorquino, de treinta y tres años y de ocho o nueve de la Compañía, y de dos del Japón. Está en la Residencia de Fondo.

42. El Her. Joan de Crasto, Portugés, de más de quareñta y cinco años, y de dos de la Compañía. Está en la Casa de Funay.

43. El Her. Domingos Fernández, Portugés, de treinta años en circa, y de tres de la Compañía. Está en la Casa de Ussuqui.

44. El Her. Diego Perera, Portugés, nacido en la India, de veinte ocho años y de cinco de la Compañía. Está en el Meaco.

45. El Her. Joan Bernárdez, Portugés, y de dos años del Japón, y que este año se recebió en la Compañía. Está en la Residencia de Amaquça, ado esteve dos años en buena probación, y es de veinte quatro o de veinte cinco años.

46. El Her. Ambrosio Fernández, de treinta años, Portugés, y muy bien dispuesto, y de dos años del Japón, y este se rrecibió en la Compañía. Está en la Residencia de Nangasaque, ado hizo dos años buena probacion.

---

135 39] *vid. corr. ex* 38 || 150 mas] *seq.* de *sup. lin.* || 158 ado] *vid. corr. ex* do || 159 cinco] *sup. lin.; antea* seis *del.*

47. El Her. Lourenço, Japón, de cincoenta años, y muy insigne predicator, aunque no sabe hablar ninguna cosa en portugés ni en latín, sino en japón, y ha mas de veinte años que es de la Compañía. Está en el Meaco.

48. El Her. Joan, Japón, de veinte ocho o veinte nueve años, y ha diez o onze que es de la Compañía. Habla muy bien portugés y prédica muy bien en Japón. Está agora en Cochinocçu.

49. El Her. Damián, de cerca treinta y cinco años, y de onze o doze de la Compañía, Japón, y bueno predicator. Está agora en Funay.

50. El Her. Cosmo, Japón, de treinta y mas años.

51. El Her. Roque, de treinta años.

52. El Her. Paulo, de veinte y cinco o veinte y seis años.

53. El Her. Mathías, de otros tantos.

Todos estos siete son Jappones, y los quatro de 3 años de la Compañía, y son los nuestros predicatores, aunque ninguno dellos ni entienden ny saben hablar en otra lengua que en jappona, sino es el Her. Joan que habla y lee y escrive muy bien en portugés. / 127v

De manera que por to[do]s somos cincoenta y cinco, y allén destes están ocho o diez divididos en diversas Residencias, como en previa probación, deseando de entrar en la Compañia, de los quales parte son Portugeses y parte Jappones.

Cathálogo de los Padres y Hermanos del Japón. 2ª via.

19A

P. PETRUS GÓMEZ, MACAO, AD GENERALEM
25. OCT. 1581

Introductio

1. Documentum, quod hoc loco inserimus, est velut Catalogus I. Domus Macaensis, quem P. Petrus Gómez composuit: qui die 24. Julii (cf. Doc. 31A) 1581 cum aliquot sociis ad portum Macaensem appulit, Domumque Societatis nomine Provincialis Indici visitavit. Nihilominus haec epistola non ad solum Catalogum restringitur; nam prima parte relationem itineris auctoris, a Lusitania usque ad emporium Lusitanorum in Sinis, continet; et post Catalogum plura pertractat, quae Domum Macaensem, benefactorem Petrum Quintero, Patriarcham D. Belchiorem Carneiro attinent.

---

187 Cathálogo] : *al. manus add. sup. lin.:* 1o et 2o; *eadem manus add.* 1579

2. Tota epistola, lingua hispanica ,non raro verbis lusitanis mixta, composita, autographa est; etiam directio seu inscriptio epistolae manu ispius P. Petri Gómez facta est. Quae in volumine *J. 9 I* 51-53v exstat. Tria folia chartae europaeae, comprehendit, sed textus duobus foliis 51-52v absolvitur. Porro, fol. 53 vacat, fol. 53v inscriptionem portat. Ff. 51 et 52 antiqua numeratio etiam nunc conspicitur: f. 51 = 241; f. 52 = 240. Fol. 52 in marg. infer. manus antiqua notavit: « 81. Macao. Gómez ». Fol. 53v manu secretarii Romani: « China 81/ P. Po Gómez, 25 de Octubre 1581 / 4 4 / Visita y relación de la Casa de Macao. / Restituatur ». « M ». Eodem fol. 53v vestigium sigilli apparet. Epistola olim pluries plicata fuit.

3. Epistolam integram hic edimus.

Textus

Jap. Sin. 9 I, ff. 51r-53v

†
IHS

Muy Reverendo Padre Nuestro em Christo

Pax Christi.

Yo [1] partí de la Yndia el Abril passado de 81 para Japón [2] conforme a la orden que V. P. tiene dada [3], y no pude partir antes así por una indisposición que tuve en la Yndia, como por esperar por recado del P.e Visitador que está en Japón: porque, quando se fue, dexó orden al Provincial que no le embiase gente sino quando él la pidiese. Y porque este año de 81 no vinieron sus cartas de Japón, porque se perdió la Nao en que venían [4], me embió el P.e Pro-

---

[1] De itinere P. Petri Gómez e Lusitania usque ad portum Macaensem exstant aliae duae epistolae autographae ipsius: Petrus Gómez ad Gen., Macao, 11. Dec. 1582, hisp., *J. 9 I* 108-109v: qua etiam de naufragio in primo itinere japonico (1582) agit.

Petrus Gómez ad Gen., Bungo, 12. Nov. 1583, hisp., *J. 9 II* 179-181v: ubi auctor praeterea de primo et altero itinere japonico (1582: de naufragio in insula Formosa <Hermosa> et de regressu ad portum Macaensem; 1583: de itinere et de adventu in Japoniam) tractat.

Plura de ejus itineribus vid. in *Doc. 31 A* (Pírez, Pontos); de biographia P. Petri Gómez vid. ib., Adnot. 2.

[2] Goã profectus est cum sociis die 28. Aprilis 1581: *Doc. 31 A,* fol. 1. — Ita etiam *in textu ibi adjuncto* A, f. 21.

[3] Etiam epistolae autographae Adnot. 1 jussionem Praepositi Generalis expressis verbis commemorant.

[4] « Il primo anno [1579] scrissi con una Nave che partì di questo porto de Cina [Macao], la quale, posta in grande periculo di perderse per grande

vincial, porque tenía escrúpulo de me detener tanto en la Yndia contra el recado de V. P., y dió-me solo hun Hermano por compañero [5], porque no se atrevió a embiar más gente sin ver recado del P.e Visitador. De Goa hasta Malaca, que serán setecientas leguas, tuvimos muy próspera viagen, porque con viento a popa acabámos nuestro camino en 27 días [6]. Y puesto que una Nao grande que venía tres o quatro días delante de nos se perdió con mucha hazienda, por hun tiempo fuerte que tuvieron, fue nuestro Señor servido que nos no sintiésemos tal tiempo, antes mucha bonança, lo que yo atrebuyo a la vírtud de la santa obediencia, por la qual nos embarcamos y desembarcamos en estas partes, y como esperimentado afirmo a V. P. que ninguna cosa tanto me consuela en estas enbarcaciones como ella.

En Malaca estuvimos 20 días, consolándonos con los Padres y Hermanos que aý están, y con dos Padres que aý llegaron de la India para Maluco el mesmo día que nos llegamos, lo que no poco nos acrecentó la consolación. Visité aquel colegio por ordem del Padre Provincial, y de aý le mandé por escrito lo que de la Visitación se me ofreció. Aý ví por experiencia quán acertada fue una memoria que vino a la Yndia de Roma, creo que de V. P., que trabajassen los Padres por no confessar los capitanes en quanto sirven sus capitanías, porque cometen muchas injusticias e cruezas, y en público escúsanse que lo que hazen todo va registrado por los Padres [7]. Y porque hallé mucho desto en Malaca fue necesario dexar por memoria al Rector que no se confesse en casa el capitán presente [8] (que en los que an de venir no me entremeto), lo que él sintió mucho por amor del pueblo, el qual por el mesmo caso se edificó mucho. De todo escreví largo al P.e Provincial desde Malaca.

Partímos de Malaca para la China, que serán seiscientas y tantas legoas, y truximos buena viagen porque en 37 días llegá-

---

tempesta che hebbe, apena potette ritornare al medesimo porto in termino d'un anno. Dopo, nel'altro anno seguente [1580], partì un altra Nave, e nella costa de Coccincina diede in secco, e si fè in pezzi, perdendose le facende e tutti li passagieri che levava »: ita « Miguel Rogerio », « Da questo porto di Cina chiamato di Jesù. agli XII de Novembro 1581 », ad Gen., ital. autogr., *J.9 I* 58 (58-61v). P. Petrus Gómez sine dubio de hac altera Navi loquitur, quae fere mense Martio, vel Aprili, 1581 Goam advenire debuisset.

5 Franciscus Pírez: cujus relationem habes in *Doc. 31 A* fol. 1.

6 *Doc. 31 A*: « Chegamos a Malaca em 28 dias », fol. 1; item ib. *in Doc. adjuncto A*, fol. 21.

7 De non audiendis eorum confessionibus vid. explicationem Visitatoris P. Alexandri Valignano, in sua epistola ad Assistentem Lusitanum, P. Petrum Fonseca, Chorão, 6. Nov. 1576, Orig., ital., 3a via *J.8 I* 49 (45-50v).

8 « Capitão Mor » civitatis Malaca tunc erat João da Gama: de quo vid. COUTO, *Decada Decima*, X, Livro II, Cap. 1 (ed. Lisboa 1788, pp. 149-151).

mos a esta ciudad de Macao[9], que es puerto de la China en que moran los Portugueses. Consoléme muito en esta casa, porque, puesto que son pocos, son todos hijos de la Compañía, y bive[n] con tanto amor y charidade, y edifficación del próximo, que confiesso a V. P. que, [51v] visitando esta casa de parte del P.e Provincial, no halhé faltas de que los poder avisar, porque los que davan algún trabajo eran embiados para la India. Hallé en esta casa 4 Padres y un Hermano, scilicet, el P.e Domingos Álvarez, el P. Miguel Rugerio, el P. Fernán Martinz, el P.e André Pinto y el Hermano Antonio Páez.

El P.e Rector, que es Domingos Álvarez, es Portugués, de 46 años y ha 26 que está en la Compañía, es theólogo y Coadjutor spiritual, es muy virtuoso, y puesto que para casa de mais gente es demasiadamente blando para governar, todavía aquí siéntese esso poco, porque los súbditos son pocos y sacerdotes virtuosos. Es verdad que tiene la salud tan estragada, que parece necesario mudarlo de aquí para la India, porque tiene la cabeça perdida, en la qual le dieron cinco botones de fuego sen le aprovechar; y los fríos desta tierra le hazen mucho enojo, que son como los de Portugal. No tiene piés, porque le da algunas vezes la gota en ellos, y por esso o por su mucha flaqueza quasi que los no puede levantar del suelo, sino que los trae a rastro. Yo no dudara de mandarlo para la India al P.e Provincial, según la comisión que me dió, porque allá estos Padres de confiança sirven mucho, aunque sean flacos, en las iglesias que tenemos, mas no lo mando porque espero con el favor divino que antes de tres meses vendrá de Japón aquí el P.e Visitador[10] y él hará mejor esta mudança, y así lo escrivo al P.e Provincial.

El P.e Miguel Rugerio[11], Napolitano, que V. P. mandó a la India, está aquí de asiento, por orden del P. Visitador, desocupado de todos los negocios para que todo se dé a aprender las letras y lengua de la China. Está bien dispuesto como quando de allá vino, procede con mucha edificación y da el exemplo que dél se espera; está aprovechado en la lengua, sabe já, según me dixo, algunas doze mil letras, porque los chinas tienen algunas ochenta mil. Es conocido de los mandarines que son los governadores da China,

---

[9] Ad portum Macaensem die 24. Julii 1581 appulerunt: vid. *Doc. 31 A*, fol. 1.

[10] Visitator P. Alexander Valignano, die 20. Februarii 1582 e portu Nagasaki profectus, die 9. Martii 1582 Macaum advenit: vid. *Introductio* p. 1025.

[11] Michele Ruggieri (« Miguel Rogerio ») de se ipso ad Gen., Macao, 12. Nov. 1581, autogr., ital., 1a via, *J.9 I* 58-61v. — Id. ad Gen., « Sciauchin », 7. Febr. 1583, Orig., ital., *J.9 I* 137-141v.

porque saben que se ocupa en sus letras. Hízose en un[a] canto del sitio deste collegio huna casa con sus celdas para los chinas catecúmenos, y en esta casa posa el P.e Rugerio con algunos chinas que se hazen christianos, y a todos se da de comer de lemosna. Esperamos en nuestro Señor que lo tomará por instrumento para esta conversión tan deseada de la China, la qual se se comiença afirmo a V. P. que en parte a de hazer olvidar a Japón. O P.e Rugerio y yo, estos meses que aquí estó, nos ocupamos em hazer huma breve historia del principio del mundo, que sirva juntamente de doutrina christiana por modo de diálogo para trasladarlha em lengoa de China, a qual alvoroça muito al P.e Rugerio, porque le parece que Dios se ha mucho de servir della[12].

[52r El P.e Fernán Martínez es Portugués, puesto que se crió desde niño en la Yndia, es de 38 años y a 15 que está en la Compañía, sabe algunos casos de conciencia, confiessa y es Prefecto de la iglesia. Es honbre manso y quieto, es poco activo y corrido, y si tuviera más uso de las cosas espirituales, creo que pudiera ser Superior en casa pequeña con edificación.

El P.e André Pinto também es Portugués, mas criado acá en la India, es de 45 años y a 26 que está en la Compañía, es procurador del Japón y parece que está bien ocupado su talento, haze con mucho zelo y charidad este oficio, y ajuda muito al Japón, porque es cá muy conocido, y házenle muchas limosnas; procede con mucha edificación.

El P.e Francisco de Chaves, que yo truxe de Malaca comigo para leer en la escuela de los niños, que no avía quien leyese; esperamos que el P.e Provincial mande un Hermano para la escuela, y el P.e Chaves se ocupará en confessar que es bien necessario. Este Padre es natural de la India, hijo de Portugués. Es bien dispuesto, fiel y seguro, sabe algunos casos de conciencia.

El Hermano Antonio Páez es Coadjutor Temporal, es de 46 años e a 16 que está na Compañía, es muy virtuoso y tiene cuidado [d]esta casa.

Esta casa tiene de ordinario seis o siete personas, y como los que vienen de la India para Japón están aquí quasi onze meses primero que partan[13], y los que vienen de Japón a tomar órdenes están aquí ocho meses antes que tornen[14], esta casa, contando tam-

a) un] u *corr. ex* h

[12] Vid. de illo opere RICCI-D'ELIA, vol. I, 197-198, Adnot. 2, et 198, Adnot. 1.

[13] De temporibus navigationi opportunis in Asia vid. opud nostrum *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan, vol. I, 1* (Roma 1951), pp. 126-127.

[14] Ibid., pp. 128 et 127. Auctor epistolae profectionem e Japonia autumno factam supponit; nam si ordinandi mense Februario vel Martio e Japonia

bién los huéspedes, tiene quasi sienpre diez o doze de la Compañía, y para esto no tiene renta ninguna; vive de limosnas, las quales cada vez van más enflaqueciendo, porque se gastan cada ano mil ducados. Escrivo al P.e Provincial que, si pareciere bien a Su Reverencia[b], pida al Viso-Rei de la India alguna sustentación para esta casa, porque así como la dieron para la casa de Damán y para la de Malaca, la dará para esta, pues tanto inporta para la conservación desta ciudad, y el Viso-Rey puédela dar o en una alfándiga del Rey, o dar alguna aldea de la India que renda para esta casa. Yo trataré esto quiriendo Dios con el P.e Visitador quando viniere, mas se a V. P. parece bien, ajudaría mucho una carta al P.e Provincial que lo aplicase a esso.

Las necesidades que Japón padece no escrivo a V. P., porque me remito a lo que el P.e Visitador escrivirá o de palabra contará a V. P. E puesto que en la India tiene alguna esmola de renda, para essa lhegar acá es necessaria una obediencia de V. P. que no se toque sen su licencia en la renda de Japón, se no que la manden toda, porque, a no aver esto, Japón [pa][c]decerá mucho como até agora a padecido, y soy testigo de vista desto [52v], después que llegué a la India.

En esta ciudad mora hun honbre muy benemérito nuestro ha muchos años, e llámase Pero Quintero[15], del qual me dizen que escrevió a V. P. el P.e Visitador; posa pegado con esta casa, e así se manda por las cosas a su casa como a nuestra despensa. Es mui virtuoso e exemplar e, con ser de 60 años, tiene extraordinario deseo de ser sacerdote, e nesta materia le tienen los Padres hecho muchas pruevas e nada le tira el deseo. Agora me pidió mucho que pidiese a V. P. lle alcançasen licencia, vista su edad e flaca indisposición, para después que tomar ordens sacras não rezar senão el officio de tres liciones. Também pedía licencia para que con algún mediocre latín, inda que não fosse tam exacto como o santo Concilio pede, se poder ordenar, mas esto 2º. parece que se pode escusar. Pidió esto con tanta instancia que a persona tam benemérita parece que se le não podía negar, por esso lo escrivo a V. P. para que vea lo que le pareciere más servicio de Dios, porque se le parece que allá se não pida esto, con no venir la respuesta nos daremos por satisfeitos, e se le parece que se pida lo privilegio, hágase como a V. P. pareciere.

---

b) Reverencia] *seq.* de *del.* c) padecerá] pa *postea in marg. ab ipso auctore addit.*

---

abibant, et, Julio sequenti e portu Macaensi egressi, in Japoniam redibant, vix per quatuor vel quinque menses in Domo Macaensi retinebantur.

[15] De Petro Quintero vid. opus nostrum *Introductio* p. 381 797-798 165 cum Adnotationibus.

El P.e Patriarca Don Belchior Carnero[16] está recogido en este colegio después que alargó la serventía deste bispado. Está muy enfermo e, como es de 66 años, la mesma edad trae consigo alguna aspereza en la condición, lo que creo que escrivirá más largo el P. Visitador, como quien tiene dél más experiencia que yo. Digo esto porque, se a de ser Superior en la casa donde estuviere, dará trabajo la condición. Todavía yo le dixe de parte del P.e Provincial que Su Señoría aceitase o cuidado como el P. General mandava, y que no tuviese el trabajo de la casa, sino sola superintendencia sobre los Superiores, que esto pretendía el P.e General. Él me respondió que V. P. cometía isto al P.e Visitador, e por esta causa no aceitó cargo até agora, mas en casa todos le tenemos el respecto devido como a Bispo e pay na idade e religião. E creo que acabará nesta casa porque aquí dize que se halha menos mal que en toda la Yndia. La mesma idade le haze mudar los propósitos, porque ora diz que quer yr a morir a Japón, ora diz que quer yr a morir entre los Chinas, ora que quere yr a Roma, porque no dispensaron en el patriarcado, etc.; mas creo que no saldrá de aquí. — Dios nuestro Señor nos conserve por muchos años a V. P. para su santo servicio y consolación nuestra. En la santa bendición de V. P. mucho me encomiendo.

De Macao 25 de Oytubre 1581.

De V. P. hijo indignissimo em el Señor,

† Pero Gómez.

Inscriptio [53v:] † A nuestro muy Reverendo Padre em Christo, el P.e Everardo Mercuriano, General da Companhia de Jesus em Roma.

---

[16] D. Belchior Carneiro: vid. de eo Doc. 31 A, cum Adnotationibus 12 et 13 ad textum. Qui die 19. Augusti 1583 Macai piissime obiit: ib., Adnot. 13.

20

CATALOGUS BREVIS VICEPROVINCIAE JAPONICAE

20. Decembris 1581

Unum quod novimus exemplar istius Catalogi in volumine principali Catalogorum Japoniae, *J.25* 1/2v, invenitur. Duobus foliis chartae europaeae constat, formae non omnino regularis, sed c. 29,5 cm. altitudinis, c. 20,5 cm. latitudinis. Utrumque folium nunc seta coopertum est, sed adhuc optime conservatum. Una manu, uno subfusco atramento, lingua lusitana totus Catalogus exaratus, omnisque pagina in duas columnas divisa est: ita tamen, ut alterius folii (recti) dextera columna vacet, et a tergo ejusdem — lingua hispanica — titulus et destinatio tantummodo, alia manu scripta sint. Singulorum sociorum nominibus numeri non apponuntur, sed parva cuique crux praefigitur. Olim Catalogus plicatus fuit.

Manuscriptum, tum quoad formam, qua exstat, tum quoad res in eo contentas, non levibus gravabatur difficultatibus, quas quidem maxima ex parte, attentiore studio et aliunde haustis notitiis, superare licuit; ad quas tamen eos, qui Catalogo nunc utuntur, advertere oportet, ne erroribus locus detur.

Ac primum quidem, omissis interim, quae in titulo (pagina 1a) alia manu correcta sunt, quaeque in folio 2v adjuncta inveniuntur, totus Catalogus eādem manu descriptus est. Catalogum referre statum domorum et personarum Societatis Jesu in Japonia constitutarum die 20. Januarii 1582 ex titulo nondum correcto colligitur. Post singulas domos, omniumque domorum et personarum in Japonia tunc existentium summam, elenchus eorum sequitur, qui in Macaensi domo transeundi in Japoniam tempus opportunum exspectabant. E quibus P. Petrus Gómez, mense Aprili 1581 ex India profectus, mense Julio ejusdem anni Macaum advenerat [1]; die 6. Julii 1582 e portu Macaensi solvit, ut in Japoniam sese transferret [2], sed naufragio ad quandam insulam dejectus, tandem, post tres fere menses, circa diem 7. Octobris 1582 Macaensem portum denuo tenuit [3]. Socii infelicis itineris fuere P. Alphonsus Sánchez et duo neopresbyteri, qui cum Visitatore P. Alexandro Valignano e Japonia Macaum, ubi sacris ordinibus initiarentur, venerant: P. Christophorus Moreira et P. Alvarus Dias, et frater unus [4]. P. Franciscus Pasio, die 26. Aprilis 1582 e portu Goano iter aggressus [5], die 7. Augusti 1582 Macaum advenit [6], una cum [septem?] aliis de

---

1 Petrus Gómez Generali, Macao, 11. Dec. 1582, hisp., autogr., *J.9 I* 108.

2 Ibidem.

3 Ibidem, f. 108v.

4 Ibidem, f. 108.

5 Franciscus Pasio — Generali, Malacca, 22. Jun. 1582, ital., autogr., 1a via, *Goa 13 I* 122.

6 Idem — eidem, Macao, 15. Dec. 1582, ital., autogr., *J.9 I* 112/3v.

Societate [7], inter quos P. Georgius de Carvalhal [8], P. Damianus Marín [9], Fr. Johannes Cola et Fr. Johannes Gerardino [10], qui omnes ad Missionem Japonicam destinati erant, necnon P. Matthaeus Ricci [11] pro Sinis.

E quorum numero *P. Georgius de Carvalhal* praesentem Catalogum *sua manu* descripsit, ut e comparatione epistolarum ejus autographarum constat [12]. *Ubi,* si quaeras, utique *Macai.* Nam e Japonia Macaum delatus est Catalogus iste a Visitatore, qui mense Martio 1582 eo advenit [13]; cumque naves, quae, illo regresso, eodem anno in Indiam solverent, praesto non essent, ipse Visitator epistolas aliaque scripta secum tulit, quando ultimo die anni 1582 e Macaensi portu in Indiam profectus est [14]. Unde fit, ut P. Georgius de Carvalhal, mense Augusto 1582 Macaum advectus, ante finem anni 1582 [15] Catalogum descripserit [16]. Sed tempus transcriptionis Catalogi etiam magis restringi potest: nam in isto Catalogo, P. Petrum Gómez Macai opportunum navigandi in Japoniam ventum exspectare legimus: P. Gómez autem, a die 6. Julii 1582 usque ad ineuntem Octobrem ejusdem anni absens, nonnisi circa diem 7. Octobris, ut supra diximus, Macaum rediit. Ante diem 7. Octobris, P. Carvalhal in Catalogo vix ita scribere potuit: nam cum ipse Macaum adveniret, P. Petrus Gómez, in Japoniam transiturus, jam erat profectus. Neque Catalogum istum, eã qua exstat forma, post discessum Visitatoris e Macaensi portu (31. Decembris 1582, cf. supra) descriptum esse censemus; quem potius a Visitatore una cum aliis documentis et epistolis in Indiam delatum indeque Romam missum esse opinamur. In Macaensi Domo alia manus, variis ejusdem temporis documentis, quo mittenda essent, inscripsit: in praesenti quoque Catalogo simili modo id notavit: nempe eundem ad Praepositum Generalem Societatis Jesu destinari [17]. Sequenti anno, die 19. Februarii 1583, P. Franciscus Ca-

---

[7] Ibidem.

[8] Sabatinus de Ursis, Relação da morte do Padre Matteus Ricio, Peking, 20. Aprilis 1611, portug., Orig., *J. 113,* 122.

[9] Petrus Gómez - Alexandro Valignano, Usuki, 2. Nov. 1583, portug., autogr., *J.9 II* 177. Vgl. *J.25,* 2v.

[10] Ibidem (utroque loco); praeterea Franciscus Pasio-Generali, Malacca, 22. Jun. 1582, ital., autogr., 1a via, *Goa 13 I* 122.

[11] Franciscus Pasio - Generali, Macao, 15. Dec. 1582, ital., autogr., *J. 9 I* 112.

[12] E. g. Georgius de Carvalhal - Generali, Goa, 4. id. Nov. 1581, lat., autogr., *Goa 47,* 201/2v.

[13] Videatur Schütte, *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan I, 1* p. 5[3], 44. Cf. *De Missione Legatorum Iaponensium ... Dialogus* (In Macaensi portu, 1590), 13.

[14] Cf. Schütte, *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan I, 1* p. 44.

[15] *J. 113,* 122: vid. annot. 8.

[16] Petrus Gómez - Generali, Bungo 2. (12.?) Nov. 1583, hisp., autogr., *J. 9 II* 179, simul cum alia epistola: Petrus Gómez - Alexandro Valignano, Usuki, 2. Nov. 1583, portug., autogr., *J. 9 II* 177.

[17] 'Para nuestro Padre General': *J. 25,* 2v; cf. inscriptionem adjectam epistolae originali Alexandri Valignano ad Generalem, Macao, 17. Decembris 1582, *J. 9 I* 123v.

bral in navi Antonii Garcés e Japonia solvit [18], ut jussu Visitatoris Domui Societatis Macaensi praeesset [19]. Cur, si post ejus adventum ad civitatem Macaensem Catalogus fuisset transscriptus, novi Superioris nominatio taceretur? Unde concludendum videtur praesentem *Catalogum intra 7. Octobris 1582* (reditum P. Petri Gómez) *et diem 31. Decembris 1582* (profectionem Visitatoris) *Macai a P. Georgio de Carvalhal descriptum esse.*

Compositio autem — salvis iis, quae ultimis mensibus anni 1583, tempore descriptionis istius exempli, Macai mutata sunt — vel mense Januario 1582 (ut prima lectio tituli habet) facta est, numero tamen Residentiarum nondum reducto, vel paulo antea, mense Decembri 1581, ut titulus correctus dicit [20]. Jam diu P. Franciscus Cabral, deposito munere Superioris totius Missionis Japonicae (Junio/Julio 1581 [21]) regionis Bungo Superior esse coeperat, et vertente anno 1581/1582 P. Gaspar Coelho Viceprovincialis titulum assumpserat [22]. Jam e Miyacensi itinere P. Alexander Valignano Visitator redierat; quem P. Ludovicus Fróis ad civitatem Nagasaki comitatus erat, ubi, Visitatore Macaum abeunte, remansit, ut Socii Viceprovincialis officio fungeretur [23].

At, descriptionis et compositionis temporibus ita circumscriptis non omnis quaestio evanuit. Cur Visitator, e Japonia jamjam profecturus, novum Catalogum, quo recentissimae mutationes notarentur, non composuit? Num forsitan eam ob causam, quia illae mutationes nondum omnes in effectum deductae erant, et quia ante profectionem e Japonia, brevissimo tempore, nimia erant scribenda? Nam Viceprovincialis curae id commendare poterat. — Cur praeterea praesens Catalogus e regione Bungo et ab ejus Superiore P. Francisco Cabral, non a Viceprovinciali ejusque Residentia Nagasakiensi, initium sumit? Non absque causa suspicamur *alium prae manibus fuisse Catalogum* (cum praesens Catalogus componeretur), *a P. Francisco Cabral,* qui in feudo Bungoensi residebat (quo tempore universae Missionis Japonicae Superior erat) *exaratum* ac postea, variis mutationibus adnotatis, in novam formam redactum. Quod quidem, cum testimoniis externis non comprobetur (quae desiderantur), pro certo asserere non possumus.

---

[18] 'Dos Superiores universaes que houve em Japão e quanto tempo governárão a Companhia': Ajuda 49-IV-56, Elenchus E.

[19] Ibidem; cf. Valignano - Generali, Macao, 17. Dec. 1582, Orig., ital., hisp., *J. 9 I* 122v/3; Petrus Gómez - Generali, Macao, 28. Jan. 1583, autogr., hisp., *J. 9 I* 131; Laurentius Mexia - Generali, Macao, 13. Febr. 1583, autogr., hisp., *J. 9 I* 147.

[20] *J. 25,* 1.

[21] Franciscus Cabral - Generali, Usuki, 3. Sept. 1581, Orig., portug., *J. 9 I* 20.

[22] Secundum praesentem Catalogum, ille jam munus Viceprovincialis exercet; sed, teste epistola, de qua in annotatione praecedenti (21), Gaspar Coelho die 3. Sept. 1581 officium quidem gerebat Superioris totius Missionis japonicae, sed nondum erat Viceprovincialis; pariter in epistola P. Gasparis Coelho ad Generalem, 13. Oct. 1581, e Japonia, Orig., portug., *J. 9 I* 44v, de Viceprovincialis munere nondum sermo est, sed de Superiore totius Missionis.

[23] Lud. Fróis - Generali Kuchinotsu, 5. Nov. 1582, Orig., portug., *J. 9 I* 94.

Textus

J. 25 1-2v

Ihs

Rol dos Collégios e Casas e dos Padres e Irmãos da Companhia que estão em Japão a 20 de Dezembro de 1581

Vay este rol como estavan las casas antes de la postrera anua.

No reino de Bungo
Na Casa de provaçã que está na cidade de Funay

O Padre Francisco Cabral, Superior das Residências de Bungo, Português
O P.e Pedro Remão, Reitor e Mestre dos noviços, Castilhano
O P.e Francisco de Laguna, Castilhano
O Ir. Gaspar Martins, Companheiro do Mestre, Portugês
O Ir. João de Crastro, sotoministro, Portugês
O Ir. Domingos Fernández, Coadjutor, Portugês
O Ir. André Dória, Portugês
O Ir. João de Torres, Japão, pregador

Noviços

Ir. João Bernardes	Portugeses
O Ir. Jerónymo Correa	
O Ir. Simão Gonçálvez	
Ir. Pedro Carrasco	
Ir. Francisco Dória	

---

3 *post* Japão *seq.* em *del.* ‖ 4 *nunc* Dezembro *sup. lin., in textu antea* Janeiro; *alia manu (cf. Introd. ad hunc Catalogum)* 1581 *corr. ex* 1582 ‖ 5 Vay ... anua *postea add., eadem manu ac verbum* Dezembro; *loco* de la postrera anua *1a le.* de la consulta *del.* ‖ 8 cidade *corr. ex* ea[sa] ‖ 11 Remão *corr. in Ramão ? post* mestre *seq.* castilh. *del. et sequenti linea denuo scriptum* ‖ 14 Martins *sup. litteram* n *signum abbreviationis; transcribens legebat Martines ?*

Ir. Lino
Ir. Simão
Ir. Lião de Tacata
Ir. Jião
Ir. Ignácio
Ir. Bélchior / *1 col. b*
} Japões

No mesmo reino de Búgo
No Collégio de S. Paulo que
está na cidade de Funay

O P.e Belchior de Figueiredo, Reitor, Portugês
O P.e Antonino, Mestre Jtaliano
O P.e Álvaro Díaz, Portugês
Ir. Manoel Borralho, sotoministro, Portugês
Ir. Jofo Paulo
Ir. Miguel
} Japões e pregadores
Ir. Miguel Soares
Ir. Pedro Coelho
Ir. Amador de Góis
Ir. João Rodríguez
Ir. Luís D'Abreu
} Portugeses estudantes

Na Casa de Residência
de Yu

O P.e Gonçalo Rabello, Portugês
O Ir. Mathias, Japão, pregador

Na Casa de Residência
de Noççu

O. P.e João Bautista, Italiano
O Ir. Fanca Lião, Japão, pregador

Nas partes de Meacò
No reino de Yamaxirò
Na cidade de Meacò

O. P.e João Francisco, Italiano, Superior / 1v
O Ir. Bertholameu Redondo, soto-
ministro, Castilhano
Ir. Cosme, Japão, pregador

---

41 *post* Jofo Paulo *seq. nova linea* Ir. Fanca Lion *hoc loco delet.* || 56 *post* Nas partes de Meaco *seq.* Na cidade de Meacò *hoc loco del et inffra denuo positum* || 61 *post* ministro *seq.* J[āpão] *corr. in* Castilhano

No reino de Vomi
Na cidade de Anzuchiyama, fortaleza de Nabunága

O P.e Organtino, Italiano, Superior de todas aquellas partes
O. P.e Carrião, Castilhano, ministro
O P.e Diogo de Misquita, Portugês
Ir. Simeão, Mestre do Seminário, Portugês
O Ir. Diogo Pereira, so[to]ministro, Portugês
O Ir. Lourenço } Japões e pregadores
O Ir. Vicente }

No reino de Sonocúni [= Tsunokuni]

O P.e Joseph Furlanete, Italiano
Ir. Jerónymo Vaz, Portugês

No reino de Vacay

O P.e Gregório de Céspedes, Castilhano
O Ir. Paulo, Japão, pregador

Na partes do Ximo
No reino de Figen
No Seminário de Árima

O P.e Melchior de Moura, Reitor, Castilhano
O P.e Christóvão de Moreira, Portugês
O Ir. João de Milão, mestre do Seminário
O Ir. Ambrósio da Cruz sotoministro, Portugês
O Ir. Jorge, Japão / *1v col. b*

Na mesmas terras de Árima
Na fortaleza de Árie

P.e Alonso González, Castilhano, Superior
O Ir. António Álvarez, Portugês
Ir. Roque, Japão, e pregador

69 Diogo *corr., prob. ex* João

Nas mesmas terras
No porto de Cochinóççu

O P.e Balthesar López, o Grande, Portugês, Superior
O Ir. Guilhelme, Portugês

Nas terras de Dom Bertholameu
Na fortaleza de Omura

O P.e Lucena, Portugês, Superior
O Ir. Francisco Fernández, Portugês

Na fortaleza de Curi

O P.e Christóvão Lião, Castilhano
O. Ir. Nicolao, Japão

No porto de Nágasaqui

O P.e Gaspar Coelho, Viceprovincial de Japão, Portugês
O P.e Luís Fróes, seu Companheiro, Portugês
O P.e Miguel Vaz, procurador, Portugês
[O P.e] Aries Sanches, Portugês
O Ir. Ambrósio Fernández, sotoministro, Portugês
Ir. Roque, Japão, pregador

Nas terras de Firando

O P.e Balthesar López, [o] Pequeno, Portugês
O P.e Bastião Gonçálvez, Portugês /2

No reino de Fingo
Na terras de Amacúsa
Na fortaleza de Ura

O P.e Júlio Piano, Italiano

Na fortaleza de Fondo

O. P.e António López, Portugês
O Ir. Gomes, Japão

---

114 *post* Japão *seq.* Port[*ugês*]*;* por *del., littera* t *transformata in* p[regador], *quod verbum integre scriptum est* || 118 *post* P.e *seq.* Aries *vel* Arias *del., seq.* Bastião || 122 *post hanc lineam seq. signum quod singulis nominibus anteponitur, sed sine nomine* || 124 António López *sup. lin.; antea* Luís D'Almeida *del.*

Na fortaleza de Cutami

O P.e Luís D'Almeida

São por todos os Padres
e Irmãos que estão em
Japão setenta e quatro;
huma Casa de provação,
hum Collegio, dous Semi-
narios, e quatorze Casas.

Além destes estão na China
pera ir a Japão:

O P.e Pedro Gómez que vay por
Superior das partes de Búgo
O P.e Francisco Passio, Italiano
O P.e Jorge Carvalhal, Portugês
P.e Damião Marín, Aragonês
Ir. Francisco Pírez, Portugês
Ir. João Nicolao, Italiano
O Ir. João Jerardino, Italiano / 2v

Catálogo de los Colégios, Casas y sugetos de la
Compañía en el Japón del año 1581

Para Nuestro Padre General

---

130 quatro *seq. signum quoddam del., forse* 7[4] 132 dous *corr. ex ?* || 134 destes *corr.* || 144 sugetos *corr.* || 144-145, 146 *de horum verborum manibus vide Introd. ad hunc Catalogum*

21

CATALOGUS RERUM VICEPROVINCIAE JAPONICAE ADJUNCTUS OPERI ' SUMARIO DEL JAPÓN ' AUCTORE P. ALEXANDRO VALIGNANO

(Denotat statum rerum diei 20. Februarii 1582)

Summarium Japonicum [« Sumario de las cosas que pertenecen a la Provincia de Jappón y al govierno della, compuesto por el Padre Alexandro Valegniano, Visitador de las Indias de Oriente, dirigido a N. P. General Claudio Aquaviva »[1]], quod die 28. Octobris 1583 Cochini in India a suo auctore subsignatum est, adjunctum habet totius Viceprovinciae Japonicae conspectum, quo ejus Domūs, ac numerus personarum in eis residentium, necnon ecclesiarum ab unaquaque Domo dependentium indicatur, eo fine, ut, quantum pecuniae singulis ad sustentationem opus sit, ostendatur. Quare etiam de redditibus ejusdem Viceprovinciae succinte agitur.

Cum dicti Summarii Japonici plura exemplaria manuscripta exstent, partim originalia, ab ipso auctore signata, partim apographa, sive contemporanea, sive posteriora: ita etiam istius *Conspectūs Domorum* (qui Catalogi Rerum formam induit) *varia exemplaria* conservantur, tam originalia quam transscripta. Quae quidem Catalogi exemplaria, Summario Japonico adnexa, a nobis hoc ordine ponuntur:

A = originale, 1ª via, ab auctore subsignatum = *J.49* 319ᵛ-321.

B = originale, ab auctore subsignatum = *J.49* 384-385.

C = originale, 2ª via, cui, in fine Summarii Japonici, *praecedit* subscriptio auctoris, quae tamen in fine Catalogi adnexi *non* repetitur = *J.43 a* 44-45ᵛ.

D = apographum contemporaneum, ex officio factum et Romam missum, in charta orientali = *J.51* 229ᵛ-230.

E = apographum contemporaneum, in charta orientali = Matriti, Bibl. Acad. Hist., *Jes. Leg. 21.*

F = apographum contemporaneum, in charta orientali = London, Brit. Mus., *Add. Mss. 9852* 139-141.

G = apographum medio fere saeculo 18. Macai factum = Olyssipone (Lisboa), Bibl. da Ajuda, *Jesuitas na Ásia, 49-IV-56* 114ᵛ-116.

Exstant praeterea aliqua exemplaria et traductiones *solius Catalogi*, hoc ordine:

H = versio italiana, « minuta » textūs Summo Pontifici Gregorio XIII. praesentati (« dió-se a S.Sᵈ a 7 de Abril y no dió audiencia ») — *Goa 24 I* 130-130ᵛ.

---

[1] Ita titulus exemplaris A: *J. 49*, 261.

I = versio italiana, « minuta » textūs Summo Pontifici Sixto V. praesentandi, cum nota in fine, Romae addita (« Aggionto in Roma ») = *J.25* 5-6v.
J = apographum abbreviatum ,hispanicum, probabiliter sicut H et I factum in Curia Romana S. J. = *J.25* 7-8v.

Cum Catalogi manuscripta exemplaria ABCDEFG addita sint manuscriptis Summarii Japonici (quibus eadem sigla ABCDEFG apponimus): ut de habitudine inter varia exemplaria constet, brevi *de Summarii Japonici exemplaribus* videndum est.

A = *J. 49* 258-321v = 1a via, ad Generalem missa: ita enim ex inscriptione manuscripti constat (*J. 49* 258); porro manus inscriptionis eadem est, quae etiam inscriptionem 2ae viae Summarii Japonici (*J. 43a*) in tegmine interno apposuit. Manus vero amanuensis totum exemplar A Summarii Japonici transcribentis (MA) etiam capita 1 - 24 exemplaris B ac totum exemplar F ejusdem Summarii, necnon complures epistolas P. Alexandri Valignano, mense Decembri 1583 ex India Romam datas [2] scripsit. Tum Summarium A, tum subsequens Catalogus Rerum, ab auctore sua manu subsignata, ac proinde plenissimo sensu 'originalia' sunt. Neque vero de auctoris manuscripto primigenio (sive autographo, sive ab ipso reviso et correcto) agitur; immo, transcribenti (= MA) non semel singula verba vel integrae lineae, ad verum auctoris sensum exprimendum omnino necessariae et aliunde non ignotae, exciderunt [3]. In fine Summarii Japonici, in exemplaribus A DEFG, scripta sunt locus et dies: « De Cochin, oy, 28 de Octubre del año de 1583 ». Porro, auctor, in epistola eodem die 28. Octobris 1583 e civitate Cochin ad Generalem S. J. data, opus jam ad finem perductum esse dicit, illudque festinanter transscribi, ut simul cum ista epistola Romam mitti possit [4].

---

[2] A manu exemplaris A scriptae sunt e. g. litterae sequentes:
V - G, Goa, 10. Dec. 1583, Orig., 3a via, *J. 9 II* 206/6v;
V - G, Goa, 12. Dec. 1583, Orig., 3a via, *J. 9 II* 210/211;
V - G, Goa, 13. Dec. 1583, Orig., 1a via, *Goa 13 I* 183v (sola inscriptio ep.);
V - G, Goa, 16. Dec. 1583, Orig., 3a via, *J. 9 II* 228/9v;
V - Manuel Rodriguez, Assist., 16. Dec. 1583, Goa, Orig., 1a via, *J. 9 II* 226/6v;
V - G, Cochim, 24. Dec. 1584, Orig., 1a via, Goa *13 II* 238-239v;
V - Diogo de Mesquita, Cochin, 25. Dez. 1584, Orig., 1a via, *Goa 13 II* 240/1v;
V - G, Cochin, 16. Jan. 1585, Orig., 1a via, *Goa 13 II 254-256v*.

Praeterea ejusdem manus A est *Consulta de Japón, J. 2,* 40-69, Orig., 1a via; et similiter subsequentes *Resolutiones* P. Visitatoris ad eandem Consultationem, *J. 2,* 70-86, ex.contemp., Romam missum.

[3] Desunt in exemplari A e. g. verba sequentia: *J. 49,* 269v, linea 5a ab infra, post « La dicha hyerva »: « todo el año, y otros muy pequeños que sirven de tener la dicha hyerva »: cf. exemplar B, *J. 49,* 334v. — Desunt *J. 49,* 307, linea 9a post: « escusando los Padres » verba: « les dizía »: cf. exemplar B, *J. 49,* 371v.

[4] V - G, Cochin, 28. Oct. 1583, Orig., 3a via, *J. 9 II* 173v.

Idem auctor, die 4. Decembris 1583 e Collegio Goano eundem P. Generalem certiorem reddit omnes informationes a se compositas (inter quas Summarium Japonicum expressis verbis commemorat) mox cum P. Nunio Rodríguez et Legatis Japonensibus in Europam mitti [5]. De quorum profectu e portu Cochim, die 20. Februarii 1584 [6], de itinere maritimo, de adventu ad civitatem Olyssiponensem, die 11. Augusti ejusdem anni 1584 [7], satis constat. Atqui, Japonici Summarii exemplar, vel potius exemplaria (nam tunc plerumque plures 'viae' mitti solebant) illo tempore Romam missa fuisse certum est; nunc vero in Archivo Romano S.J. quattuor Summarii manuscripta conservantur (ABCD): e quibus D a P. Aegidio (Gil) de la Mata anno 1594 in Europam allatum est [8]; tria vero exemplaria ABC anno 1584 ex India in Europam missa esse videntur, prima scl. et secunda 'via' (A et C), ac praeterea exemplar B, de quo infra accuratius investigandum est.

B = *J. 49* 323 - 385^{v} = originale, ad Generalem S. J. missum: ita enim ex inscriptione constat (*J. 49* 323): cujus textum auctor suo nomine subsignavit, sicut etiam in fine Catalogi, qui sequitur, proprium nomen apposuit. Propterea exemplar B, non secus atque A, originale dicendum est. — Circa quod non adeo facilis quaestio oritur: quando nempe exemplar B confectum et quo tempore Romam missum sit. Cui problemati tum *quintuplex inscriptio,* quae nunc in prima pagina, tegmine externo manuscripti, legitur, ansam praebet, tum *diversitas manuum,* quae illud exemplar exaravere, tum denique *notae in margine adjectae et lineae multis verbis subductae.* — Ut autem ab illa inscriptione quintuplici exordiamur: illa a summa pagina usque ad mediam fere paginam sequenti ordine extenditur:

---

[5] V - G, Goa, 4. Dec. 1583, Orig., 3a via, *J. 9 II* 197.

[6] Profectionem Legatorum Japonensium e portu Cochim narrat tum liber DE MISSIONE LEGATORUM IAPONENSIUM ... DIALOGUS (Macao, 1590), p. 48; tum Luís Fróis, *Tratado dos Embaixadores Iapões* (ed. cit.) p. 23; tum Diogo de Mesquita, in sua narratione manuscripta (que in parte est autographa), *J. 22,* 66^{v}.

[7] De adventu eorundem Legatorum ad civitatem Ulyssiponensem: DIALOGUS (cf. adnot. 6) pp. 48 et 56 cum correctione in fine libri (Errata sic corrige): 4 id. Nov. 1584 = 10. Nov. — Luís Fróis, *Tratado dos Embaixadores* (cf. adnot. 6) p. 27: advenerunt in portum Cascais die 10. Nov., in civitatem Ulyssiponensem die 11. Nov. 1584. — Mesquita, Narratio ms. (cf. adnot. 6), *J. 22,* 69 similiter dicit eos in portum Cascais advenisse die 10. Novembris.

[8] De P. Gil de la Mata videas plura paulo inferius in descriptione manuscripti B; de exemplari ab eo in Europam allato conferas, quae infra de manuscripto D dicenda occurrunt.

i^a { Ano 1583

i^b { Sumario o
Tratado de Japón para N. P. General

i^c { Hecho en el año de 1583

i^d { No fim está hum Catálogo da renda que o Japão ha mester
que diz ser doze mil =. Tem já doze mil.

i^e { Sumário do ano de 1583 com
as Addições do ano de 1592 que
trouxe o P.e Gil da Mata — em 94.

Quinque has inscriptiones (*J. 49* 323) i^a, i^b, i^c, i^d, i^e vocamus; de quarum origine investigandum est. Nam ex ultima inscriptione (i^e) quaestio oritur, utrum P. Gil de la Mata *solas Additiones* Summarii, an etiam *exemplar istud ipsius Summarii Japonici attulerit* (aliud autem exemplar ejusdem Summarii ab eo allatum esse postea ostendemus, ubi de Manuscripto D agendum erit).

P. Aegidius (Gil) de la Mata in I. Congregatione Viceprovinciae Japonicae die 7. Februarii 1592 [9] sub certis conditionibus Procurator nomine Viceprovinciae Romam mittendus electus, ac die 22. Julii 1592 in illo munere confirmatus [10], die 9. Octobris 1592 e Japonia discessit [11]. Qui anno 1594 [12], probabiliter sub initium Augusti, Olyssiponem

---

9 Secundum *Acta* Congregationis, die 5. Februarii 1592 electus erat P. Franciscus Pasio, et ut ejus Substitutus P. Celsus Confalonieri: *Congr. 46,* 360; at, die sequenti, 6. Februarii, P. Visitator Alexander Valignano, Patribus congregatis exposuit, quibus de rationibus Patrem Pasio in Japonia retinere conveniret: *Congr. 46,* 363-364v; quibus rationibus Congregatio statim consensit: *Congr. 46,* 364v/5. Quapropter P. Celsus Confalonieri in ejus locum succedere debuisset; sed hic, obtenta venia, impedimenta, quibus legitime excusaretur, explicavit; quae impedimenta Congregatio eodem die 6. Februarii justa et valida esse declaravit: *Congr. 46,* 365v/6. Denique die 7. Februarii 1592 sub quibusdam conditionibus electi sunt: Procurator P. Aegidius (Gil) de la Mata, et ejus Substitutus P. Alphonsus González: *Congr. 46,* 368-369.

10 Acta *novae* electionis adjuncta sunt Actis supradictae Congregationis Provincialis: electi sunt: primo loco (ut Procurator Romam mittendus) P. Aegidius (Gil) de la Mata, secundo loco (ut ejus Substitutus) P. Melchior de Moura: *Congr. 46,* 391v.

11 Lorenço Mexia - Gen., Macao, 20. Jan. 1593, autogr., 1a via: « El P.e Visitador llegó aquí de Japón a 24 de Octubre pasado con 4 Padres y 3 Hermanos ... Con el P.e Visitador vino el P.eLuiz Fróes para acabar su obra que haze de las cosas de Japón, vinó más el P.e Gil da Mata, Espanhol, para ir a Roma por Procurador electo en la Congregatión, mas este año se queda en Goa para se aparejar mejor con el favor del Virrey »: *J. 12 I* 98.

Luís Fróis - Gen., Amacao, 12. Nov. 1593, autogr., 1a via: « Oy haze hun año, a 9 de Octuber, que partimos de Japón. El P.e Visitador me truxo en su compañía para le ayudar en su despacho para la India & Europa ... »: *J. 12 I* 112.

12 Gil de la Mata - Gen., Madrid, 8. Oct. 1594, autogr., *Hisp. 137,* 221.

advenit[13]: unde Praepositum Generalem S. J. de suo adventu certiorem reddidit; cui praeterea haec quae sequuntur scripta transmisit: brevem de statu Japoniae relationem; unam relationem annuam; unam tantummodo epistolam P. Visitatoris Alexandri Valignano; nonnullas etiam epistolas quorundam Patrum particularium. Ipse autem, Romam abiturus, primam ' viam ' scriptorum, quae diximus, secum sumpsit; quod si in alia navi alia ' via ' Olyssiponem perferri contingeret, eam quoque ad Praepositum Generalem mittendam esse disposuit[14]. E Lusitania deinde iter Romanum aggressus, die 8. Octobris 1594 Matritum tenuit[15]. Die 24. Martii sequentis anni 1595 e civitate Matritensi Romam profectus est[16]. In Urbe etiam toto mense Septembri anni 1595 demoratus esse videtur[17]; quando tandem Romae valedixerit, ignoramus. Initio mensis Martii 1596 jam Matrito Olyssiponem proficiscitur[18], unde demum die 10. Aprilis 1596 denuo in Indiam solvit[19].

Fuitne inter scripta, quae P. Gil de la Mata Romam attulit, *exemplar B Summarii Japonici*? An solae *Additiones*? Quaestio haec ex attenta consideratione *manus tertiae* (i^c^) *inscriptionis*, ac verborum ab eadem manu compluribus in locis exemplaris B scriptorum, solvi posse videtur. Nam manus illa est P. Emmanuelis Rodríguez, Assistentis

---

[13] Arch. Vat., Nunziatura del Portogallo, vol. 9, fol. 331: = « Avvisi di Lisbona, il dì 6 di Agosto », in epistola Nuntii ad S. Pontificem, Lisbona, 6 di Agosto 1594.

[14] Gil de la Mata ad Gen., Madrid, 8. Oct. 1594, autogr., *Hisp. 137* 221.

[15] Ib.

[16] Gil González - Gen., Madrid, 24. Martii 1595, autogr., *Hisp. 138*, 196.

[17] Die 16. Septembris 1595 Praepositus Generalis S. J. tum ad Provincialem Milanensem tum ad P. Carolum Spinola litteras dedit, quibus electionem ejusdem Patris Caroli Spinola pro Missione Japonica eisdem significavit: P. Carolum Januam (Genova) proficisci ibique ad finem mensis Septembris socios itineris exspectare debere. Epistola ad P. Provincialem Milanensem expresse statuit: Procuratorem Missionis Japonicae (Mata) etiam tum Romae degere: Reg. Epp. Gen., *Med. 22 I* 8v (ad P. Carolum Spinola) et 9 (ad Provincialem B. Rossignoli). Die vero 27. Octobris anni 1595 Generalis ad P. Aegidium (Gil) de la Mata Januam (Genova) epistolam scribit: qua ad ejusdem P. de la Mata litteras, die 20. Octobris 1595 ad Praepositum Generalem datas, respondet; locus, unde P. de la Mata scribit, non innotescit; forsitan e civitate Januensi, ad quam responsio mittitur; certo, P. Gil de la Mata die 20. Octobris 1595 Roma jam profectus erat: Reg. Epp. Gen., *Med. 22 I* 11v.

[18] « El P.e Gil de la Mata se fue de aqui para Lisboa en el principio deste mes »: Baltasar Barrera ad Gen., Madrid, 23. Martii 1596, autogr., *Hisp. 139*, 182.

[19] « A dez deste mes de Abril por la mañana salió de la barra el armada de la India »: Franciscus de Gouveia ad Gen., Lisboa, 10. Abril 1596, Orig., *Lus. 73*, 122; cf.: « Mañana, 10 de Abril, muy temprano nos partimos, e ya están nuestros Hermanos en las naves esta noche »: P. Nicolaus Pimenta (Visitator Indiae Orientalis) ad Gen., Lisboa, 9 de Abril 1596, autogr., *Lus. 73*, 120; cf. etiam epistolam P. Aegidii (Gil) de la Mata ad Gen., Lisboa, 3. de Abril 1596. Orig., qua distributionem sociorum per tres naves (Conçeição; S. Francisco; S. Philippe) indicat: « Yo estoy casi de partida »: *Lus. 73*, 114.

Lusitani: ita enim e comparatione epistolarum ejus autographarum [20], necnon ex ejus adnotationibus in epistolis ad eum datis [21], certo constat. Quae manus tum in fine tituli exemplaris B (fol. 326), tum in Cap. 4 (fol. 338, in marg.), Cap. 8 (in marg. ff. 346 346v 347 347v), Cap. 9 (in marg. et in textu ff. 349 349v), Cap. 25 (in marg. fol. 376), Cap. 26 (in marg. fol. 376v) invenitur. Ceterae autem adnotationes marginales (in marg. ff. 351v 356 365v 377v 378) aliarum manuum operam indicant. Numeri vero, qui in aliquibus locis (in ff. 368v 369 370v 373v 374 374v 375 377v) in margine appositi sunt, cujusnam manum prodant (num P. Emmanuelis Rodríguez, Assistentis, an alius) non clare dignoscitur. Sane, P. Emmanuel Rodríguez, cum praesens Summarii exemplar summa cum attentione perlegeret, plurimis in locis, ad sensum ejus facilius capiendum, verbis lineas (atramento ejusdem bruni coloris, quod in annotationibus animadvertitur) subduxit, vel etiam partem aliquam textus, circumductis undequaque lineis, clarius extulit; sed advertimus: lineas istas et adnotationes in margine, a P. Emmanuele Rodríguez appositas, in solo Summario, non in Additionibus, quarum textus Summarium sequitur, inveniri.

P. Emmanuel Rodríguez fuit Assistens Praepositi Generalis P. Claudii Aquaviva pro Assistentia Lusitana ab anno 1581 usque ad diem 18. Januarii 1594 [22]. Quo munere deposito, eōdem anno 1594 in Provinciam Lusitanam regressus est: ac die 1. Augusti 1594 eum Eborae

---

[20] Haud paucas epistolas originales, vel ex toto vel ex parte autographas, P. Emmanuelis Rodríguez, e Lusitania, antequam ad munus Assistentis electus est, scriptas habes in vol. *Lus. 68.*

[21] Adnotationes P. Emmanuelis Rodríguez, saepe perbreves, in epistolis *ad ipsum* datis sunt frequentes; neque desunt in litteris *ab aliis ad Generalem* missis, etsi in illis rarius occurrunt. Epistolae quoque e Japonia scriptae. quamvis ad praecedentem Assistentem P. Petrum da Fonseca datae, cum propter longissimum iter tardius Romam perveherentur, non semel manum P. Emmanuelis Rodríguez ferunt. Exempla aliqua, e plurimis adnotationibus, P. Assistentis Rodríguez sunt: *J. 8 I* 288v (ep. ad. P. Petrum da Fonseca, Assistentem); *J. 9 I* 24v (ad eundem); *J. 9 I* 129v (ad P. Georgium Serrão Assistentem, qui quidem die 5. Martii 1581 a Congr. Gen. IVa electus, propter impedimentum salutis munus non obiit: vid. adnot. seq.); *J. 9 II* 227v (ad P. Emmanuelem Rodríguez, Assistentem); *J. 9 II* 299v (ad Generalem; sola notula exprimens dubium, num jam responsum datum sit, necne, est ejus manūs); multa alia exempla afferri possent.

[22] In Congr. Gen. IVa, die 5. Martii 1581, electus erat Assistens Lusitanus P. G. Serrão: Acta IVae Congregationis, Orig., *Congr. 1a* 107; die 21. Aprilis tres Assistentes electi, qui tunc Romae aderant, Paulus Hoffaeus, Laurentius Magius, Garcias de Alarcon, praescriptum juramentum emiserunt: ib. 111. P. Serrão absens epistola missa rogavit, ut propter salutis impedimentum a munere Assistentis excusaretur: cui P. Claudius Acquaviva cum Provincialium approbatione P. Emmanuelem Rodrigues substituit: cf. ASTRÁIN. Hist., t. 3, 221-222. - Die 18. Jan. 1594, in Congr. Gen. Va electus est Assistens Lusitanus P. Johannes Álvarez: Acta Congr. Gen. Vae, *Congr. 1a* 150v. Unde P. Emmanuel Rodríguez munere Assistentis functus est ab anno 1581 usque ad diem 18. Januarii 1594.

degere legimus, quo exhaustis ex itinere viribus advenerat[23]. Sed inter scripta, quae P. Gil de la Mata ante diem 8. Octobris Romam e Lusitania praemiserat, Summarium Japonicum *non* invenitur[24]. Allatum igitur a P. Gil de la Mata Summarium Japonicum P. Emmanuel Rodríguez *Romae* prae manibus *non* habuit. Num forsitan, deposito jam Assistentis munere, atque ab omni tunc Superioris officio liber, ex Urbe in Lusitaniam regressus, a P. Aegidio (Gil) de la Mata Summarii Japonici exemplar B obtinuit, ut illud studiose perlegeret et suis adnotationibus illustraret? Id nullo argumento fulcitur. Quo in casu praeterea, simul cum Summarii Japonici exemplari, etiam Additionum (ad Summarium Japonicum) exemplar aliquod, ab eodem P. de la Mata allatum, videre debuisset. Sed in Additionibus[25] manus P. Emmanuelis Rodríguez *non* invenitur, quae in scriptis ante illud tempus e Japonia Romam missis frequens occurrit[26].

Quibus positis, omnino dicendum videtur, exemplar B Summarii Japonici neque a P. Aegidio (Gil) de la Mata e Lusitania vel Hispania Romam missum fuisse, neque ab ipso Romam allatum. Ideo verba notae i[c] « que trouxe o P.[e] Gil da Mata » *ad solas Additiones, non ad Summarium* trahenda sunt. Exemplar B Summarii Japonici *jam antea* in Urbem missum erat. — Sed quo tempore? Illud simul cum exemplari A anno 1584, proficiscentibus Legatis Japonicis, ab Indiae Orientalis Provinciali (P. Alexandro Valignano), Romam directum fuisse, non absque ratione suspicamur. Signa vero, e quibus id deducimus, haec sunt: *Manus exemplaris B* ab initio usque ad finem Cap. 24 eadem est ac manus, quae totum exemplar A transcripsit. Dein, tegmen externum exemplaris B simili omnino modo confectum est ac tegmen exemplaris A. Porro, manus i[b] (in tegmine B) est manus P. Hieronymi Cotta, qui [etsi postea etiam verba illa scribere poterat, quippe qui in India degeret] cum initio anni 1584 cetera manuscripta ex India Romam mitterentur, erat Socius P. Alexandri Valignano, Provincialis[27].

---

[23] Franciscus de Gouveia - Gen., Coimbra, 1. Aug. 1594, Orig., *Lus.* 72 206.

[24] Gil de la Mata - Gen., Madrid, 8. Oct. 1594, autogr., *Hisp. 137* 221.

[25] *Notae P. Em. Rodríguez* tum in duobus exemp. *Additionum, J. 49* 387-418v (2a via, cujus ultima pars manũ P. Ludovici Fróis scripta est) et *J. 51* 238-272v (quod, post ultimam partem manu P. Laurentii Mexia exaratam, auctor subsignavit), tum in earum exemplari incompleto Matritensi (Acad. Hist., *Jes., Leg. 21,* 135-167v, quod frequentissimas auctoris et P. Aegidii de la Mata correctiones *continet*) desunt.

[26] Manus P. E. Rodríguez, praeterquam in exemplari B Summarii Japonici, invenitur etiam in Consultatione Japonica 1580/81 (Consulta de Japón), *J. 2,* 45v, 46, 46v, 47, 47v 50v, 59v; frequenter in epistolis, cf. Adnot. 21.

[27] P. Alexander Valignano, die 7. Aprilis 1583 e Japonia redux in Cochim, nonnisi sub finem Octobris, vel initio Novembris, ejusdem anni inde Goam versus solvere potuit (V-G, Cochim, 28. Oct. 1583, Orig., *J. 9 II* 173), quo tandem die 10. Novembris pervenit (V - Man. Rodríguez, Assist., Goa, 15. Dec. 1583, Orig., *J. 9 II* 223). Tunc, convocatis Provinciae Consultoribus, inter alia etiam epistolam a P. Generali eo anno acceptam, qua P. Hieronymum Cotta pro munere Magistri novitiorum proponebat, exhibuit. Nam

C. = *J. 43a* 01-05v 1-50 = 2a via, exempl. ad Gen. missum: ita enim ex inscriptione constat, quae nunc in parte interna tegminis manuscripti istius, in formam libri legati, incollata est; quam tamen inscriptionem ad istud manuscriptum pertinere, nonnisi ex fide ejus, qui curam Archivi habuit, et ex fidelitate ejus, qui codicem totum restauravit (omnes ejus paginas levissimo strato setaceo cooperiens), constare potest, cum e loco suo originali avulsa sit. Textus Summarii ab ejus auctore nomine proprio subsignatus est, quae subscriptio est autographa. Quare haec quoque 2a via vero plenoque sensu *originalis* est. Catalogus, qui sequitur, ab eãdem quidem manu ac totum manuscriptum exaratus est, sed in fine nova auctoris subscriptio desideratur. At, cum nullum dubium sit, quominus Catalogus iste ad exemplar C Summarii pertineat, Catalogum quoque, ob antecedentem subscriptionem, manuscripti originalis pretium induere, vel saltem a tali parum distare dicendum est. Textus totus una manu descriptus est. Notae in margine omnino desunt; neque, quantum textus (plurimis jam locis propter obscurum colorem lectu sat difficilis) cognoscere permittit, correctiones ullae, alia manu appositae, adesse videntur.

D = *J. 51* 182-230v: Textus exemplaris D Summarii Japonici pars est *libri manuscripti,* qui quatuor documenta, seu opera manuscripta, continet: quae sunt: *Consultatio Canzusae* (Katsusa) a die 13. Augusti 1591 usque ad diem 25. Augusti ejusdem anni habita (*J. 51* 140-167v, seu, dicti libri pagg. 1-47); deinde ***Resolutiones Visitatoris Alexandri Valignano*** ad illam Consultationem (*J. 51* 168-181, seu, memorati libri pagg. 48-70); tertio loco *Summarium Japonicum,* de quo agimus (*J. 51* 182-230v, seu, praefati libri pagg. 71-168); tandem *Addiciones* ejusdem Visitatoris ad Summarium Japonicum (*J. 51* 238-272v, seu libri supra relati pagg. 169-240). Codex iste totus foliis chartae japonicae constat; tegumen externum ante textum (nam post textum deest) similiter charta japonica confectum est. Eadem manus, quae paginas codicis atramento bruno in summa pagina, margine externo, numeravit, tegmini inscripsit verba: « Consulta de Canzusa 1590 ». Ultima pars libri, i. e. textus Additionum, scripta est manu P. Laurentiii Mexia, qui Macai

---

cum ipse P. Alexander Valignano, e Visitatione Japonica in Indiam regressus, circa diem 20. Octobris 1583, in civitate Cochim degens, acceptis litteris Generalis, die 4. Januarii 1583 datis, munus Provincialis Indiae Orientalis obiisset (V-G, Cochim, 28. Octobris 1583, Orig., *J. 9 II* 173): persuasum habuit ad vastissime patentis Provinciae Indicae gubernium omnino necessarium esse secretariatum ad modum secretariatus Curiae Romanae S. J., quo summa cura et ordine colligerentur tum documenta et epistolae Generalium, tum Indiae Provincialium, tum eae, quae undique Goam mitterentur relationes: et pro officio secretarii simulque Socii Provincialis P. Hieronymum Cotta valde idoneum esse faciliusque pro munere Magistri novitiorum alium Patrem destinari posse censuit: cui sententiae omnes Consultores suum assensum praestiterunt; unde factum est, ut P. Hieronymus Cotta, eo die, quo P. Alexander Valignano haec Generali referebat, i. e. die 12. Dec. 1583, jam munere secretarii Provinciae et Socii Provincialis fungeretur (V-G, Goa 12. Dec. 1583, Orig., 3a via, *J. 9 II* 211).

degebat, cum Visitator P. Alexander Valignano e secundo itinere Japonico (1590-1592) in illam civitatem regrederetur. In fine *Additionum* (non in fine singulorum scriptorum) invenitur subscriptio autographa Visitatoris ('Alexº'). Codex etiam, duobus saltem locis Summarii Japonici, correctiones manu P. Aegidii (Gil) de la Mata factas (fol. 193^v et fol. 196^v) continet. De P. Gil de la Mata paulo superius [28], ubi de exemplari B sermo erat, diximus: Mata mense Octobri 1592 cum P. Alexandro Valignano, Visitatore, e Japonia profectus est, electus Procurator Viceprovinciae Japonicae Romam mittendus. Cum e quatuor opusculis codicis tria tempore secundae visitationis japonicae Patris Valignano (a mense Julio 1590 usque ad Octobrem 1592) orta sint, et quartum (tertium scl. in ordine libri) multo ante compositum, correctiones manu *P. Aegidii de la Mata* factas contineat, sine dubio *codex iste a Patre Aegidio* (*Gil*) *de la Mata Romam allatus est.*

Quando vero Summarium Japonicum *transcriptum* sit, e supradictis concludit non potest. Nam numeratio paginarum totius codicis alio atramento (bruni coloris), et, ut videtur, Romae, facta est. Quare, utrum singula opera uno tempore et loco a diversis amanuensibus transscripta sint, an Summarium Japonicum ante alia, id nonnisi ex attento examine manuum, quae illud descripserunt, aliquo modo erui posse videtur. Sed Summarium Japonicum D a duobus amanuensibus scriptum est, quorum manus M^{D1} et M^{D2} vocamus. M^{D1} ab initio (*J. 51* 182) ad magnam partem Cap. 23 (*J. 51* 216^v) sine intermissione extenditur; exinde (*J. 51* 216^v-221) usque ad titulum Cap. 26 sequitur M^{D2}; postea in Cap. 26 hoc ordine sese invicem excipiunt: M^{D1} (*J. 51* 221-221^v), M^{D2} (*J. 51* 221^v-222), M^{D1} (*J. 51* 222-222^v); etiam initium Cap. 27 scriptum est a M^{D1} (*J. 51* 222^v-223); tandem manus M^{D2} usque ad finem textus Summarii opus suum protraxit (*J. 51* 223-229). Sed *Catalogus* in fine scriptus est totus a M^{D1} (*J. 51* 229^v-230^v). — Primam manum (M^{D1}) novimus: est enim manus P. Damiani Marín [29], Valentiani (de Valencia), qui cum P. Alexandro Valignano anno 1574 nondum sacerdos in Indiam advectus, ac sequenti anno Goae ordinatus, novitiorum Magistrum egit; deinde a Provinciali litteris scribendis adjutor ascitus, multas epistolas in India (saltem annis 1577-1581) sua manu pro Praeposito Provinciali aliisque Superioribus scripsit [30]. Qui die 7. Augusti 1582 ex India Ma-

---

[28] De P. Gil de la Mata vide supra Adnot. 9, 10, 11, 12-16, 17, 18, 19 24, 25.

[29] Epistolam autographam P. Damiani Marín habes e. g. in vol. *Goa 13 I* 64-65^v: Damián Marín ad Gen., Cochin, 4. Martii 1581.

[30] Vitam P. Damiani Marín videas inter *Biographias*. Epistolas scriptas manu P. Damiani Marín pro Superioribus, et ab illis subsignatas habes non paucas in sectione Goana, ARSI, in voll. *Goa 12 II; Goa 13 I; Goa 47;* e pluribus e. g.: N. Rodríguez ad Gen., Goa, 2. Nov. 1577, Orig., 1ª via, *Goa 12 II* 393-394^v; Ruy Vicente ad Gen., Goa, 13. Nov. 1577, Orig., 3ª via, *Goa 12 II* 501-503^v; Ruy Vicente ad Gen., Goa, 2. Dec. 1581, Orig., 3ª via, *Goa 47* 160-161; argumentum omnino certum (scripturam illam esse Patris Damiani Marín) habes in duabus epistolis sequentibus, in quarum fine earum auctor, P. N. Rodríguez, antequam sua manu subscribit, expressis verbis

caum advenit: unde sequenti anno 1583, mense Julio, ipse ejusque socii in Japoniam solventes, eodem mense appulerunt. Per 14 ferme annos in Japonia apostolicis laboribus deditus, tandem Martio 1597 Macaum profectus, in mari mortuus est. — *Ubi* vero ab eo Summarium D transscriptum est? *Non Macai*: quia, cum in illa civitate moraretur, Summarium Japonicum (quod in fine locum et tempus indicat: « De Cochin, oy, 28. de Octobre del año 1583 ») nondum perfectum erat; sed *in Japonia*, unde toto tempore non exiit. — *Quando* illud in Japonia transscripsit? Quod, quamvis certo non constet, tempore alterius visitationis Japonicae P. Alexandri Valignano (Jul. 1590-Oct. 1592) praestitisse videtur: sive a Visitatore ita facere jussus, sive rogatu Procuratoris P. Aegidii (Gil) de la Mata, qui illud cum ceteris scriptis Romam perferre desiderabat.

E = Matriti (Madrid), R. Acad. d. l. Hist., *Jes., leg. 21*, 82-134v = ex. contemporaneum in charta japonica, *sine* auctoris subscriptione autographa, quae tum in fine textūs, tum ad calcem subsequentis Catalogi desideratur. Exemplum illud nunc exstat inter ea documenta, quae olim archivum Provinciae Japonicae in Collegio Macaensi constituebant, neque dubium est, quin ms. E antiquitus ad illud archivum pertinuerit. Post Summarium Japonicum E sequuntur *Additiones* ejusdem auctoris, quae anno 1592 compositae sunt. Manūs, quae utrumque opus, Summarium *et* Additiones, descripserunt, differunt. Dum Summarium omni adnotatione autographa ac subscriptione auctoris caret, exemplum Additionum varie ab ipso auctore, propria etiam manu [31], correctum est, neque desunt correctiones manu P. Aegidii (Gil) de la Mata [32] insertae. — De exemplo E cf. opus nostrum *El 'Archivo del Japón'* pp. 157 et 164.

F = London, Brit. Mus., *Add. Mss. 9852* ff. 38-70 [antiquae numerationis pp. 77-144]. Exemplum istud Summarii Japonici inter manuscripta Marsdeniana Musaei Britannici exstat; liber vero, cui insertum est, quatuor scripta continet, quae omnia cum tempore primae visitationis japonicae P. Alexandri Valignano intimo nexu junguntur atque hoc ordine inter se sequuntur: Summarium Indicum; Summarium Japonicum; Consultatio Japonica, annis 1580/81 habita; Resolutiones Visitatoris (Al. Valignano) ad illam Consultationem datae. Quae omnia unā

---

statuit epistolam scriptam esse a P. Damiano Marín: N. Rodríguez ad Gen., Goa, 24. Oct. 1580, Orig., 2a via, *Goa 47* 135-137v; N. Rodríguez ad Gen., Goa, 3. Dec. 1581, Orig., 2a via, *Goa 47* 162-163v: verba autem, quibus auctor attestatur manum esse P. Damiani Marín, in prima epistola a P. Marín scripta sunt, sicut epistola tota; in altera vero ipse auctor (P. N. Rodríguez) assertum illud sua manu apposuit.

31 Correctiones autographae P. Alexandri Valignano tum in margine, tum in textu frequentes sunt: vid. opus nostrum *El « Archivo del Japón »*, pp. 164-165.

32 Patris Aegidii (Gil) de la Mata correctiones minus frequenter occurrunt, et praesertim in eis paginis inveniuntur, ubi auctoris correctiones desunt.

eādemque manu scripta sunt, eādem nempe, quae exemplar A Summarii Japonici, et Capp. 1-24 exemplaris B ejusdem Summarii transcripsit. Codex *Add. Mss. 9852* totus eādem charta (cum eādem figura chartae intexta) constat, unius magnitudinis; paginae unā eādemque manu a numero 1 usque ad 196 numeratae sunt. Paginā primā, initio Summarii Indici, sub titulo haec verba leguntur: « Da Secretaria da Província de Goa ». Cum quatuor illa manuscripta, quae intimo nexu cum persona Visitatoris, ejusque primo itinere japonico, conjuncta sunt, eādem manu exarata, eidemque chartae inscripta, ab una etiam manu ab initio usque ad finem numerata, nunc quoque in unum librum collecta, inter Marsdeniana manuscripta conserventur, dubium esse non videtur, quin non solum Summarium Indicum (cui supradicta nota inscripta est), sed *totus liber ad Goanae Provinciae Secretariatum pertinuerit.* Quodsi Summarium Japonicum F ad Secretariatum Provinciae Goanae pertinuit, textus autem Summarii Japonici in ipsa India (die 28. Octobris 1583, Cochini) ad finem perductus est: exemplar istud *in India transcriptum esse videtur.* Neque ulla ratio adesse videtur, cur transcriptio exemplaris F a transcriptione exemplarium A et B (Capp. 1-24) eadem manu facta multo tempore differre dicatur.

G = apographum, medio fere saeculo XVIII. Macai factum, quod Ulyssipone (Lisboa) in Bibliotheca 'Ajuda', *Jesuitas na Ásia 49-IV-56,* ff. 55-116 asservatur. Inter apographum istud, necnon totum volumen *49-IV-56,* et exemplar Matritense E cum manuscriptis in unum junctis, inter quae illud invenitur, nexus certus atque argumentis non dubiis probatus existit: qui manifestatur 1) in ordine documentorum utrique seriei communi, non chronologico, neque aliter intrinsecus necessario; 2) in dependentia textūs G (Ulyssiponensis) a textu E (Matritensi); 3) in textu *Additionum* qui in utraque serie post idem verbum, multo ante finem operis, ut nunc exstat, desinit, ita tamen, ut correctiones manuscripti Matritensis in textum Ulyssiponensem transierint; 4) in quibusdam docc. seriei Matritensis, quae, sicut etiam tota series Ulyssiponensis, in Collegio Macaensi medio saeculo XVIII. scripta sunt. Dependentia illa, post recentiora studia, nunc facile explicatur: nam codex ille Bibliotecae 'Ajuda' a manuscriptis Matritensibus, quae olim in Collegio Macaensi conservabantur, medio saeculo XVIII. Macai transcriptus est. Conferas opus nostrum *El 'Archivo del Japón'* pp. 157-172.

Exemplaribus Summarii Japonici accurato examini subjectis, jam quid de Catalogis eisdem adjunctis sentiendum sit, apparet. Nam Catalogi ABC sunt manuscripta originalia, quae, magna cum probabilitate, auctor ipse, ut primum opus perfecit, in India transcribi et Februario 1584 in Europam mitti curavit. Catalogum D a P. Gil de la Mata in Europam allatum esse vidimus; cujus manus aliquando in ejus textu corrigendo occurrit; sed auctoris subscriptio desideratur. Exemplar E quoque apographum contemporaneum est, olim in Archivo Macaensi conservatum. Porro, ms. Marsdenianum F est apographum, quod ad Secretariatum seu ad Archivum Provincialis Goani pertinebat. Tandem G medio saeculo XVIII. Macai ab exemplari E transcriptum est.

Remanet, ut de exemplaribus Catalogi, a Summario Japonico *avulsis*, i. e. de HIJ breviter dicamus.

H = *Goa 24 I* 130-130v: est 'minuta' traductionis italicae, multis locis correcta; titulus etiam correctus et auctus est, praesertim, additis verbis: « mandato dal Visitatore l'anno 1582 et ricevuto in Roma l'anno 1584 ». Quae traductio ideo facta est, ut Summo Pontifici Gregorio XIII. praesentaretur: atque ei oblata est die 7. Aprilis: « Dió-se a S. Sd. a 7 de Abril y no dió audiencia ». Dubium esse nequit, agi de die 7. Aprilis *anni 1585*: quo tempore Legati Japonenses in Urbe[33] versabantur. Nam quod dicitur: « mandato dal Visitatore l'anno 1582 »: ad ea, quae Catalogus continet, se refert: quia eum statum domuum Societatis Jesu in Japonia indicat, qui, cum Visitator die 20. Februarii 1582 e portu Nagasaki solveret[34], in ea vigebat. Quem ille Catalogum ex India, unde naves die 20. Februarii 1584[35] abierunt, in Europam transmisit; die 7. Aprilis 1584 Catalogus utique nondum Romam allatus erat. Cumque Gregorius XIII. die 10. Aprilis 1585 mortuus esset, ac die 24. Aprilis 1585 Sixtus V. in locum defuncti Pontificis successisset, illi eadem petitio Missionis Japonicae, paulo mutata, data est: Sixtus V. die 22. Junii 1585 summam 4000. scutorum aureorum, a Gregorio XIII. concessam, usque ad 6000 scutorum numerum auxit[36].

I = *J. 25* 5-6v = traductio italica Catalogi, quae in exemplari H nititur, cujus correctiones in textum admittit: estque exemplar ideo factum, vel saltem ob id emendatum, ut Summo Pontifici Sixto V. daretur. Quare tum titulus, tum nota in fine mutata sunt. In titulo enim mentio fit presentationis Catalogi, factae Summo Pontifici Gregorio XIII, (« alla santa memoria di Gregorio XIII. »); in nota autem, quae documentum sequitur, deletis ex parte verbis auctoris, additur: « aggionto in Roma »; qua nota auctor annuam 'pensiomem' 4000 scutorum, a

---

[33] Legati Japonenses in Urbem, etsi nondum publico apparatu, advenerunt die 22. Martii 1585: Luís Fróis, *Tratado dos Embaixadores*, ed. cit. 146. - Etiam: *Diarium Alaleonis*, in: BONCOMPAGNI-LUDOVISI, *Le prime due Ambasciate dei Giapponesi a Roma*: Nuovi Documenti per la prima Ambasciata, Doc. XX (pag. 12). — Modena Arch. Status, *Ambasc. 76*: Teodosio Panizza, Roma, 22. Marzo 1585, al Card. d'Este, Orig. Cf. *Dai Nihon Shiryō*, ser. 11., vol. 1 de Leg. Japon., doc. XLVIII, pp. 230-232. — Profecti sunt ab Urbe, in patriam regressuri, die 3. Junii 1585: L. Fróis *Tratado dos Embaixadores*, ed. cit. 209; *Diarium Alaleonis*, in: BONCOMPAGNI-LUDOVISI, *Le prime due Ambasciate dei Giapponesi a Roma*: Nuovi Documenti per la Prima Ambasc., Doc. XXXII (pag. 24).

[34] Vid. SCHÜTTE, Valignanos Missionsgrundsätze I, 1 pag. 5[3], ubi fontes discutiuntur.

[35] Vid. superius, adnot. 6am.

[36] MAGNINO, *Pont. Nipp. I* pag. 35 (doc. 22) (sed dicatur: « aumenta *di* 2000 scudi » ovvero: « aumenta *a* 6000 scudi »); bulla ista registrata est in volumine *Institut. 195 II* 279-280v (ARSI) (quod est « Registrum Bullarum » pro Societate Jesu); cf. opus nostrum *D. Wirksamkeit d. Päpste f. Japan*, p. 31.

Gregorio XIII. anno 1583 concessam [37], in memoriam revocat; deinde vero peroratio fit ad novum Summum Pontificem Sixtum V., ut illam summam augere dignetur.

J = *J. 25* 7-8^v = apographum abbreviatum, et, ut videtur, contemporaneum saeculi XVI.; praeter omissa levioris momenti, ea quoque desunt, quae auctor, P. Alexander Valignano, in fine cujuslibet e tribus regionibus Ximo (Shimo), Bungo, Meaco (Miyako) adnotaverat: nam, quae Domūs in Japonia jam factae, quae faciendae erant, ipse, cum e Japonia proficisceretur, accurate descripserat. Deest etiam illa nota Visitatoris, qua, in fine documenti, causam Missionis Japonicae perorabat: ut Summus Pontifex ea, quae tot Domorum et personarum sustentationi in Japonia necessaria essent, pro suo zelo elargiri dignaretur. — Textus iste abbreviatus in scriptione verborum, maxime nominum japonicorum, textum D, a P. Aegidio de la Mata allatum, sequitur, qui aliquando ab omnibus aliis differt: e. g. solus textus D (et cum ea textus J) habet 'Satçuma', 'Notçu', 'Cutçu', 'Tacatçuqui', 'Prothasio' (*cum h*); mirum autem, in textu D juxta tres illas adnotationes (in fine cujusque regionis) et notam in fine appositam, quae in exemplari J omittuntur, cum eodem atramento bruni coloris, quo scriptum est Catalogus J, parvulum velut circulum (sicut littera o) adjici: numquid, qui signum illud apposuit, significare voluit, partes illas Catalogi in descriptione esse omittendas? Quare exemplar J ab exemplari D (in individuo), non ab alio consimili ejusdem 'familiae' transcriptum esse videtur. Diximus jam [38], Patrem Aegidium (Gil) de la Mata mense Octobri 1592 e Japonia abiisse: plus quam decem annis post quam P. Alexander Valignano primam Visitationem japonicam peregit; seu plus quam decem annis post illud tempus, ad quod Catalogus noster refertur; eundemque Patrem de la Mata anno 1594 in Europam, Romam vero sequenti anno 1595 advenisse. Sed anno, quo ille e Japonia solvit, plurimae Domus et ecclesiae Societatis Jesu, oborta persecutione destructae [39], in pristinum statum redintegrari nondum potuerant. Neque vero deerat spes fore, ut reddita pace Residentias, Collegia, Seminaria, Ecclesias reaedificare liceret. Quare, tot annorum spatio interjecto, Catalogus noster pristini status conspectum, et ad tantam aedificiorum et personarum molem sustentandam necessaria remedia temporalia etiam tum indicare quodammodo poterat. Notae vero auctoris, quibus accuratiorem statum anni 1582 describebat, jam omittendae videbantur; ac similiter suppressa est conclusio, qua Summi Pontificis munificentia erga Seminarium Romanum et Collegium Germanicum extremae ne-

---

[37] MAGNINO, op. cit. pag. 24 (doc. 13); invenitur scripta in ARSI, *Registrum Bullarum, Instit. 196 II* 555-555^v; in *Arch. Vat., Secret. Brevium, vol. 865*, 380-383^v adest transcriptio posterior (facta pro Brevi die 20. Nov. 1638 emanato), transsumpta ex libro 2° anni 1583.

[38] Vid. supra adnot. 11.

[39] Vid. infra, Cat. Brevem Jap. Nov. 1592, qui conspectum domorum et ecclesiarum 1582-1592 destructarum adnexum habet = Doc. 29 A (*J. 25*, 25^v-26^v; *J. 26*, 5^v-6^v).

cessitati Missionis Japonicae opponebatur, et magnus conversionum concursus (dummodo non deesset auxilium opportunum) promittebatur.

Loco notae in fine olim additae, adjunctus est in exemplari J numerus personarum, qui in Japonica Viceprovincia sumptibus Societatis alebantur: erant autem 660. Unde numerus iste desumptus est? Nam in Catalogo Summarii Japonici *deest*. Immo, in *textu* Summarii Japonici, Capite 4°, sic legitur: « de manera que entre los Nuestros y ellos [Dōjuku, Kambō, Komono] sustentamos en nuestras casas poco más o menos de *quiñientas* personas ordinarias »[40]. Sed *in Catalogo Brevi Novembris 1592*, quem etiam P. Gil de la Mata attulerat (in fine illius partis, quae 'Rol dos *Dojicos* que estão nas casas de Japão, com outra gente de serviço' inscribitur) *supradictus numerus 660* invenitur: « Passão ... seiscentas e sesenta peçoas as que agora a Companhia sostenta a sua conta em Japão ... »[41]. En, habes aliud argumentum, exemplar J *post Patris Gil de la Mata adventum in Urbem* originem habuisse.

Tandem *alia manus* in fine adjunxit: « Praeterea Patres curam gerunt ecclesiarum plus 250 ». Qui numerus *neque textui Summarii Japonici* correspondet (nam in Capite 4° numerantur 200, plus minus, ecclesiae[42]); *neque* numerus iste conformis est *Catalogo Brevi Novembris 1592*, ubi 207 ecclesiarum numerum legimus[43]; *neque* ita invenitur *in Catalogo Rerum Viceprovinciae Japonicae Januarii 1603*: in quo numerus 190 ecclesiarum scriptus est[44]. *Sed in Apologia P. Alexandri Valignano* (1598) numerus supradictus 250 ecclesiarum indicatur[45].

Omnium vero exemplarium (tum ABCDEFG, tum HIJ) textūs, praeter ea, quae de HIJ diximus, inter se parum differunt substantiā; pauci sunt casus (ut e. g.: se torna*ron* a rehazer, se torna*rán* a rehazer), in quibus mutato verbo, vel verbi forma, alteratur sensus; sed scriptio verborum, maxime nominum japonicorum, aliquando dependentiam inter varios textūs insinuare potest; at, cum saepe scriptio nominum in *Catalogo* a scriptione eorundem nominum in textu ejusdem exemplaris Summarii differat, caute procedendum est. Distingui posse videntur duo 'typi': Typus 'Omura' - 'Saxuma' et typus 'Vomura' - 'Satçuma' ('Saççuma'). Ad primum pertinent ABCF HI; ad alterum DEG J. Summarium et Catalogus A et F ejusdem sunt manūs. — B quoad capita 1-24 ejusdem manūs est ac A et F; quoad cetera (etiam quoad Catalogum) manus ab A et F differt. — G sequitur E; et J sequitur D. Ex analysi scriptionis jure concluditur, HI sequi primam familiam ABCF.

Summarium Japonicum ad finem perductum est in civitate Cochim in India, die 28. Octobris 1583, ut in fine exemplarium ADEFG apponitur. Sed Catalogus adnexus aperte denotat tempus, quo Visi-

---

40 Locus cit. ex exemplari A, *J. 49*, 273v.

41 Vid. infra Cat. Brevem Nov. 1592, = Doc. 29 A (*J. 25*, 25v; *J 26*. 5v).

42 Exemplar A, *J. 49*, 273v.

43 Vid. infra = Doc. 29 A (*J. 25*, 24v; *J. 26*, 4v).

44 Vid. infra Cat. Rerum Jap., Jan. 1603 = Doc. 32 B (*J. 25*, 69v).

45 Apologia, *J. 41* 121.

tator e Japonia profectus est (solvit autem die 20. Februarii 1582 [46]); complectitur enim, saltem quoad partes, quae *Shimo* vocabantur, res gestas usque ad tempus illud, quo ipse navim conscenderat, Macaum abiturus (« dexé ordenado, estando ya embarcado para venirme ... »). Quod pro usu Catalogi scitu necessarium est; nam posteriores eventūs (e. g. destructio arcis et oppidi Azuchi), etiamsi diem 28. Octobris 1583 praecedunt, non recensentur. — Nos textum A reddimus, adnotatis aliorum exemplarium BCDEFGJ differentiis.

Textus

J. 49, 319v-321

Catalogus Rerum Summario Japonico Adjunctus

319v

Catálogo de las Casas de Jappón y de lo que cada año han menester
[Februario 1582]

En las partes de Ximo

Iten	En las tierras de Don Bartho[lo]mé, en la fortaleza de Ómura, una Casa a manera de colegio. Tiene necessidad cada año por lo menos de trescientos ducados	300
Iten	En la otra parte del mesmo señorío, en el puerto de Nangasaque, otra Casa semejante	300
Iten	En las tierras de Don Protasio, señor de Arima, en la fortaleza de Arima otra Casa semejante	300
Iten	Junto a ella está el Colegio o Seminario de los niños que, llegando a número de ochenta, terná necessidad a lo menos de mil ducados	1000
Iten	En la fortaleza de Arie, del mesmo señorío, una Residencia pequeña, ha menester ciento y treinta ducados . . .	130
Iten	En el señorío de Amacuza otra Casa a manera de colegio, trescientos ducados	300
Iten	En la Residencia de Firando otra Casa de la mesma suerte, trescientos ducados	300
Iten	En Facatá otra Casa semejante, trescientos ducados . . .	300
Iten	En el Reyno de Saxuma otra Casa semejante, trescientos ducados	300

4 de Ximo] *D* del Ximo ‖ 6 cada aña *om. in E* ‖ 8 En la otra] *EG om.* la ‖ Nangasaque— *C* Nangasa ‖ 9 semejante] *seq. in G* trecientos ducados ‖ 11 semejante] *seq. in G* trecientos ducados ‖ 13 terna] *G tendrà* ‖ 17 colegio] *D seq.* ha menester ‖ 19 suerte] *D om.* trescientos ducados *sed in marg. numerus 300* ‖ 21 semejante] *E om.* trescientos ducados *sed ponitur numerus 300* ‖ 22 semejante] *D om.* trescientos ducados *sed in marg. numerus 300*

[46] Vid. supra, adnot. 34.

J. 49, 319v-320

Todas estas Casas dexé yo hechas, aunque, el año que yo partí, quemaron la ciudad de Facatá y nuestras casas, ma luego se tornaron a rehazer. Y la de Saxuma no estava aún hecha, mas yo dexé ordenado, estando ya embarcado para venirme, que luego fuessen allá Padres, porque en aquel punto llegó la conclusión de el Rey que dava para esso lugar en su ciudad principal. Y aunque ahora al principio será Residencia pequeña: por ser lugar de corte, no se puede dexar luego de acrecentar.

Suma todo el gasto de las Casas de Ximo tres mil y doscientos y treinta ducados — 3230 — / f. 320

En las partes de Bungo

Iten En la ciudad de Funay donde está el Rey nuevo con su corte, un Colegio de los Nuestros, que tiene necessidad de mil ducados cada año 1000

Iten Junto a él se ha de hazer el Seminario de los grandes, como está ordenado, y terná necessidad a lo menos de otro tanto 1000

Iten En la fortaleza de Usuqui, ado mora el Rey Francisco, Casa de Probación de los Nuestros, tiene necessidad de otros mil ducados 1000

Iten En las tierras de Nochu una casa de Residencia pequeña, ciento y treinta ducados 130

Iten En las tierras de Yú otra Residencia pequeña, ciento y treinta ducados 130

Iten En las tierras de Cuçu otra Residencia pequeña, ciento y treinta ducados 130

Estas tambien dexé todas hechas, sacando el Seminario de niños y la Residencia de Cuçu que no se escusan.

Suma todo este gasto de las partes de Bungo tres mil y trescientos y noventa — 3390 —

25 tornaron] *BC:* tornarán ‖ 27-28 fuessen allá Padres] *D* fuesse allá Padre *E* fuesse allá Padres ‖ 30 ahora] *G agora* ‖ 34 gasto *E* guasto | de Ximo] *D* del Ximo ‖ mil y] *CDE om.* y *G* mil tre ‖ 34 ducados] *om. in EF* ‖ 40 seminario de los grandes] *C 1.a le.* seminario grande *postea* de los *add. sup. lin.*, grandes s *postea add.* ‖ 41 terná] *G* tendrá *D* avrá menester ‖ 41 de otro tanto] *D* mil ducados ‖ 42 Francisco] *in D seq.* está la ‖ 43 tiene necessidad de otros] *om. in D* ‖ 45 casa de] *om. in D* | pequeña] *seq. in D* ha menester ‖ 47-48 *loco* pequeña *in D* igual | ciento y treinta ducados] *om. in D et solum ponitur numerus* 130 ‖ 49-50 *loco* pequeña *in D* semejante | ciento y treinta ducados] *om. in D et tantum scribitur numerus* 130 | y *om. in G* ‖ 51-52 seminario de niños] *DE* seminario de los niños | tres mil y] *E* 3 mil y | *numerus* 3390 *deest in E* ‖ 54 noventa] *DG add.* ducados

J. 49, 320-320v

En las partes de Meacó

Iten	En Anzuquiama, ciudad principal de Nobunanga, donde él reside con su corte, una Casa a manera de colegio, ha menester quinientos ducados, por ser en aquellas partes mayor el gasto	500
Iten	Junto a ella está el Seminario o Colegio de los niños, tiene necessidad a lo menos de mil ducados	1000
Iten	En la ciudad de Meacó un Colegio de los Nuestros, mil ducados	1000
Iten	En la ciudad de Sacáy una Casa a manera de colegio, quinientos ducados	500
Iten	En el reyno de Vacáy una Residencia pequeña, ciento y cinquenta ducados . . . . / f. 320v	150
Iten	En las tierras de Tacaçuqui otra Residencia pequeña, ciento y cinquenta ducados	150
Iten	En el reyno de Mino, en la ciudad principal, adonde mora el hijo mayor de Nobunanga con su corte, una Casa a manera de colegio, quinientos ducados	500

También estavan todas estas Casas hechas quando yo partí de allá, sacando las Casas de Sacay y de Mino, las quales está ordenado que se hagan, y no se escusan. Y por ser en lugares tan principales, han de ser Casas con gente a manera de colegios. Y en el Colegio de Meacó también aún no estava toda la gente.

Suma todo el gasto de las casas destas partes tres mil y ochocientos ducados — 3800 —

Iten	Allen de de los gastos particulares de las Casas particulares son necessarios para el Superior universal de las partes de Ximo, para diversos gastos extraordinarios de fábricas y nuevas empresas que comiença, y para presentar a los señores gentiles y socorrer a muchas necessidades de los Christianos, y para los gastos que haze en diversas missiones y en los caminos, cada año a lo menos trescientos ducados	300

58-59 por ser .. gasto] *D transponit* por ser el gasto mayor en aquellas partes || 60 seminario o colegio]] *G* collegio o seminario | tiene necessidad] *D* ha menester || 61 a lo menos de] *D om.* de || 61 de mil ducados] *G postea sup. lin.* quinientos, *et numerus* 1000 *corr. in* 500; *sed nova linea* digo necessita de mil ducados 1000 || 62 mil ducados] *om. in D, et tantum ponitur numerus* 1000 || 63-64 quinientos ducados] *om in D et solum scribitur numerus* 500 || 67 *loco* tierras *F* residencias | pequeña] *D* igual | ciento y cinquenta ducados] *D hoc loco solum* 150 *G om.* ducados || 69 Mino] *EG (falso) ponunt* Miaco | adonde] *CDE* donde || 73 de allá] *BC* de ella || 74-75 no se escusan] *C om.* se || 76-77 en el colegio de Meacó] *DEG om.* el colegio de || 78 destas partes] *seq. in F* de Meaco || 80 de los] *B seq.* colegios *postea del.* | particulares] *om. in DEG* || 82 de Ximo] *D del Ximo* || 83 comiença] *E* comience *G* comiençan

Higo-Kyūshū (sine insulis Amacusanis). Antiqua delineamenta ms. — 1. Kumamoto. 2. Uto. 3. Yatsushiro. 4. Nozu. 5. Yabe. — Vid. Ind. Tabularum.

It

It

It
It

It

It

It

It

J. 49, 320v-231

Iten Para el Superior de las partes de Bungo por las mesmas causas es necessario otro tanto 300

Iten Para el Superior universal de Meacó para lo mesmo a lo menos quatrocientos 400

Iten Para el Superior universal o Viceprovincial de todo Jappón para lo mesmo a lo menos seiscientos ducados . . . 600

Suma todo lo que gastan los Superiores universales mil y seiscientos ducados . . . . . . — 1600 —

Todos estos gastos ayuntados hazen la suma seguiente:

Iten	Para las Casas de Ximo	— 3230 —
Iten	Para las partes de Bungo	— 3390 —
Iten	Para las partes de Meacó	— 3800 —
Iten	Para los Superiores universales	— 1600 —
		12020 / f. 321

Destos doze mil y veinte tenemos en Malaca mil, que nos dió el Rey Don Sebastián de sancta memoria para el Colegio de Funay, aunque se pagan muy mal. Y otros mil ternemos en las tierras de Baçaim en la India. Y lo de más dándo-lo Su Sanctidad, se hará perpetuo fundador de todos los dichos Colegios, Seminarios y Casas, y consequentemente de toda la Provincia de Jappón, que es sin comparación mucho más que fundar un Colegio Germánico, o un Seminario Romano. Y haziéndo-se esta fundación, tengo por sin duda que antes de treinta años ternemos muchos reynos todos christianos en Jappón.

Alexandro

90-91 superior] *B seq.* d *del.* | quatro] *C seq.* s *del. dein* cientos | quatrocientos] *DFG seq.* ducados ‖ 92 o viceprovincial] DEG y viceprovincial ‖ 97 casas] *F. 1a le.* partes *corr. in* casas ‖ 98 partes] BCDEFG casas ‖ 104 ternemos] *G* tenemos ‖ 111 ternemos] *G* tendremos ‖ 112 *subscriptio in A* Alexo *in B* Alexo Valegno | *deest in CDEFG*

22

CATALOGUS INFORMATIONUM COMMUNIUM TAM PATRUM QUAM FRATRUM SOCIETATIS IESU PROVINCIAE INDIAE ORIENTALIS. CONSCRIPTUS MENSE DECEMBRI ANNI 1584

[Pro Japonia: Februario 1582]

I. De toto Catalogo in genere

1. Ex ipso titulo patet agi de Catalogo Primo Provinciae Indiae Orientalis, facto mense Decembri anni 1584. Conservatur in primo volumine Catalogorum Indiae Orientalis, *Goa 24 I* 132-151; continetur ergo 20 foliis chartae europaeae, 27,4 cm. alt., 20,5 cm. lat.

2. Inter Catalogos Informationum Communium Provinciae Indicae, factos tempore P. Alexandri Valignano, ordine temporis est secundus; nam istum praecedit Catalogus Primus mense Octobri 1575 confectus [1]. Inter duos istos catalogos, novem annorum spatio inter se distantes, tum magna et evidens similitudo, tum methodi conscribendorum catalogorum progressus deprehenditur. Uterque catalogus latine compositus est, etsi Catalogi Octobris 1575 etiam forma hispanica exstat; singulae dein paginae lineis verticalibus et horizontalibus in parva spatia quadrata dividuntur; in summa pagina tituli singularum informationum juxtaponuntur, ut puta aetas, studium etc; primo cuivis spatio quadrato (a latere sinistro incipiendo) nomen, dein eãdem lineã horizontali, singulis quadris singulae informationes de illo nomine inscribuntur.

3. Distributio tamen informationum inter utrumque catalogum differt. In Catalogo Primo Decembris 1584 ordo hic est:

Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis	Tempus studiorum	Gradus in litt.	Mini-steria	Ult. vota

In Catalogo Primo Octobris 1575 nomen, cognomen et aetas sub uno titulo uniuntur; admissio ad Societatem multo accuratius indicatur, dum adjungitur, quando et ubi quis ad novitiatum, et ad prima et ad ultima vota pervenerit; studia etiam enucleatius enumerantur; deinde vero (ut in Catalogo Primo Decembris 1584) promotio ad aliquem gradum in studiis (si quis adeptus sit) additur; deinde officia quae quis exercet vel exercuit; et sanitas corporis. Sequuntur tres informationum tituli, qui in posteriori catalogo omittuntur quorum primus, maximi quidem momenti, proh dolor, raro in catalogis invenitur: tempus scl. ordinationis sacerdotalis; deinde tum ingenii et judicii indoles, tum talentum ad ministeria et officia Societatis.

---

[1] Cf. opus nostrum *Introductio*, pp. 74-75.

Secundum dicta, Catalogi Primi Octobris 1575 schema erat hoc:

Nomen Cognomen Aetas	Admissus in Societ.	Studuit	Promotus	Ordinatus	Officium habet	Sanitas	Ingenii et Judicii	Talentum

4. Comparanti informationes de eisdem personis, in duobus istis catalogis expressas, plane liquet, auctorem Catalogi Primi 1584 nec solum nec principaliter inniti Catalogo Primo 1575: in quo nec patria singulorum indicatur, nec mensis ingressūs in Societatem nec officia praeterita. Ceterum, auctorem Catalogi Primi 1584 ad manus habuisse etiam Catalogum Primum 1575 sat probabile est: nam agitur de ultimo catalogo 'triennali' praecedenti, ab eodem auctore vel potius ejus jussione composito; praeterea formae similitudo id aliquo modo insinuat, quae neque in India Orientali neque in Japonia frequens recurrit, sed raro admodum adhibetur.

5. Praesens Catalogus anni 1584 compositus est a P. Hieronymo Cotta, Socio P. Alexandri Valignano, Visitatoris [1a], jussu ejusdem.

II. De parte japonica Catalogi.

1. Ceterum, si fortassis totius Catalogi Primi Decembris 1584 forma externa a forma Catalogi Primi Novembris 1575 dependet, informationes in Catalogo Primo 1575 datae solam Indiam spectant, dum regio 'meridionalis' ('partes do sul') et australis, i. e. Malacca, Moluccae, Sinae, Macao et Japonia, in illo Catalogo desiderantur. Quare pars sino-japonica praesentis catalogi (Dec. 1584), si ipsas informationes consideres, a Catalogo Primo Novembris 1575 *non* derivatur.

2. Sed neque Catalogus Primus Decembri 1579 a P. Alexandro Valignano in Japonia compositus in partem sino-japonicam Catalogi Primi 1584 influxum notabilem exercuit: cujus informationes nimis rudes sunt et incertae, collectae a Visitatore in partibus inferioribus Japoniae (' Shimo '), antequam totam Japoniam, i. e. omnes Domūs Societatis, in dissitis etiam regionibus Bungo et Miyako positas, visitavit.

3. Similiter, in exarando Catalogo Primo 1584 Catalogum Brevem Decembris 1581 Missionis Japonicae adhibitum fuisse, non omnino excluditur, sed ordo Domorum, maximeque personarum, a praesenti Catalogo multum differt.

4. P. Hieronymus Cotta expressis verbis asserit: informationes istas ex Libro Novitiatūs et ex aliis documentis haustas esse.

5. Cui tempori pars japonica Catalogi Primi Decembris 1584 correspondet? a) Eas conditiones Domorum ac personarum pars japonica Catalogi refert, quas Visitator P. Alexander Valignano , cum die 20. Februarii 1582, Macaum petiturus, e Japonia solveret [2], post se reliquit;

[1a] Alex. Valignano ad Gen., Goa, 27 Novembris 1587, lus., Orig., *J 10 II*, 289.

[2] *De Missione Legatorum Iaponensium ad Romanam curiam*, Macao 1590, p. 1; item p. 10, cum correctione in fine libri ('Errata sic corrige). Cf. J. Fr. SCHÜTTE S. J., *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan*, I, 1, Roma 1951, 5[3].

neque postea, cum Macai, Malaccae, et in India degeret, novas e Japonia litteras accepit, quibus de recentioribus eventibus instrueretur. Id ex ipso Catalogo certo tenemus: nam, ut cetera transeamus, Seminarium Azuchiense paulo post mortem ducis Oda Nobunaga, mense Junio 1582, alumnis jam inde profectis, ab Akechi copiis penitus depraedatum est [3]; alumni vero primum in urbem Miyako [4], exinde in castellum Takatsuki [5] translati sunt. Quae omnia in praesenti Catalogo ignorantur; Seminarium enim, ut prius, in castello Azuchi recensetur. *Eventus ergo, qui Junio 1582 acciderant, auctorem latebant.* — b) Attamen, Catalogus iste, si Catalogo Brevi Decembris 1581 comparatur, *posterior* est: nam Visitator, e Japonia discessurus, ad nonam interrogationem Consultationis in Bungo habitae [6], ac similiter ad nonam interrogationem Consultationis Japonicae [7], in suis 'Resolutionibus' respondens, Residentias parvas ad numerum minorem reducendas, immo complures Residentias supprimendas esse edixit [8]. Quo factum est, ut quatuor Residentiae (Kuchinotsu, in feudo Arima; Kuri, in feudo Ōmura; Hondo et Kutami, in insula Amakusa Inferiori) dissolverentur [9]. Sed iste status rerum in praesenti Catalogo (secus ac in Catalogo Brevi Decembris 1581) jam supponitur. — c) Neque vero condiciones mense Februario 1582 in Missione Japonica vigentes praesens Catalogus perfecte reddit: nam auctor, Decembri 1584 scribens, eas mutationes personarum in Catalogum inducit, quas (quia eas Visitator fieri jussisset) factas supponebat; de quarum tamen executione interim e Japonia certior fieri non poterat. Ita etiam in Catalogo Brevi Decembris 1581 7 sociorum nomina addita sunt, qui in civitate Macao transitum in Japoniam exspectabant; qui post infelix tentamen anno 1582 factum, e naufragio salvati atque Macaum regressi, tandem sequenti anni in Japoniam ad-

---

[3] Lud. Fróis - Generali, Kuchinotsu, 5. Novembris 1582, lus., orig., *J. 9 I* 99v, 100v (in Relatione de morte Nobunagae); cf. Fróis II 341/1v.

[4] De fuga a castello Azuchi ad metropolim Miyako v. *Relationem de morte Nobunagae* in nota antecedenti: *J. 9 I* 99v-100v; Fróis II 332/9.

[5] Lud. Fróis - Generali, Nagasaki, 2. Januarii 1584, lus., orig., *J. 45 I* 71v-72.

[6] *Consulta feita em Bungo, pollo Padre Alexandre Valignano Visitador da Yndia no mes d'outubro do anno 1580 acerca das cousas de Japão*: « 9a Pregunta. Se se devião multiplicar as Residências ou procurar de ter os Padres juntos mandando-os a tempos a fazer fruito in diverças mições », lus., orig., *J. 2,* 18-19v; *Consulta hecha en Jappón por el Padre Alexandro Valignano, Visitador de la Compañia de la Yndia, en el año de 80 y 81*: « Pregunta 9a. Si era bien tener estas Residencias como están con un Padre y uno o dos Hermanos solos, o fuera mejor, en cada senorío recoger los Padres de todas sus Residencias en una casa, de do fueren visitando todos los lugares de quel senorio », hisp., orig., *J. 2,* 56v-57v.

[8] *Resoluçoins que o Padre Visitador deu acerqua das perguntas da Consulta que se fez em Japão no ano de 1581 en diversas partes*: « Acerca da nona pergunta ... », lus., orig., *J. 49,* 227-229.

[9] Gaspar Coelho - Generali, Nagasaki, 15. Februarii 1582, Litterae Annuae, hisp., ex. contemp., *J. 46,* 61v, 62, 63v.

venerunt [10]. Atqui, auctor in India Catalogum componens, scire utique poterat, ad quae munera vel loca singuli destinati essent; sed unde re vera degerent, interim e Japonia certior factus non est. Nobis vero difficile dictu est, num ea, quae Visitator, in Japonia commoratus, de personarum distributione disposuit, illo discedente jam actu facta fuerint necne; vel de quibus sociis, jam de loco in locum mutatis, ipse ante discessum e Japonia resciverit. De ordinum quidem executione ut plurimum non est cur dubitetur, ac proinde Catalogo fides deneganda non videtur; attamen, veritas ac certitudo de singulis saepius asseri vix poterit.

---

[10] De itinere (profecti sunt e Macaensi portu c. diem 6. Julii 1582) et de naufragio redituque ad civitatem Macaensem (quo advenerunt. c. diem 8. Octobris 1582): Petrus Gómez - Generali, Macao, 11. Decembris 1582, hisp., autogr., *J. 9 I* 108/9v. — De altero itinere (profecti sunt mense Julio 1583), tam prospero, ut post 11 dies ad oram Japonicam advenerint: Petrus Gómez - Generali, Bungo, 2. (12.?) Novembris 1583 hisp., autogr., *J. 9 II* 179-181v. Similiter Petrus Gómez - Al. Valignano, 2. Novembris 1583, Usuki, lus., autogr., *J. 9 II* 177/8v.

Textus

Goa 24 I 145v-151

145v DOMUS CINENSIS

	Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis
252	P. Melchior Carnerius, Patriarcha Aethiopiae				
253	P. Franciscus Cabral	Oppido Covillã, Igitensis dioecesis in Lusitania	56 annos natus	Infirmus	Ingressus est anno 1554, mense Decembri
254	P. Laurentius Mexia	Lusitanus	45 annos natus	Mediocres vires habet	Ingressus est anno 1559
255	P. Andreas Pintus	Portuensis in Lusitania	47 annos natus	Mediocriter robustus	Ingressus est anno 1557, mense Maio
256	P. Franciscus de Chaves	Malacensis in India Orientali	40 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1563 mense Junio
257	P. Ferdinandus Martinus	Eborensis in Lusitania	41 annos natus	Mediocriter robustus	Ingressus est anno 1567 mense
258	P. Matthaeus Ritius	Maceratensis in Italia	31 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1571
259	P. Franciscus Passius	Bononensis	31 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1572

Tempus studiorum	Gradus in litteris	Ministeria quae exercuit	An Professus vel Coadjutor sit, et a quo tempore
Post cursum philosophiae audivit theologiam per 2 annos		Rector Goensis, Cochinensis, Bassainensis, Superior Japponiae per aliquot annos, concionator, confessor	Factus est Professus 4 votorum anno 1569
Studia confecta		Rector Brigantinus, Magister novitiorum Olysipone, Socius Visitatoris Indiae, concionator, confessor, docuit grammaticam et literas haebreas	Factus est Professus 4 votorum anno 1570
Dedit operam casibus conscientiae		Minister Goae et Malacae, nunc Procurator Indiae et Japponiae, confessor	
Dedit operam casibus conscientiae per triennium		Docuit pueros legere et scribere per sex an[n]os et literas humaniores per 5 annos, Minister Goensis, praefectus ecclesiae	
Dedit operam casibus conscientiae		Praefectus ecclesiae, confessor	/ 146
Post cursum philosophiae audivit theologiam per annum		Exercuit scholam literarum humaniorum per triennium, confessor	
Post cursum philosophiae audivit theologiam per biennium		Minister Goensis, confessor	

	Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis
260	P. Michael Rogerius	Neapolitanus	41 annos natus	Laborat capite et stomacho interdum, alias robustus	Ingressus est anno 1572
261	Franciscus Ferrerius	Cochinensis in India Orientali	24 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1579 mense Martio
262	Antonius Páiz	Oppido Atouguia, Olyssiponensis dioecesis, in Lusitania	48 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1565 mense Aprili
263	Ignatius Ferdinandus	Goensis in India Orientali	42 annos natus	Mediocriter robustus	Ingressus est anno 1579, mense Decembri
	[Residentia Aethiopiae complectitur numeros 264-265]				

VICEPROVINCIA JAPPONICA

Regnum Bungense

COLLEGIUM FUNAIENSE

266	P. Gaspar Coellius	Portuensis in Lusitania	53 annos natus	Mediocriter robustus	Ingressus est anno 1556, mense Martio
267	P. Ludovicus Fróis	Olysipponensis in Lusitania	54 annos natus	Plusquam mediocriter robustus	Ingressus est anno 1548, mense Februario aut Martio

Tempus studiorum	Gradus in litteris	Ministeria quae exercuit	An Professus vel Coadjutor sit, et a quo tempore
Audivit jus civile et pontificium per 12 annos. Post cursum philosophiae audivit theologiam anno cum dimidio	Doctor in utroque	Socius Procuratoris Romae, confessor	
Post cursum philosophiae caepit operam dare casibus conscientiae		Docet pueros legere et scribere	
		Docuit pueros legere et scribere	Factus est Coadjutor Temporalis formatus anno
		Officia domestica	

/146v

Dedit operam casibus conscientiae		Viceprovincialis Iapponiae	Factus est Professus trium votorum anno 1571
Post cursum philosophiae audivit theologiam per biennium		Socius Viceprovincialis, concionator et confessor, alias Superior Bungi	Factus est Professus trium votorum anno 82

	Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis
268	P. Petrus Gomezius	Oppido Antequera, Hispalensis dioecesis in Boetica	50 annos natus	Debilis	Ingressus est anno 1553, mense Decembri
269	P. Melchior de Figueiredo	Goensis in India Orientali	54 annos natus	Mediocriter robustus	Ingressus est anno 1554
270	P. Antoninus Praenestinus	Italus	41 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1565
271	P. Georgius Carvallal	Visensis in Lusitania	35 annos natus	Mediocriter robustus	Ingressus est anno 1566, mense Maio aut Iunio
272	P. Franciscus Calderón	Oppido Soria, Ossunensis dioecesis in Hispania	37 annos natus	Mediocriter robustus	Ingressus est anno 1569, mense
273	Amator de Góis	Cochinensis in India Orientali	24 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1574, mense Octobri
274	Petrus Coellius	Oppido Villa do Conde, Braccarensis dioecesis in Lusitania	26 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1575, mense Octobri
275	Andreas de Órias	Malacensis in India Orientali	23 annos natus	Pollet viribus	Ingressus est anno 1577
276	Michael Soárez	Lusitanus	31 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1577

Tempus studiorum	Gradus in litteris	Ministeria quae exercuit	An Professus vel Coadjutor sit, et a quo tempore
Studia confecta	Magister in Artium facultate	Docuit philosophiam 8 annos, theologiam 2, concionator, consultor per decennium, nunc Superior regni Bungensis	Factus est Professus 4 votorum anno 1568
Post cursum philosophiae audivit theologiam per biennium		Docuit grammaticam biennio, Magister novitiorum, Goae, Rector	Factus est Professus 3 votorum anno 1582
Post cursum philosophiae audivit theologiam per biennium		Docuit literas humaniores per ..., confessor	
Post cursum philosophiae audivit theologiam per biennium		Docuit grammaticam per biennium, Magister novitiorum, Goae, concionator et confessor	
Studia confecta	Licentiatus in Artium facultate	Concionator et confessor	
Dat operam grammaticae			
Dat operam literis humanioribus			/ 147
Scholaris grammaticae			
Dat operam literis humanioribus			

	Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis
277	Franciscus Pirezius	Oppido S.i Felicis, Bracharensis dioecesis in Lusitania	21 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1579, mense Ianuario
278	Ludovicus de Abreu	Cochinensis in India Orientali	23 annos natus	Mediocriter robustus	Ingressus est anno 1580
279	Ioannes Rodericus	Lusitanus	23 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1580, mense Decembri
280	Simon	Japponius	28 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1580, mense Decembri
281	Jophu Paulus	Japponius	70 annos natus	Mediocriter robustus	Ingressus est anno 1580, mense Decembri
282	Emmanuel Borrallius	Lusitanus	30 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1577

RESIDENTIA YU.

283	P. Gondissalus Rebellus	Lusitanus	40 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1563, mense Octobri
284	Matthias	Japponius	30 annos natus	Mediocriter robustus	Ingressus est anno 1577

Tempus studiorum	Gradus in litteris	Ministeria quae exercuit	An Professus vel Coadjutor sit, et a quo tempore
Dat operam litteris humanioribus			
Dat operam literis humanioribus			
Dat operam literis humanioribus			
		Concionator	
		Concionator	
		Subminister	

Tempus studiorum	Gradus in litteris	Ministeria quae exercuit	An Professus vel Coadjutor sit, et a quo tempore
Dedit operam casibus conscientiae		Confessor, et Superior huius Residentiae	
		Concionator	/ 147v

DOMUS PROBATIONIS OZUCHIENSIS

	Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis
285	P. Petrus Ramón	Hispanus	36 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1570
286	P. Franciscus Laguna	Oppido Lucrunio, Calahorrensis dioecesis in Hispania	32 annos natus	Pollet viribus	Ingressus est anno 1570
287	Gaspar Martinus	Olysipponensis in Lusitania	26 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1576, mense Aprili
288	Joannes Torres	Japponius	40 annos natus	Mediocriter robustus	Ingressus est anno 1568
289	Hieronymus Correa	Lusitanus	22 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1580, mense Decembri
290	Simon Gondissalus	Lusitanus	23 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1580, mense Decembri
291	Petrus Carrascus	Lusitanus	23 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1581, mense Martio
292	Linus	Japponius	26 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1581, mense Iunio
293	Gianus	Japponius	25 annos natus	Admodum robustus	Ingressus est anno 1581, mense Octobri
294	Ignatius	Japponius	25 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1581, mense Octobri

Tempus studiorum	Gradus in litteris	Ministeria quae exercuit	An Professus vel Coadjutor sit, et a quo tempore
Post cursum philosophiae audivit theologiam per triennium		Magister novitiorum Goae, nunc Rector Domus probationis	
Studia confecta	Bachalaureus in Artium facultate	Confessor	
Dedit operam grammaticae		Socius Magistri novitiorum	
		Concionator	
Scholaris grammaticae			
Scholaris grammaticae			
Scholaris grammaticae			
		Concionator	
		Concionator	/ 148
		Concionator	

	Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis
295	Melchior	Japponius	23 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1581, mense Octobri
296	Franciscus de Órias	Oppido Machao, Sinensis dioecesis in India Orientali	22 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1581, mense Novembri
297	Georgius	Japponius	21 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1583, mense
298	Andreas	Japponius	19 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1583
299	Domin[i]cus Ferdinandus	Lusitanus	42 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1572, mense
300	Joannes de Crasto	Lusitanus	46 annos natus	Mediocriter robustus	Ingressus est anno 1577

RESIDENTIA NOTÇU

301	P. Joannes Baptista	Ferrariensis in Italia	50 circiter annos natus	Robustus	Ingressus est anno 15..
302	Franca Leo	Japponius	38 aut 39 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1581, mense Octobri

Tempus studiorum	Gradus in litteris	Ministeria quae exercuit	An Professus vel Coadjutor sit, et a quo tempore
		Concionator	
Scholaris grammaticae			
		Concionator	
		Concionator	
		Officia domestica	
		Subminister	
Dedit operam casibus conscientiae		Confessor, Superior huius Residentiae	Factus est Coadiutor Spiritualis formatus anno 1581
		Concionator	/148v

REGNUM MIACENSE

DOMUS MIACENSIS

	Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis
303	P. Joannes Franciscus	Romanus	44 annos natus	Robustus	Ingressus est anno
304	P. Christophorus Moreira	Lusitanus	31 annos natus	Laborat interdum ex oculis, alias robustus	Ingressus est anno 1577
305	Cosmas	Japponius	28 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1574
306	Bartholomeus Rotundus	Hispanus	39 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1570

RESIDENTIA TACATZUCHENSIS

307	P. Iosephus Furlanetus	Venetus in Italia	35 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1571
308	Michael	Japponius	21 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1580, mense Decembri
309	Hieronymus Vaz	Lusitanus	33 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1579
310	P. Gregorius Céspedes	Oppido Cáceres, Coriensis dioecesis in Hispania	34 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1569
311	Paulus	Japponius	28 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1577

Tempus studiorum	Gradus in litteris	Ministeria quae exercuit	An Professus vel Coadjutor sit, et a quo tempore
Dedit operam casibus coscientiam		Superior domus	
Dedit operam literis humanioribus			
		Concionator	
		Habet curam domus	
Dedit operam casibus coscientiae		Superior huius Residentiae, confessor	
		Concionator	/149
Dedit operam iuri pontificio biennio. Post cursum philosophiae audivit theologiam per 3 annos		Concionator, confessor, Superior huius Residentiae	
		Concionator	

SEMINARIUM ANZUCHIENSE

	Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis
312	P. Organtinus	Brixiensis in Italia	52 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1555
313	P. Franciscus Carrión	Oppido Medina del Campo, Salmanticensis dioecesis in Hispania	32 annos natus	Mediocriter robustus	Ingressus est anno 1571
314	Laurentius	Japponius	60 annos natus	Mediocriter robustus	Ingressus est abhinc 20 annos et eo plus
315	Simeon de Almeida	Olysipponensis in Lusitania	25 annos natus	Debilis	Ingressus est anno 1574, mense Augusto
316	Vincentius	Japponius	40 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1580, mense Decembri
317	Jacobus Pererius	Cochinensis in India Orientali	34 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1575, mense Aprili
318	Joannes Nicolaus	Neapolitanus	26 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1580

Tempus studiorum	Gradus in litteris	Ministeria quae exercuit	An Professus vel Coadjutor sit, et a quo tempore
Post cursum philosophiae audivit nonnihil theologiae		Superior illarum partium, scilicet Meacô regni	Factus est Professus 3m votorum anno 1568
Audivit philosophiam et casus conscientiae et nonnihil etiam theologiae		Minister	
		Concionator	
Dedit operam grammaticae			
		Concionator	
		Subminister et officia domestica	
		Depingit	/ 149v

REGNUM XIMENSE [XIMO]

SEMINARIUM ARIMACENSE

	Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis
319	P. Melchior de Mora	Boeticus	39 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1570
320	P. Balthasar López Minor	Oppido Castello Branco, Igitensis dioecesis in Lusitania	36 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1565, mense Januario
321	P. Damianus Marinus	Hispanus	35 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1570
322	P. Antonius Ferdinandus	Braccarensis in Lusitania	30 annos natus	Plus quam mediocriter robustus	Ingressus est anno 1576, mense Aprili
323	Damianus	Japponius	40 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1570
324	Joannes Milanesius	Goensis in India Orientali	26 annos natus	Mediocriter robustus	Ingressus est anno 1575, mense Augusto
325	Antonius Álvarez	Prope D. Gondissali de Amarante, Bracharensis dioecesis in Lusitania	33 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1577, mense Martio
326	Ambrosius da Cruz	Lusitanus	28 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 15 - -

Tempus studiorum	Gradus in litteris	Ministeria quae exercuit	An Professus vel Coadjutor sit, et a quo tempore
Post cursum philosophiae audivit theologiam per biennium		Rector	
Dedit operam casibus conscientiae		Confessor. Docuit grammaticam per biennium	
Post cursum philosophiae audivit theologiam per annum		Magister novitiorum Goae, confessor	
Post cursum philosophiae dedit operam casibus conscientiae		Confessor	
		Concionator	
Dedit operam literis humanioribus		Docet pueros grammaticam	
Scholaris grammaticae			
		Officia domestica	

RESIDENTIA COCHINOTÇUENSIS / 150

	Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis
327	Guillelmus	Olysipponensis in Lusitania	51 annos natus	Debilis	Ingressus est anno 1558

RESIDENTIA ARIENSIS

328	P. Alfonsus Gondissalus	Galausus	38 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1570
329	Rochus	Japponius	77 annos natus	Robustus	

REGNUM AMACUSSENSE

RESIDENTIA CAVACHINURAE

330	P. Ludovidus de Almeida	Olysipponensis in Lusitania	66 annos natus	Debilis	Ingressus est anno 1557
331	P. Iulius Pianus	Maceratensis in Italia	46 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1558
332	Joannes Bernárdez	Lusitanus	24 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1579, mense Januario
333	Gomezius	Japponius	35 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1582, mense Januario

/ 150

Tempus studiorum	Gradus in litteris	Ministeria quae exercuit	An Professus vel Coadjutor sit, et a quo tempore
Scholaris literarum humaniorum		Concionator	
Dedit operam casibus conscientiae		Superior et confessor	
		Concionator	
Dedit operam casibus conscientiae		Superior et confessor	
Dedit operam casibus conscientiae		Confessor	
Scholaris grammaticae			
		Concionator	

REGNUM OMURENSE

RESIDENTIA OMURENSIS / 150v

	Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis
334	P. Alfonsus de Lucena	Visensis in Lusitania	34 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1564
335	P. Sebastianus Gondissalus	Lusitanus, oppido Chaves, Bracharensis dioecesis	47 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1554
336	P. Christophorus Leo	Castellanus	36 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1570
337	P. Alvarus Díaz	Cochinensis in India Orientali	29 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1574, mense Julio
338	Nicolaus	Japponius	46 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1582, mense Januario
339	Franciscus Ferdinandus	Oppido Santa Marigna prope Barcelos, Bracharensis dioecesis in Lusitania	35 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1575, mense Septembri

RESIDENTIA NANGAZACHENSIS

340	P. Antonius Lopezius	Olysipponensis in Lusitania	36 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1564, mense Januario

/ 150v

Tempus studiorum	Gradus in litteris	Ministeria quae exercuit	An Professus vel Coadjutor sit, et a quo tempore
Post cursum philosophiae audivit theologiam per annum	Licentiatus in Artium facultate	Superior et confessor	
Studia confecta		Explicavit Artium cursum. Concionator, confessor	Factus est Professus 3m votorum anno 1571
Post cursum philosophiae audivit theologiam per biennium		Confessor	
Post cursum philosophiae audivit nonnihil theologiae		Concionator et confessor	
		Concionator	
		Officia domestica	

Post cursum philosophiae audiit theologiam per triennium		Superior et confessor	

	Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis
341	P. Michael Vaz	Cochinensis in India Orientali	38 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1562
342	Linus	Japponius	26 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1581, mense Junio
343	Ambrosius Ferdinandus	Lusitanus	33 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1578

RESIDENTIA FIRANDENSIS

344	P. Balthasar López Maior	Oppido Villa Vissosa, Eborensis dioecesis in Lusitania	46 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1561, mense Novembri
345	P. Aires Sánchez	Olysipponensis in Lusitania	54 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1562
346	Joannes Gerardinus	Ferrariensis in Italia	43 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1560
347	Leo Tacatensis	Japponius	25 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1580, mense Decembri

Tempus studiorum	Gradus in litteris	Ministeria quae exercuit	An Professus vel Coadjutor sit, et a quo tempore
Dedit operam casibus conscientiae		Confessor	
		Concionator	/ 151
		Subminister	

Dedit operam casibus conscientiae		Superior et confessor	
		Confessor	
		Officia domestica	Factus est Coadjutor Temporalis formatus anno 1570 aut 1571
		Concionator	

MISSIO ROMANA
[I. LEGATIO JAPONICA IN EUROPAM 1582-1590]

	Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis
348	P. Iacobus de Mesquita	Oppido Meianfrio, Portuensis dioecesis in Lusitania	31 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1574, mense Aprili
349	Joannes Sánchez	Oppido Merida, Hispalensis dioecesis in Hispania	29 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1569
350	Georgius	Japponius	22 annos natus	Robustus	Ingressus est anno 1580, mense Decembri

Tempus studiorum	Gradus in litteris	Ministeria quae exercuit	An Professus vel Coadjutor sit, et a quo tempore
Coepit operam dare dialecticae		Confessor	
Scholaris literarum humaniorum			
		Concionator	

nr. 255 1557 *corr.* ‖ nr. 262 Temporalis *corr.?* ‖ nr. 267 54 *corr.* ‖ nr. 286 Lucrunio *corr. ex* Logrogno / Calahorensis *corr.* ‖ nr. 296 Orias *vid. corr. ab initio* ‖ nr. 314 ingressus est *seq. anno* 15 *del.* ‖ nr. 317 anno 1575 *corr., vid. ex* 1565 ‖ nr. 331 Julius *corr., prob. ex* Julianus

23

CATALOGUS BREVIS VICEPROVINCIAE JAPONICAE

1583 [ultimis mensibus]

Unum quod novimus exemplum istius Catalogi, in ARSI exstat: *J. 25* 3-4v. Duobus foliis chartae japonicae, 32, 5-33 cm. altis, 24, 5-24, 8 cm. latis, constat. Folium alterum rectum (*J. 25* 4) vacat, idem folium versum (*J. 25* 4v) nonnisi titulum et directionem, et verba Romae adjecta, continet. Textus Catalogi in primo folio recto et verso (*J. 25* 3-3v) duabus columnis, una manu, uno atramento, scriptus, quatuor partes habet: tribus enim personae Societatis singulatim, adjecto unicuique personae numero arabico, recensentur, ita ut prima serie sacerdotes seu Patres ab uno usque ad 29, deinde Fratres europaei ab uno usque ad 30, tandem Fratres japonici ab uno usque ad 26 numerentur. Quarta pars de aliis personis Ecclesiae inservientibus breviter dicit. — Catalogus olim tripliciter plicatus fuit. In primo folio, columnae dexterae plica inferior, in margine leviter scissa, restaurata fuit.

De tempore compositionis in ipso Catalogo nihil legitur; postea tamen, quater (semel in margine superiori primi folii, columna dextera, ter in altero folio verso variis in locis) numerus anni 1583 adjunctus est. Si istum Catalogum cum epistolis anno 1583 datis, et cum Litteris annuis, a P. Ludovico Fróis die 2. Januarii 1584 subsignatis conferas, de tempore compositionis sat accurate constat. Nam non solum post adventum *P. Petri Gómez* ejusque sociorum in Japoniam — qui die 25. Julii 1583 ad portum Nagasakiensem applicuerunt [1] — sed etiam post mortem P. Ludovici de Almeida — qui mense Octobri 1583 defunctus est [2] et in Catalogo non amplius recensetur — exaratus est. Alia ex parte, Catalogus *ante* diem, qui Litteris annuis (2. Januarii 1584) appositus est, originem habuisse videtur; numerus enim tum sacerdotum, tum Fratrum europaeorum, tum Fratrum japonensium in Litteris annuis indicatus Catalogo nostro, qui singulas personas, triplici illa serie distinctas, *singulatim* refert, omnino correspondet [3]: quem numerum non

---

[1] Franciscus Pasio - Ludovico Maselli (Rectori Collegii S. J. Romani), Nagasaki, 22. Decembris 1583, ital., autogr., *J. 9 II* 230/0v; cf. Petrus Gómez - Generali, Bungo, 2. (12 ?) Novembris 1583, hisp., autogr., *J. 9 II* 179.

[2] Ludovicus Fróis - Generali, Nagasaki, 2. Januarii 1584, lus., orig., *J. 45 I* 56v.

[3] « O número dos da Companhia neste anno presente de mil quinhentos e oytenta e quatro — e [com] serem todos os que cá estão dispersos — 85; dos quaes 6 são Professos, hum de 4 votos e os 5 de 3; hum Coadjutor Spiritual formado e hum Irmão Coadjutor Temporal formado; hum mestre do Curso e 6 Irmãos que ouvem, outro de Humanidade, e os Irmãos estudantes 10. O número dos Sacerdotes são vinta nove; os Irmãos de Europa 30; e os Irmãos Japõis 26. Os mininos Japõis que se crião em 2 Seminários, e outros que se chamão *dojuqus* que andão em companhia dos Padres e os ajudão às mis-

Catalogus e Litteris annuis, sed vicissim Litterae annuae ex Catalogo hauserunt.

Quis Catalogum composuerit, non plane patet; at, dubium non est quin Viceprovincialis Japoniae, P. Gaspar Coelho, si ipse sensu proprio auctor non sit, eum confici sua auctoritate jusserit; compositum vero, antequam Romam mitteretur, ab eodem revisum esse opinamur.

Ubinam et a quo Catalogus *descriptus* est? Manus scribentis non omnino ignota est: illa enim inter varias manūs invenitur, quae descripserunt relationem a P. Ludovico Fróis compositam, originalem [4], ab auctore die 30. Septembris 1578 in domo Usukiensi ad finem perductam (sed cui postea epistolam quandam Patris Organtini Soldo-Gnecchi adjecit) et eo ipso die, vel paulo post, suo nomine subsignatam [5]. Praeterea in Litteris annuis, quibus idem P. Ludovicus Fróis die 20. Januarii 1584 in civitate Nagasaki subscripsit, duobus locis pauca verba, quae deerant, postea ab eãdem manu, quae nostrum Catalogum descripsit, inserta sunt [6]. Unde amanuensem istum sub finem Septembris anni 1578 cum P. Ludovico Fróis in Bungo degisse, mense Januario 1584 cum eõdem in Residentia Nagasakiensi moratum esse concludimus. Quisnam ille sit, id nobis hucusque non constat. Sed unum quod novimus exemplum istius Catalogi *in Japonia* opportuno tempore, ita ut cum ceteris documentis et litteris Macaum mitti posset, descriptum fuisse opinamur.

---

sas e nos mais ministérios com a Christãodade são sento e dous; e ajuntando a estes a gente que serve em todas as casas da Companhia, e os bonzos que ella sostenta em muytas igrejas, depois que se fazem Christãos, pera o emsino dos mininos, [e] emterramentos, serão por todos perto de quinhentas pessoas »: L. Fróis ad Gen., Nagasaki, 2. Januarii 1584, lus., Orig., *J. 45 I* 56-56v. — Numeri tam accurati cognitionem singulorum sociorum aliorumque coadjutorum necessario supponunt; quare non Catalogus e Litteris annuis, sed Litterae annuae e Catalogo numeros istos hausisse videntur.

4 Ludovicus Fróis ad Fratrem Ferdinandum Guerreiro S. J. in Lusitania, Usuki, 30, Septembris 1578, lus., Orig., *J. 45 II* 1-14v: in ista collectione variarum epistolarum, a L. Fróis in quandam unitatem redacta, saltem fol. 6/6v a nostro amanuensi scriptum est .

5 Subscriptio in fol. 14, post epistolam Patris Organtini in fine adjunctam et tertiam fere partem paginae vacantem, invenitur; forsitan L. Fróis, antequam litteras subsignavit et clausit, per aliquod tempus exspectavit, ut ultimos nuntios adderet.

6 Ludovicus Fróis - Alexandro Valignano in India, Nagasaki, 20. Januarii 1584, lus., orig., *J. 9 II* 252 et 254.

Textus

J. 25, 3-4v

†

Jesus

Lista dos Padres e Irmãos desta Provincia de Japão, pera a Yndia e Europa

[1583]

1 O P.e Gaspar Coelho, Viceprovincial de Japão
2 O P.e Luís Fróis, Professo, consultor e munitor seu
3 O P.e Pedro Gomes, Professo, Superior de Bungo
4 O P.e Organtino, Professo, Superior do Miaco
5 O P.e Melchior de Figeiredo, Professo, Reitor do Collégio de Funay
6 O P.e Bastião Gonçálvez, Professo, confessor na língoa
7 O P.e João Baptista de Monte, Ytaliano, Coadjutor Spiritual formado
8 O P.e Melchior de Moura, Reitor do Seminário de Arima
9 O P.e Pedro Ramón, Reitor na Casa da provasão do Usuqi no reino de Bungo
10 O P.e Baltezar Lopes, Superior na Rezidência de Firando
11 O P.e Ayres Sanches, seu companheiro
12 O P.e Afonso de Lusena, Superior na Rezidência de Vomura
13 O P.e Christóvão de Lião }
14 O P.e Jorge de Carvalhal } seus companheiros
15 O P.e António Lopes, Superior da Rezidência de Nangasaqui
16 O P.e Álvoro Dias }
17 O P.e Francisco Pássio } seus companheiros
18 O P.e Damião Marín }
19 O P.e Baltezar Lopes } companheiros do Reitor de Arima
20 O P.e Afonso González, Superior na Rezidência de Amaqusa
21 O P.e Julio Piani, seu companheiro
22 O P.e Francisco de Laguna, companheiro do Reitor da Casa de provasão do Usuqui
23 O P.e Christóvão Moreira, reside no Collégio de Funay, vizita a christandade
24 O P.e Antonino Prenestino, lente do curso no Collégio de Funay

25 O P.e Gonsallo Rabelo, na Rezidência de Yu no reino de Bungo / 3 col. b.

26 O P.e Joseph Forlaneti
27 O P.e João Francisco — rezidem no Seminário de Tacaççuqui

28 O P.e Francisco Carrião
29 O P.e Gregório de Céspedes — estão na casa do Miaco

Irmãos de Europa

1 O Ir. Miguel Soares
2 O Ir. Amador De Góis
3 O Ir. João Rodriges
4 O Ir. Pero Coelho
5 O Ir. João de Milão
6 O Ir. António Álvarez — estudantes do curso

7 O Ir. Manoel Borralho
8 O Ir. Jerónimo Correa
9 O Ir. Luís D'Abreu
10 O Ir. Simão Gonçálvez
11 O Ir. Francisco Dória
12 O Ir. André Dória
13 O Ir. Ambrózio da Crus
14 O Ir. Francisco Pires
15 O Ir. João Niculao, pintor
16 O Ir. Jerónimo Vaz — estudantes da humanidade

17 O Ir. Simeão D'Almeida, mestre do Seminário de Tacaççuqi

18 O Ir. Jácome de Navais
19 O Ir. Domingos Dias
20 O Ir. Gaspar Carvalho / 3v col. a. — novícios

21 O Ir. Francisco Fernandes
22 O Ir. Domingos Fernández
23 O Ir. Guilherme
24 O Ir. João Bernardes
25 O Ir. Ambrózio Fernández
26 O Ir. Jerardino
27 O Ir. Diogo Pereira
28 O Ir. Bertolameu Redondo — Coadjutores Temporais

29 O Ir. João de Crasto, procurador de Japão
30 O Ir. Gaspar Martínez

Irmãos japõis

1 O Ir. Niculao
2 O Ir. Afonso
3 O Ir. Gomes
4 O Ir. Jião
5 O Ir. Ynácio
6 O Ir. Bastião
7 O Ir. Simão
8 O Ir. Gaspar
9 O Ir. André
10 O Ir. Thomé

Novícios

11 O Ir. Lourenso
12 O Ir. Damião
13 O Ir. Roque
14 O Ir. Yofo Paulo
15 O Ir. Vicente
16 O Ir. João de Torres
17 O Ir. Paulo
18 O Ir. Cosme
19 O Ir. Miguel / 3v col. b.
20 O Ir. Mathias
21 O Ir. Fancão Lião
22 O Ir. Simão
23 O Ir. Lião do Tacata
24 O Ir. Romão
25 O Ir. Melchior
26 O Ir. Lino

Estes são velhos, e muitos delles antigos na Companhia, os quais já todos têm feitos seus votos.

Os meninos de ambos os Seminários e os *dojiqus* que andão com os Padres, serão por todos perto de cento.

Os mosos que servem todas as casas de Japão, e os que acompanhão os Padres por diversos lugares, e os bonzos que por ordem da Companhia estão postos em igrejas pera guarda dellas e doutrina dos Christãos, pasão de duzentas pessoas: de modo que a gente que a Companhia

sustenta e dá de comer e vestir em Japão
são perto de quinhentas pesoas.

fol. 4 vac. / fol. 4v

Lista dos Padres, Irmãos e *do-*
jiqus e de toda a mais jente 120
que a Companhia sostenta em Ja-
pão. Pera a Yndia e Europa.

2.ª via.

24

SUMMARIUM AEDIUM ET REDDITUUM S. J. IN INDIA ORIENTALI ET JAPONIA

[Anno 1586]

I - Provinciae Indiae Orientalis Praepositus, P. Alexander Valignano, simul cum aliis litteris ac scriptis, vertente anno 1586 Romam missis, ad Procuratorem Missionum Lusitanarum Ulyssipone residentem, P. Hieronymum Cardoso, Summarium omnium possessionum ac reddituum Societatis in India Orientali destinavit: cui injunxit, ut pro Curia Romana S. J. illud transcribendum curaret [1]. — Causam vero componendi Summarium illud, diebus 20. et 22. Decembris 1586 e civitate Cochim scribens, Praeposito Generali declaravit: nam cum ipse P. Alexander Valignano Regem Philippum secreto de bonis Societatis Jesu in India inquirere cognovisset (sicut etiam de aliis Ordinibus fieri rex jusserat), idcirca Provincialis, ut de rei veritate e parte Societatis Jesu vere constaret, accurata indagine facta, bonorum immobilium omnium et reddituum elenchum conscripsit [2]. In quo, cum per oblivionem hortus quidam prope civitatem Goam, ad quem recreationis causa Fratres sese

1 Ita in inscriptione documenti, fol. 1.

2 Valign. ad Gen., Cochim, 20. Dec. 1586, Orig., hisp., 1a via, *J. 10 II* 212v; Valign. ad Gen., Cochim, 22. Dec. 1586, Orig., hisp., 1a via, *J. 10 II* 214v. — Textum primae epistolae vid. in opere nostro *Introductio* pp. 102-103. Prorex Indiae ad Regem Philippum elenchum possessionum et reddituum Jesuitarum in India Orientali miserat: de quo ipse Rex die 6. Februarii 1589 Proregi respondit: « Vi a folha ... das rendas que os Religiosos da Companhia de JESVS têm de minha fazenda nesse Estado »; et concessos quidem eisdem redditus semper accurate solvendos esse; desiderari tamen *omnium omnino* Societatis Collegiorum, Domorum, possessionum, reddituum, quamvis non de regia substantia solvendorum, elenchum. Ita in *vol. 3 A 'Monções'*, Pangim, Arquivo do Estado, ff. 335/335v; cf. etiam apographum in Brit. Museum, *Add. Mss. 20861*, nr. 18 § 6.

conferre solebant, omissus esset: Provincialis, in epistola die 13. Januarii 1587 ad Generalem data, hortum illum in Summario praedicto addendum esse scripsit [3]. Eodem anno, die 11. Septembris 1587, Procurator Missionum Ulyssiponensis, P. Amador Rebello, documentum originale Summarii, simul cum epistola a se scripta, Praeposito Generali transmisit [4]. Paulo post, idem P. Alexander Valignano, iterum Indiae Orientalis et Japoniae Visitator, in epistola diei 27. Novembris 1587 ad Assistentem Lusitanum, P. Emmanuelem Rodríguez, ejusdem Summarii mentionem facit; quaedam addit; atque se illud, ante profectionem ad Japoniam, revisurum promittit, ita ut Procurator a Provincia Indica eligendus textum correctum secum Romam ferre possit [5].

Unum exemplar istius Summarii, quod notum est, in Bibliotheca Nationali « Vittorio Emmanuele » Romae conservatur: quod in sectione « Fondo Gesuitico » sub numero 1374 (rubr. 3503) / 1 exstat. Agitur de documento originali, ab ipso P. Alexandro Valignano signato, quod ad Procuratorem Missionum, Ulyssipone residentem, P. Hieronymum Cardoso, a Provinciali Indiae Orientalis missum esse supra diximus. Est autem « 2a via »: propterea unum saltem exemplar praeter istud exstitisse certum est. Num 3a quoque via scripta sit, nescimus. Neque, num Procurator Ulyssiponensis (antequam documentum originale Romam misit) alteram vel tertiam viam apud se retinuerit, an saltem apographa facienda curaverit, compertum est.

Praeter folium, quod titulum, directionem, viam, monitum de transcribendo Summario, continet, textus foliis 2-18v constat; in altero etiam folio titulus repetitur: cui haec nota adjungitur: « Recibióse en Otubre 1587 ».

Nos ex hoc Summario eam partem dumtaxat reddimus, quae Asiam Orientalem spectat. Cetera inter Documenta Indica edenda sunt.

II - *Pars japonica* istius Elenchi cujusnam temporis est? Ipse auctor *Catalogum aliquem mense Januario 1585 in Japonia compositum* (Aprili 1586 in India receptum) adhibet. Catalogus iste jam *non exstat*: cujus ignorantes verba, quid vere continuerit, quidve Visitator, in India scribens, conclusionis gratia ex eo deduxerit suoque Elencho inseruerit, judicare vix possumus. Nam semel atque iterum in componendis Catalogis accidit, ut Superiores, quas sibi pro tempore futuro faciendas proposuissent Domorum fundationes, personarum atque rerum mutationes, eas Catalogo ut jam factas insererent: ita ut, ignorato verborum tenore, quidnam reapse in effectum jam deductum fuerit, quid votis dumtaxat auctoris conceptum, pro certo sciri vix possit.

---

[3] Valign. ad Gen., Cochim, 15. Jan. 1587, Orig., hisp., 2a via, *J. 10 II* 227.

[4] Amador Rebello - Gen., Lisboa, 11. Sept. 1587, hisp., Orig., *Lus. 70* 250-251v.

[5] Valign. ad Assist. Lusit., P. Emmanuelem Rodríguez, Goa, 27. Nov. 1587, lus., Orig., 2a via, *J. 10 II* 289v. — Textum videas in opere nostro *Introductio* pp. 109-110.

1. Si ea, quae aliunde de personis S. J. in Japonia existentibus comperta habemus, cum isto Elencho comparamus: certum est numerum personarum istius Elenchi *tempori Catalogi adhibiti* (Januario 1585 confecti) *non correspondere.* Nam sociorum numerus, ineunte anno 1585 in Japonia degentium, multo inferior erat numero in *Elencho possessionum et reddituum* indicato. Teste Catalogo Brevi, sub finem anni 1583 exarato in Japonia vivebant 85 socii (supra, Doc. 23); idemque numerus in Litteris Annuis, die 2. Januarii 1584 signatis, scriptus invenitur (*Introductio,* p. 321). Deinde, Litterae Annuae, quibus dies 1. Octobris 1585 appositus est, numerum 86 continent: dum Elenchus noster (paulo ante finem) summam personarum S. J. in Japonia commorantium 106 recenset. Unde augmentum? In opere nostro *Introductio,* pp. 330-331 rationem indicavimus. Nam anno 1586 9 Patres et Frater unus in Japoniam advenerunt; quos quidem Visitator-Provincialis, in India tunc scribens, Japoniae pedem intulisse nullatenus scire poterat; sed eos illo anno ad insulas japonicas debere transire non ignorabat. Simulque anno 1586 in Japonia multi Novitii in Ordinem recepti sunt: 14, vel 15, vel 19 (secundum fontes non omnino ejusdem temporis, sed alios aliis posteriores); quorum *certum* numerum Valignano, longe agens, Decembri 1586 scire non poterat. Neque si qui eodem anno mortui vel dimissi essent, nuntius in Indiam tam cito perveniebat. Itaque per conjecturam magis quam per accuratam cognitionem numerum 106 Elencho inscripsit. Eodem fere tempore, Ludovicus Fróis, in epistola ad Generalem, die 1. Januarii 1587 e civitate Shimonoseki scripta, numerum sociorum 112 (40 PP., 27 FF. Europaei, 45 FF. Japonici) computat (*Introductio,* p. 322).

2. *Quoad Domos* quoque, quas tunc (Decembri 1586) Societas in Japonia habebat, dubia non pauca legenti Elenchum istum ingeruntur.

A. Shimo. - Nam ut cetera transeamus, in *Akizuki* (intra limites feudi Akizuki) *tunc* fuisse Residentiam S. J., loco Residentiae Hacatensis ibi fundatam, nescio num aliis fontibus corroboretur; eo vel magis, quod neque in elencho Domorum, quem L. Fróis Litteris Annuis, de regione Ximo, 1. Oct. 1585, praemittit (Brit. Mus., *Add. Mss. 9859* f. 1), comprehendatur, neque inter Domos anno 1587, exorta persecutione, destructas, nominetur (*Doc. 29 A*).

B. Bungo. - *De Seminario, quod pro alumnis aetate majoribus apud Collegium Funaiense* (praesenti Elencho teste) *tunc parabatur,* ipse Valignano, die 17. Decembris 1585, Goã ad Generalem scribens, ita referebat (Orig., *J. 10 I* 101v):

« Este año screví a Japón que se hiziesse em Bungo el tercero Seminario, y los dos primeros se acresentassen de manera que en cada uno dellos biviessem cem moços hidalgos ».

Iterum die 22. Decembris 1586 e civitate Cochim eundem Praepositum Generalem certionem faciebat: se jam de fundando tertio Seminario (praeter alia duo, jam pridem orta), in Bungo, ordinem ad Japoniam transmisisse; quod aetate magis provectis destinatum erat (Semi-

nario ' de los grandes ') (Orig., 1ª vía, *J. 10 II* 214). — *Quod Seminarium* ante Bungoensis feudi eversionem per Satsumanos, mense Decembri 1586, et ante translationem sociorum Bungoensium ad civitatem Yamaguchi, Decembri 1586 - Januario 1587, *non videtur fuisse fundatum.* L. Fróis, L. A., Ximo, 1. Oct. 1585, nonnisi Seminaria in Takatsuki et in Arima recenset: Brit. Mus., *Add. Mss. 9859,* f. 1, Autogr. Sed in Yamaguchi tunc, vel paulo ante, tertium quoddam Seminarium erectum est, non pro provectioris aetatis juvenibus, ut videtur, sed pro adolescentulis (Vid. opus nostrum *Introductio,* pp. 556, 659-663, 697).

C. Gokinai. - De Domibus in regione Miyacensi, seu in Gokinai, id saltem primo intuitu apparet: res in ea gestas mensem Octobrem 1585 non excedere. Nam *Seminarium,* quod, destructa civitate Azuchi, ad metropolim Miyako, inde ad castellum Takatsuki translatum erat, mense Octobri 1585, propter Takayama Ukon Justi novam designationem (nam ad feudum Harima, Akashi, mutatus est) in civitate Ōsaka sedem invenit. Quod quidem uno anno eoque amplius ante compositionem Elenchi nostri factum est, sed auctorem, cum Goae Elenchum exararet, etiam tum latuit (cf. *Introductio* pp. 623 627). — Neque, num auctor *de Domo Sakaiensi* (quae ab ejus primo itinere japonico, 1579-1582, in votis erat) jam fundata nuntium acceperit, an de intentione dumtaxat ac spe et de ordine dato, eam fundandi, certior factus eam Elencho suo inseruerit, e verbis praesentis documenti satis constat. Haec enim Domus nonnisi anno 1585 fundata esse videtur (cf. *Introductio,* pp. 633-636). — Quid de Domo S. J. in Mino, et de Residentia in montibus prope Takatsuki (' Yama de Takatsuki ') censendum sit, non satis apparet. — Nam, ut *de Domo in provincia Mino* dicamus: in elencho Domorum et ecclesiarum S. J. *initio regiminis Toyotomi Hideyoshi* destructarum etiam Residentia in Mino recensetur; quae in altero elencho, Domorum et ecclesiarum anno 1587, *exorta persecutione,* peremptarum deest: vid. *Doc. 29 A.* Et bene quidem in primo elencho recensetur; nam mortuo filio ac herede principis Oda Nobunaga (Oda Jōnosuke), qui provincias Mino et Owari regebat, etiam Domus parva, sub ejus auspiciis in civitate Gifu interim velut ad usum temporaneum comparata, donec major Domus aedificari posset, dissoluta est (*Introductio* pp. 648-653). — Anno 1583, plures nobiles Christiani, e feudis, quae in provincia Kawachi regebant, ad provinciam Mino translati, magno cum zelo christianam fidem ibi propagare coeperunt, tanto successu, ut mox in illa terra novam Residentiam necessariam fore praevideretur: *Introductio,* p. 653. Sed novam Residentiam in Mino tunc *non* fundatam esse argumenta certa evincunt. Nam ejusmodi Residentia in elencho Domorum in Litteris Annuis Ludovici Fróis, 1. Oct. 1585, (Brit. Mus.,*Add. Mss. 9859,* f. 1, Autogr.), et inter Domos anno 1587, exorta persecutione, destructas (*Doc. 29 A*) non apparet; et idem P. Gregorius de Céspedes, qui annis 1581/82 quater provinciam Mino visitaverat, die 30. Octobris 1585 ad auctorem nostri Elenchi, P. Alexandrum Valignano, in India degentem, scribens: a morte principis Oda Nobunaga usque modo Christianos provinciarum Owari et Mino a nullo Patre visitatos (seu excultos) esse refert (ex urbe Ōsaka, Orig., *J. 10 I* 61v). Quod si in Mino Residentia exstitisset, nulla

erat necessitas eos visitandi! Unde concludendum videtur: nullam quidem tunc in provincia Mino fuisse Residentiam, sed P. Alexandrum, edoctum de ejus necessitate, eam Elencho suo ut jam factam inseruisse. — Denique, parva Residentia, quae teste auctore nostro, tunc in montibus prope castellum Takatsuki (Takatsuki-yama) existebat, num revera ad breve tempus (ante Takayama Ukon Justi translationem ad feudum Akashi) exstiterit necne, ambigimus; quae quidem, dum Justus feudi dominus est, crescente numero Christianorum, necessaria esse poterat; quo amoto, si vere exstitit (de quo dubitamus), mox finem habuit. Neque enim in elencho Domorum, anno 1587, exorta persecutione, destructarum, ejus mentio invenitur. (*Doc. 29 A*).

Conclusionis gratia id praesertim tenendum est: auctorem elenchi mense Aprili 1586 Catalogum Januario 1585 in Japonia compositum, aliaque scripta, epistolas et relationes e Japonia recepisse: iisque innixum, partem japonicam praesentis documenti exarasse. In quo non solum Domus actu existentes, sed etiam, quae mox fundandae videbantur, ut jam existentes recensentur. Simili modo etiam personae, quae brevi in Japoniam transiturae, vel in Japonia in Ordinem recipiendae videbantur, jam inter socios actu in Japonia viventes computantur.

Textus

ROMA, Bibl. Naz.
Fondo Ges. 1374 (rubr. 3503)/1.

†
Iesus

Sumário de todos os Colégios e Casas, Residências e pessoas, rendas e gastos que tem a Província da Companhia na Índia, feito no anno de 1586

[12]

Machao

Em Machao, que hé hum porto de Portugeses na entrada de China, em huma ilhasinha [1] que ahi estaa que hé escala pera a Índia e pera Japão, tem a Companhia outra Casa em que estão comummente oito da Companhia, e têm ahi huma escola de ler e escrever aonde andão todos os meninos da cidade, e nella exercitão os mais ministérios que são próprios da Companhia. Não tem esta Casa nen-

[1] Ilhasinha: vel potius paeninsula; quia ex una parte cum terra firma conjuncta est.

huma renda nem nenhum ordenado de Sua Magestade, mas vivem somente das esmolas que pedem e lhe dão os devotos da dita cidade. [12v]

Xauchin [Shaoking]

hausimus. Pars autem japonica, cum non in ipsa Japonia, sed in India, praejacentibus epistolis, concinnata sit, erroribus facilius patebat; cui tamen, praemisso (ubi res fert) diligenti examine, fides deneganda non est.

Textus

Goa 24 I, 159-61v

Cathalogus Patrum ac Fratrum Societatis Jesu Provincias Indiae Orientalis, mense Decembri confectus. Anni 1587.

. . . .

/160v Viceprovincia Chinensis et Japponica.
Domus Amacoensis portus Chinae.

P. Laurentius Mexia, Superior
P. Andreas Pinto, minister et procurator
P. Franciscus de Vergara, concionator et confessor
P. Didacus Antúnez, concionator et confessor
P. Ferdinandus Martínez, confessor et praefectus ecclesiae
P. Melchior de Figueredo, hospes japonicus [1] / 161
F. Franciscus Ferreira, scholasticus, nunc magister classis puerorum
F. Christophorus Ferrerius, Coadiutor, et oeconomus domus

Xauquinensis [2] Residentia in interiori Cinarum regno.

P. Eduardus de Sande, Superior
P. Michael Rogerius
P. Matheus Ricius
P. Antonius de Almeida

In Insulis Japponicis.

P. Gaspar Coelius, Viceprovincialis
P. Aloicius Fróis, ejus Socius, consultor et admonitor

F. Damianus de Chicugen, Japonius, socius V. P. et concionator japonicus

---

[1] P. Melchior de Figueiredo: de eo vid. supra, in introd. ad documentum hoc: II, 5.
[2] Xauquin: Shaoking.

In provinciis Ximi [3], in Arimanensi Domo.

P. Melchior de Mora, Superior Residentiarum Ximi
P. Antonius Fernández
P. Marcus Ferrarius
P. Alvarus Díaz, magister Seminarii et praefectus
Hi 4.or Patres discurrunt per varias ecclesias.

F. Joanes de Milano [4], ejus comes, scholasticus
F. Antonius Álvarez, scholasticus
F. Jacobus de Navais, scholasticus
F. Joanes Bernárdez, Coadiutor et oeconomus domus
F. Dominicus Díaz, scholasticus
F. Linus, Japonius, scholasticus et concionator japonicus

In Residentia Chingivana [5] ejusdem regni.

P. Balthasar López major
F. Alonsus, Japonius, ejus comes et concionator japonicus

In Ariensi et Cochinocensi Residentia ejusdem regni.

P. Petrus Paulus [Navarro]
F. Rocus, Japonius, idemque concionator
F. Gulielmus [Pereira], Lusitanus, idemque concionator japonicus

Domus et Residentia Nangasaquensis dominii Ōmurensis.

P. Antonius López, Superior
P. Joanes de Crasto, procurator
P. Sebastianus Gonçales
P. Julius Pianus
Hi 4.or Patres discurrunt per varias ecclesias.

F. Gómez, Japonius, idemque concionator
F. Ambrosius Fernández, oeconomus domus, et Coadiutor

Domus Omurensis.

P. Alfonsus de Lucena, Superior
P. Christophorus de Leone [de León]
P. Franciscus Rodríguez
Hi Patres discurrunt per varias ecclesias.

F. Franciscus Fernández, oeconomus domus et Coadjutor
F. Nicolaus, Japonius, idemque concionator

---

43 *Incipit* In Nan[gasaque] *del.*

---

[3] In provinciis Ximi. Ximo = Shimo: regio 'inferior' Japoniae: insula Kyūshū, vel, sensu strictiore, provinciae Hizen et Higo.

[4] F. Johannes de Milano = Fr. João de Milão, ex India, Goanus.

[5] Residentia Chingivana: Chijiwa, in paeninsula Shimabarensi.

Domus Firandensis.

P. Joanes Baptista, Superior
P. Aries Sanches, ejus comes
} et hi discurrunt per varias ecclesias.

F. Leo de Tacata, Japonius, idemque concionator

Domus Amacuçanensis.

P. Alfonsus González, Superior
P. Balthasar López minor

F. Franciscus Pírez, scholasticus, modo oeconomus domus
F. Sebastianus [Kimura] Firandensis, Japonius, idemque concionator.

In Residentia Fundensi [= Hondo (Amakusa)].

P. Antonius Franciscus Chritana

F. Thoma Firandensis, Japonius, ejus socius et concionator

In regione Bunguense.
In Collegio Funayensi.

P. Petrus Gómez, Superior omnium Residentiarum Bungui
P. Franciscus Calderonus, Rector et lector theologiae
P. Joanes Rodríguez [Giram], minister
P. Fulvius Gregorius
} Discurrunt per diversas ecclesias.

F. Joanes de Torres, socius Patris Petri Gómez et concionator japonicus
F. Balthasar Correa, Coadjutor et subminister
F. Michael Soares, auditor theologiae
F. Joanes Rodríguez [Tçuzu], auditor theologiae
F. Petrus Coelius, auditor theologiae
F. Amator de Góis, auditor theologiae
F. Hieronymus Correa, auditor theologiae

F. Aloicius de Abreo
F. Andreas de Ória
F. Franciscus de Ória
F. Gaspar Carvalius
F. Joanes Gómez
F. Philippus Gómez
F. Franciscus Carvalius
} Student gramaticae.

---

84 Hieronymus] *corr. ex* Heronymus

F. Simon de Ōmura, Japonius
F. Petrus [Chikuan] de Cochinoçu, Japonius
} Student gramaticae et concionatores japonici.

In Residentia Sucumensi [= Tsukumi (Bungo)].

P. Franciscus Laguna

F. Paulus [Ryōin] de Amacuça, ejus socius et concionator japonicus

In Nochuensi Residentia [= Notsu (Bungo)].

P. Joannes Franciscus Stephanonius

F. Michael de Cansuça [Katsusa], comes et concionator japonicus / 161v

In Domo Probationis Usuquensis.

P. Petrus Ramonus, Rector et Magister noviciorum
P. Franciscus Pérez, ejus Socius et minister
P. Theodoro Mantels
} Discurrunt et ii per varias ecclesias.

F. Emanuel Borralius, scolasticus, sed modo subminister
F. Joanes Gerardinus, aedictus [!], Coadiutor
F. Yofu Paulus, concionator, Japonius
F. Romanus, concionator, Japonius

Novici.

F. Matheus [Tokumaru] de Tacata, Japonius
F. Thomas de Figén, Japonius
F. Linus de Figén, Japonius
F. Dominicus de Firando, Japonius
F. Cosmus [Tomunaga] de Nangaye, Japonius
F. Simeon de Bungo, Japonius
F. Fabianus de Goquinay, Japonius
F. Joanes de Vomi, Japonius
F. Joanes de Sunocùni, Japonius
F. Thomas [Kimura] de Çunocùni, Japonius
F. Michael [Kimura] de Çunocùni, Japonius
F. Paulus [Miki] de Çunocùni, Japonius

Duo item alii Fratres Japonenses, quorum nomina nunc ignoramus

---

|| post 92 *seq.* F. Thomas de Firando, Japonius *del* || 123 alii] *corr.* [*ex* altri ?]

In Residentia Yuénsi [Yu-no-in (Bungo)].

P. Gonçalus Rebellus

F. Simon de Goquinay, concionator, Japonius

In Residentia Xinganensi [= Shiga (Bungo)].

P. Joanes Rodríguez

F. Thoma Bunguensis, concionator, Japonius

In Miochensi sive Bugensi Residentia. [= Myōken (Buzen)].

P. Georgius Carvalhal

F. Fanca Leo, concionator, Japonius

In Amangucensi regno.
In civitate Amangucensi [= Yamaguchi (Suwō)].

P. Cristophorus de Morera

F. Gaspar [Sadamatsu] de Ōmura, concionator, Japonius

In regno Iio [= Iyo (Shikoku)].

P. Franciscus Carrionus

F. Sebastianus de Osay, concionator, Japonius

In regnis Meacensibus.
In Vosaca, nova civitate [6] regia.

P. Organtinus, Superior omnium illarum regionum
P. Gregorius de Céspedes
P. Damianus Marinus, Superior Seminarii Vosaquensis

[F.] Hieronymus Vaz, ejus socius
[F.] Joannes Nicolaus, pictor
F. Vincentius de Vacasa, concionator, Japonius
F. Guianes [Mori] de Çunocùni, concionator, Japonius

---

128 Joanes] *sup. lin.; antea* Franciscus *del.* || 136 Gaspar] *antea* Joanes *del.* || 141 Vosaca] *corr. ex.* Vocasaca || 146 [F.] Joanes Nicolaus] 1a le. [F.] Ni *del.*

---

[6] Ōsaka, nova arcis et urbis constructio: vid. opus nostrum *Introductio* 624-629.

In Sacayensi Residentia.

P. Franciscus Passius, Superior
P. Celsus Confalonerus, ejus socius
F. Bartholomeus Rodondus, Coadiutor, et oeconomus
F. Laurentius de Figén, concionator, Japonius

In Residentia Meacensi.

P. Petrus Crassus, Superior
P. Antoninus, ejus socius
F. Didacus Pereira, Coadiutor, et oeconomus
F. Cosmus [Takai] de Meacò, concionator, Japonius

In Tacasuchensi Residentia [= Takatsuki (Settsu)].

P. Gil de Mata
F. Ignatius de Miacò, concionator, Japonius

In Acacensi Residentia [= Akashi (Harima)].

P. Joseph Fornaletus
F. Andreas de Amacuça, concionator, Japonius

Omnes [socii in India Orientali] sunt quadringenti et quinque, ex his navigaturi sunt hoc anno [in] Japponiam cum Patre Visitatore septemdecim.

ALEXANDRO VALIGNANO

165 quinque] *sup. lin.; antea* quatuor

26

CATALOGO DE LAS INFORMACIONES COMUNES DE LOS PADRES Y HERMANOS DE LA COMPAÑÍA DE JESÚS DE LA INDIA ORIENTAL. HECHO AL ÚLTIMO DE DEZIEMBRE DE 1588

[Japonia: Septembri/Octobri 1586]

I. *De Catalogo Indico in genere.*

1. Catalogus Primus Indiae Orientalis Decembri 1588 compositus in primo volumine Catalogorum Indiae Orientalis, *Goa 24 I* 172-183v, exstat. In margine dextero superiori etiam nunc antiqua numeratio *foliorum*, quae postea deleta est, legitur: ff. 235-247. Alia numeratio *paginarum* manu scripta, in margine superiori dextero folii recti, sinistro folii versi invenitur: pp. 183-205. Quae numeratio in ultimo folio verso deest.

Totus Catalogus 12 foliis chartae europaeae, 20,7-21 cm. latis, 30,5-30,6 cm. altis constat, et — praeter aliquas correctiones — unā eādemque manu scriptus est.

Textus a primo folio recto usque ad medium folium (rectum) ultimum protrahitur = altera pars folii recti ultimi vacat. Ultimum folium versum nihil praeter inscriptionem seu titulum Catalogi continet, ac notam hanc: « 1a via - 6 ». Subscriptio, sigillum desiderantur.

2. Numeris in margine sinistro paginarum appositis socii a primo usque ad ultimum universi 425 numerantur, quorum pars ultima, a numero 289 usque ad finem, ad Viceprovinciam Sino-Japonicam pertinet. Textus, per singulas Domos, hoc ordine procedit: primo loco Domus in civitate Goana erectae, ac dein Residentiae circumvicinae ponuntur; quas septentrionalis Indiae Domus sequuntur; quibus absolutis Missio Aethiopica; deinde meridionalis et australis Indiae regiones; quibus junguntur Collegium Malaccense ac Residentiae Moluccarum; ea quae deinceps usque ad finem Catalogi sequuntur, de Viceprovincia Sino-Japonica sunt: Domus Macaensis et Residentia una in Sinis, dein Japonia, de qua postea fusius dicemus. Tandem, post Catalogum proprie dictum, Catalogus Defunctorum additur, eorum scl. elenchus, qui anno 1588 in India Orientali (sensu latissimo, i. e. in Medio et in Extremo Oriente) mortui sunt.

3. *Ordo* quo, in parte Indica Catalogi, socii inter se sequuntur, hic est, ut primo loco Superiores ponantur, deinde ceteri Patres, ordine professionis: Professi 4 votorum, secundum votorum prioritatem, deinde Professi 3 votorum, post eos Coadjutores Spirituales 'formati', omnes eodem prioritatis ordine. Deinde ceteri Patres ordine temporis ingressūs in Societatem. Post Patres primum Fratres Scholastici recensentur, aliquo modo variis studiorum ordinibus distincti: qui Theologiae, Casibus

conscienсiae, Philosophiae, Linguae Latinae operam dabant. Qui, intra singulos studiorum ordines, ut plurimum ratione prioritatis in Societate distinguuntur. Deinde Fratres Coadjutores Temporales, primum Coadjutores ' formati ', qui nempe ultima vota jam nuncupaverant, postea ceteri. Sed ejusmodi ordo nec stricte, neque semper, sed ibi praesertim observatur, ubi de unā eādemque Domo agitur. Ubi vero sub uno titulo plures Residentiae junguntur, ibi alii quoque respectūs praevalere possunt.

Similis dispositio in parte Japonica viget, sed majore etiam libertate adhibetur, ita ut ratio ordinis, quo singulorum nomina inter se sequantur, non semper clare intelligatur.

4. *Quis Catalogum istum composuit?* Ex introductione, quam Catalogo Brevi Indiae Orientalis Decembri anni 1587 composito praemisimus, constat: voluisse Visitatorem P. Alexandrum Valignano, antequam ex India in Japoniam sese conferret, una cum Provinciali Catalogum Primum subditorum conficere, quem Procurator, circa finem anni 1588 in Congregatione Provinciali eligendus, Romam deferret [1]. Valignano quidem, priusquam circa diem 22. Aprilis 1588 e Goana civitate profectus est [2], Catalogum composuit [3]. Illa etiam Congregatio Provincialis Indica, tempore a Visitatore praeannuntiato, Goae habita est [4], in qua Procurator Romam mittendus electus est P. Franciscus de Monclaro [5], qui Romam reapse pervenit [6]. Non videtur dubium, quin P. Monclaro ex India Romam attulerit Catalogum praesentem, qui hodiedum in Archivo Romano S. J. exstat. Catalogus iste, a Visitatore P. Alexandro Valignano, antequam ex India profectus est, compositus, circa finem anni 1588 a Provinciali revisus et ab amanuensi descriptus esse videtur.

5. *Locus autem compositionis* Goa esse videtur: id enim e natura rei supponi potest, donec congruis rationibus aliud quid ostendatur. Nam Goae Archivum Provinciae Indicae exstabat [7], ubi documenta, quae pro exarando Catalogo necessaria erant, adservari solebant, praesertim vero Informationes anteriores, sive de personis, sive de rebus Provinciae.

---

1 Cf. supra, introd. ad Doc. 25.

2 J. Fr. Schütte S. J., *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan I, 1* p. 44.

3 Alexander Valignano ad Praepositum Generalem, Macao, 23. Nov. 1588, hisp., Orig., *J. 11* I 27.

4 Albertus Laertio ad Praepositum Generalem, Goa, 22. Novembris 1588, ital., Orig., *Goa 13 II* 401v.

5 « Memorial del Padre Francisco de Monclaro, Procurador de la India. Con las respuestas a él dadas en Roma el año 1590 » = Memoriale, lingua lusitana compositum, cum responsis lingua hispanica insertis ad varia quaesita, registrum (apogr.), *Congr. 94 II* 334-336v.

6 « Allende lo que de palabra se ha dicho al P. Moncalaro » (scl. Romae): ita in Memoriali P. Francisci de Monclaro (vid. notam praeced.): *Congr. 94 II* 336v.

7 Archivum Goanum S. J., cujus initia anteriora sunt, a P. Alexandro Valignano primo provincialatūs anno, i. e. 1583/1584, ex integro refectum ac velut denuo conditum est: Valignano - Gen., Goa, 12. Decembris 1583, hisp., Orig., *J. 9 II* 210v. — Item, V-G, Cochin, 15. Dec. 1584, hisp., Orig., 1a via, *Goa 13 I* 229v (228-231v). Cf. opus nostrum *Introductio* pp. 100-102, 810.

6. Quaeritur deinde, *quibus documentis anterioribus praesens Catalogus nitatur.* Imprimis, sine umbra dubii statui potest, auctorem prae manibus habuisse *Catalogum Brevem Indicum Decembris anni 1587.* Nam ordo nominum praesentis Catalogi vix unquam differt ab illo Catalogo: adverte solummodo 1) contingere nonnunquam in praesenti Catalogo duas Residentias parvas sub uno titulo uniri: quo in casu aliquando levis nominum transpositio fit, quae nullius momenti est; 2) aliquando etiam seriem, qua Domus inter se sequuntur, leviter mutatam esse. Sed in genere tum ordo Domorum idem est ac in praesenti Catalogo, tum socii, in majoribus saltem Domibus, eundem omnino ordinen tenent, qui vix unam alteramve transpositionem admittat, — Immo, cum Catalogus praecedens (Decembris 1587), lingua latina conscriptus sit ac vel ipsa nomina Domorum Japonicarum S. J. forma latina exprimantur, auctor praesentis Catalogi (Decembris 1588) aliquando in errorem ductus est, cum eadem nomina textu hispanico reddere vellet. Quod exemplis clarius constet: Ubi latine (et parum correcte) dicitur: « Residentia Sucumensis » [8] (pro « Tsucumensis », dicta a castello Tsukumi in Bungo), in praesenti Catalogo legimus: « Residencia de Sucu »! Ubi « Miochensis sive Bugensis Residentia » latine [9], in Catalogo Decembris 1588 invenimus: « Residencia de Miocu, o de Bungo ». Sed nomen loci est Myōken (= « Miochen ») et appositio « Bugensis » hic sensu careret, si de aliqua Residentia 'regni' (*kuni*) Bungo ageretur: praecedunt enim aliae Domus in 'regno' Bungo. Agitur e contra de provincia seu de 'regno' Buzen, ab antiquis 'Bugen' scripto, uti data occasione P. Ludovicus Fróis notat: « nos confins de Bungo e do reino de Bujen » [10]. Unde Myōken Residentia Bugensis dicitur, ut a Residentiis in Bungo positis distinguatur, cum ipsa magis ad 'regnum' Buzen vergeret. — Num etiam 'Residentia Fundensis' [11] (Fondo = Hondo, in insula Amakusa Inferiori) amanuensis errore in 'Residencia de Tonde' mutata sit, ex nostro exemplari Catalogi Indici Decembris 1587 minus facile explicatur; nisi forsitan ex alio exemplo minus clare scripto amanuensis error derivetur. — Breviter: ex ordine Domorum et sociorum, necnon e quibusdam praesentis Catalogi erroribus concludimus: auctorem nostri Catalogi prae manibus habuisse Catalogum Indicum Decembris anni 1587.

Sed praeterea praesentis Catalogi auctor etiam Catalogo Primo Indico Decembris 1584 usus esse videtur: qui formā quidem et linguā dispar est, sed si res in eo expressas spectes, de eisdem fere qualitatibus Informationes offeruntur ac in praesenti Catalogo. Illum Catalogum Indicum anni 1584 auctori praesentis Catalogi prae manibus fuisse, jam a priori ideo suadetur, quia est Catalogus Triennalis, qui praesentem proxime praecedit. Quod sequentibus quoque rationibus concludimus: 1) Ubi tempus ingressūs in Societatem in Catalogo Primo Decembris

---

[8] *Goa 24 I* 161: cf. supra Doc. 25.

[9] *Goa 24 I* 161v: cf. supra Doc. 25.

[10] Lud. Fróis - Gen., e Japonia, c. finem Novembris 1586, lus., Orig., *J. 45 II* 98.

[11] *Goa 24 I* 161: cf. supra Doc. 25.

anni 1584 mensibus circa medium annum occurrentibus indicatur, e. g. Junio, Julio, ibi in praesenti Catalogo saepe medius annus numero annorum pleno adjungitur: e. g. « onze años y medio de la Compañía » (Qua in re auctor aliis utique fontibus niti poterat). 2) Locus originis in praesenti Catalogo ut plurimum indicatur: aliquando tamen omittitur, relicto spatio, quo postea inseratur[12] (ut reapse aliquando postea insertus est[13]): tunc vero etiam in Catalogo Primo anni 1584 locus originis plerumque desideratur[14]. 3) Aliquando numerum annorum vitae *invariatus* (ideoque erroneus) in praesentem Catalogum e Catalogo Primo 1584 transsumptus est: e. g. P. Melchior de Mora Decembri 1584 39 annos natus, iterum Decembri 1588 39 annos vitae habet: qui numerus, ni fallor, e praecedenti Catalogo Triennali per errorem retentus est.

Ceterum, auctorem Catalogi Decembris 1588, praeter supradictos duos Catalogos anteriores, alias quoque Informationes adhibuisse certum est. Nam Informationes in Catalogo Decembris 1584 expressae in Catalogo Decembris 1588 non solum abbreviari solent, sed *saepius etiam compleri.*

II. *De parte japonica Catalogi.*

Illa pars Catalogi, quae Viceprovinciam Sino-Japonicam spectat, a numero 289 usque ad finem Catalogi, i. e. usque ad numerum 425, extenditur Primo loco Domus Macaensis ponitur, post quam Residentia in Sinis. Deinde, a numero 300 usque ad finem, Japonia ipsa. Ab initio, sine loci indicatione, aliquot socii praemittuntur: Visitator, Viceprovincialis ejusque Socius, et Frater Damianus (adjutor eorum), ac praeterea ii, quos Visitator ex India secum adsciverat: qui, ubi degerent, in India ignorabatur, cum Catalogus componeretur. Post quos ceteri socii omnes, omniaque domicilia japonica, quinque 'regnis' seu 'regionibus' distincta ponuntur: 'Regnum' Shimo provinciarum Hizen et Higo Domus complectitur; 'Regnum' Bungo etiam provinciam Buzen includit; sequuntur 'Regna' Yamaguchi (i. e. Suwō) et Iyo (in insula Shikoku); tandem 'Regnum' Miyako, i. e. Gokinai, cui annexa est etiam Residentia in Akashi, in provincia Harima.

2. ***Cui tempori haec pars japonica Catalogi respondeat,*** id accuratius videndum remanet, et maxime nostrā interest. — Ac primum quidem, non est cur quis miretur, Visitatorem, et eos, qui cum eo Aprili 1588 ex India discesserant[15], jam in Japonia recenseri. Nam cum Visitator ejusque socii nonnisi die 21. Julii 1590 in Japoniam advenerint[16], Cata-

[12] Cf. numeros 5 37 336 375 377 380 395.

[13] Cf. numeros 5 37.

[14] 5 336 377 380 395. - Saepe locus originis tacetur, nullo spatio relicto, cf. numeros 247 320 327 328 340 342 361 362 365 369 371 372 397 403 408 409 410 416 420. Etiam in istis casibus plerumque in Catalogo Indico Decembris 1584 locus originis desideratur: cf. numeros 320 327 340 342 361 362 365 403 409 410 416.

[15] J. Fr. Schütte S. J., *Valignanos Missiongrundsätze für Japan I, 1* p. 4.

[16] Ib., p. 45.

logus autem Decembri 1588 compositus sit, constat id solum innui, Visitatorem cum sociis ex India abiisse et in Japoniam tandem dirigi. Quod non e Japonia litteris acceptum, sed in India additum est: ac proinde ad istam nostram inquisitionem nihil confert. — At, Domos japonicas Societatis Jesu in Catalogo recensitas intuenti illico patet: *conditiones in Japonia ante persecutionem mense Julio 1587 exortam vigentes* describi. Nam hoc Catalogo teste domicilia Societatis non solum in provinciis 'Shimo', sed etiam in ceteris Japoniae partibus (Bungo, Iyo, Suwō, ac in ipsis provinciis centralibus 'Gokinai') persistunt. Immo, ne id quidem auctor Catalogi resciverat, plerosque Patres Fratresque tum Collegii Funaiensis, tum Domūs Probationis Usukiensis, propter invasionem Satsumanorum in feudum Bungo, ad civitatem Yamaguchi transiisse. Quae translatio ultima decade mensis Decembris anni 1586 facta est [17]. Neque audierat auctor, die 29. Decembris 1586 in civitate Shimonoseki Fratrem Damianum defunctum esse [18]. Porro, novitii in isto Catalogo recensiti fere omnes mensibus Augusto et Septembri 1586 in Societatem recepti sunt [19].

Unde conclusio: quae eadem est ac pro praecedenti Catalogo mense Decembri 1587 confecto: praesentem Catalogum *japonicum* inniti informationibus, quae ad menses Augustum et Septembrem anni 1586 pertingunt. Navis autem, Octobri 1586 ex Hiradensi portu profecta, eas Macaum attulisse videtur [20]. Cum qua navi P. Belchior de Figueiredo Macaum venit, ubi etiam in praesenti Catalogo recensetur. Quare pars japonica *fere mensi Octobri anni 1586* correspondet.

---

17 Lud. Fróis, Arima, 20. Februarii 1588, lus., apogr. contemp., *J. 45 II* 105v/6.

18 Lud. Fróis - Gen., ex insulis Hiradensibus, 2. Octobris 1587, lus., Orig., *J. 51* 19v: cf. supra, Doc. 25 (Cat. Br. Ind. Or. Dec. 1587, introd. et notam 15).

19 Vid. Cat. I. Viceprovinciae Japonicae anni 1588, *J. 25* 14-16, Doc. 27 A.

20 Vid. introd. ad Cat. Br. Ind. Or. Dec. 1587: cf. supra Doc. 25, introd. et notam 16, ibi.

Textus

Goa 24 I. 172-183

Catálogo de las informaciones comunes de los Padres y Hermanos de la Compañía de Jesús de la India Oriental. Hecho al último de Deziembre de 1588.

....

/179 Viceprovincia de la China y Jappón. Casa de Amachao.

289 P. Laurencio Mexia, Portugués, de Olivença, diocese de Elvas, de 49 años, de mediocres fuerças, de 29 años de la Compañía, acabó los estudios, fue Rector de Bragança, Maestro de los novicios en S. Roque de Lyxboa, Compañero del P.e Visitador de la India, Superior de Amachao, hizo professión de quatro votos nel año de 1570.

Murió.* P. André Pinto, Portugués, del Puerto, de 51 años, de buenas fuerças, de 31 años de la Compañía, estudió casos de consciencia, fue ministro del Collegio de Goa, y Malaca, y procurador del Jappón.

[* Faleció en Macao, antes del 15. Enero 1588: L. Mexia, *J. 10 II* 312].

290 P. Francisco de Vergara, Castellano, de S. Eulalia, diocese de Sevilla, de 38 años, de buenas fuerças, mas enfermo, de 20 años de la Compañía, acabó los studios, fue Superior de la casa de Chaul y Daman.

291 P. Diogo Antúnez, Portugués, del Crato, priorado de Sant Juan, de 37 años, de mediocres fuerças, de 18 años y medio de la Compañía, oyó dos años de theología, fue ministro de Cochin.

292 P. Hernando Martínez, Portugués, de Evora, de 44 años, de mediocres fuerças, de 21 años de la Compañía, estudió casos de consciencia.

293 P. Belchior de Figueredo, Indiano, de Goa, de 60 años, de mediocres fuerças, mas enfermo, de 34 años de la Compañía, oyó dos años de theología, enseñó latín y fue Maestro de los novicios en Goa y Rector de Funai. Hizo professión de tres votos nel año de 1581, en 8 de Octubre.

32 de Funai] *prob. postea add.*

294 Ir. Francisco Herrera, Indiano, de Cochin, de 28 años, robusto, de nueve años y medio de la Compañía, oyó Artes y casos de consciencia, fue maestro de la escuela.

295 Ir. Christóval Herrera, Portugués, de Villa Seca, diocese de Lamego, de 29 años, de mediocres fuerças, de 4 años de la Compañía. / 180

Residencia de Xauquin.

296 P. Duarte de Sande, Portugués, de Guimarães, diocese de Braga, de 41 años, de 26 años y medio de la Compañía, acabó los estudios, Licenciado en Artes, y maestro de latín y de retórica y theología. Fue Rector de Baçain, Superior de la Missión de la China. Hizo Profesión de quatro votos en el año de 1584, en 15 de Enero.

297 P. Miguel Rogerio, Italiano, de Nápoles, de 45 años, de mediocres fuerças, mas mal dispuesto del estómago, de la cabeça; de 16 años de la Compañía, oyó leies y cánones por 12 años, y acabante el curso de la philosophía oyó un año y medio de theología. Doctor in utroque. Fue compañero del Procurador y Superior de la Misión de la China.

298 P. Matheo Ricio, Italiano, de Macerata, de 35 años, de mediocres fuerças, de 17 años de la Compañía, oyó un año de theología, fue maestro de latín tre años.

299 P. Antonio de Almeida, Portugués, de Trancoso, diocese de Viseu, de 33 años, robusto, de 13 años de la Compañía, oyó dos años de theología.

Jappón.

300 P. Alexandre Valignano, Italiano, de la ciudad de Chiete, de cincuenta años, de mediocres fuerças, mas sano, de veinte y dos años de la Compañía, acabó los estudios. Fue Provincial y Visitador de la India Oriental. Hizo Professión de quatro votos nel año de 1573.

301 P. Gaspar Coello, Portuguez, del Puerto, de 58 años, de mediocres fuerças, de 32 años y medio de la Compañía, oyó el curso de la philosophía y casos de consciencia. Viceprovincial de Jappón. Hizo Professión de tres votos nel año de 1571, en 4 de Noviembre.

302 P. Luis Fróes, Portugués, de Lyxboa, de 56 años, de buenas fuerças, de 40 años y medio de la Compañía, oyó dos años de theología. Fue Superior de Bungo y Compañero del Viceprovincial. Hizo Professión de tres votos nel año de 1581, en 8 de Octubre.

303 Ir. Damián, Jappón, de Chicugen, de 50 años, robusto, de 25 años de la Compañía.

304 P. Rui Barreto, Portugués, de Mora, diocese de Évora, de 38 años, de buenas fuerças, de 20 años de la Compañía, estudió casos de la consciencia. Fue ministro del Collegio de Baçain, procurador de la Provincia y Padre de los christianos en Goa y en Baçain.

305 P. Nicolás de Avila, Castellano, de Villacastín, de la diocese de   , de treinta y sete años, de mediocres fuerças, de 14 años de la Compañía, oyó casos de consciencia y leyo latín 8 años.

306 P. Antonio Cordero, Portugués, de Agolegan, arcebispado de Lixboa, de 30 años y medio, de buenas fuerças, de 13 años de la Compañía, oyó año y medio de theología, Bachiller en Artes por Évora.

307 P. Juan Baptista Baessa, Castellano, de Ubeda, diocese de Jaen, de 31 años, de buenas fuerças, de 13 años de la Compañía, oyó leies y cánones, acabó los estudios de theología.

308 P. Diogo de Mezquita, Portugués, de Meianfrio, diocese del Puerto, de 35 años, robusto, de 13 años y medio de la Compañía, oyó el curso y casos de consciencia.

309 P. Pero de la Crus, Castellano, de Segovia, de 29 años, de mediocres fuerças, de 11 años de la Compañía , acabó los estudios.

310 P. Manuel Barreto, Portugués, de la Feira, diocese del Puerto, de 25 años, robusto, de diez años de la Compañía, acabó el curso y oyó medio año de theología.

311 P. Francisco Petro, Italiano, de la abadía de Farfa del monte de Sancta María, diocese de   ,de 26 años, robusto, de seis años de la Compañía, oyó dos años de theología. / 180v

312 P. Pero Morejón, Castellano, de Medina del Campo, diocese de Salamanca, de 26 años, de mediocres fuerças, de 12 años de la Compañía, acabó los estudios.

313 Ir. Matheo de Coros, Portugués, de Lyxboa, de 20 años, de buenas fuerças, de sinco años de la Compañía, oyó humanidad.

314 Ir. Francisco Luis, Portugués, de la Vidigueira, diocese de Évora, de 23 años, de buenas fuerças, de quatro años y medio de la Compañía, oyó latín.

315 Ir. Jorge de Loyola, Jappón, de Isafai, de 26 años, de mediocres fuerças, de 8 años de la Compañía, studió latín.

316 Ir. Oliverio Toscanello, Italiano, de Macerata, de 46 años, de mediocres fuerças, de 21 años de la Compañía. Coadjutor Temporal formado en el año de 84, en 16 de Março.

---

88 Ubeda] *corr. ex* Uyeba *vel sim.* || 111 studió latín] *postea add.* || 114 formado] *add. sup. lin.*

317 Ir. Gaspar de Paiva, Portugués, de Lamego, de 31 años, de buenas fuerças, de tres años y medio de la Compañía.

318 Ir. Juan Baptista, Italiano, de Calabria, de 28 años, robusto, de cinco años de la Compañía, Coadjutor.

319 Ir. Amador Gonçález, Portugués, de Santiago de Biduvido?, diocese del Puerto, de 48 años, robusto, de un año y tres meses de la Compañía.

Reino del Ximo.
Casa de Arima.

320 P. Belchior de Mora, Castellano, de Andalusía, de 39 años, robusto, de 18 años de la Compañía, oyó dos años de theología. Es Rector de aquella casa.

321 P. Antonio Hernández, Portugués, de Braga, de 34 años, de buenas fuerças, de 12 años y medio de la Compañía, oyó el curso y casos de consciencia.

322 P. Marcos Ferraro, Italiano, de Catanzaro em Nápoles, de 33 años, robusto, de 10 años de la Compañía, oyó dos años de theología, enseñó latín.

323 P. Álvaro Díaz, Indiano, de Cochim, de 33 años, robusto, de 14 años medio de la Compañía, oyó algunos meses de theología.

324 Ir. Juan de Milano, Indiano, de Goa, de 30 años, de mediocres fuerças, de 13 años de la Compañía, estudió latín y fue maestro de gramática.

325 Ir. Antonio Álvarez, Portugués, de S. Gonçalo de Amarante, diocese de Braga, de 37 años, de buenas fuerças, de 11 años y medio de la Compañía, estudió gramática.

326 Ir. Jácome de Navais, Indiano, de Malaca, de 29 años, de mediocres fuerças, de sinco años de la Compañía.

327 Ir. Juan Bernárdez, Portugués, de 29 años, robusto, de 10 años de la Compañía.

328 Ir. Domingos Díaz.

329 Ir. Lino, Jappón, de 28 años, robusto, de siete años y medio de la Compañía.

Residencia de Chingiva, de Arie y Cochinotçu.

330 P. Balthasar López maior, Portugués, de Villa Viçosa, diocese de Évora, de 55 años, robusto, de 27 años de la Compañía, estudió casos de consciencia, fue hecho Coadjutor Spiritual formado en el año de 86 en ocho de Septiembre.

---

118 Coadjutor] *postea add.* || 120 un año y] *postea insertum*

331 P. Pero Paulo Navarro, Italiano, en el reino de Nápoles, de 28 años de mediocres fuerças, de diez años de la Compañía, estudió un año y medio de theología, fue maestro de latín.

332 Ir. Guillelme, Portugés, de Lyxboa, de 49 años, de flacas fuerças, de 25 años de la Compañía, estudió latín. / 181

333 Ir. Alonso, Jappón, de 28 años, robusto, de siete años de la Compañía.

334 Ir. Roque, Jappón, de 53 años, robusto, de 27 años de la Compañía.

Casa de Nangasaqui.

335 P. Antonio López, Portugués, de Lyxboa, de 40 años, robusto, de 25 años de la Compañía, estudió tres años de theología, y es Superior daquella casa.

336 P. Juan de Castro de   , Portugués, de 51 años, de mediocres fuerças, de 12 años de la Compañía, fue soto-ministro y procurador.

337 P. Sebastián Gonçález, Portugués, de Chaves, diocese de Braga, de 55 años, de mediocres fuerças, de 30 años de la Compañía, acabó los estudios, leyó un curso de philosophía. Hizo professión de tres votos nel año de 1571 en quatro de Noviembre.

338 P. Julio Piano, Italiano, de Macerata, de 50 años, robusto, de 24 años de la Compañía, estudió casos de consciencia. Fue hecho Coadjutor Spiritual formado en el año de 1586 en 8 de Septiembre.

339 Ir. Gómez, Jappón, de 42 años, robusto, de siete años de la Compañía.

340 Ir. Ambrosio Hernández, Portugués, de 34 años, robusto, de diez años de la Compañía.

Casa de Omura.

341 P. Alonso de Lucena, Portugués, de Viseu, de 38 años, robusto, de 23 años de la Compañía, oyó un año de theología, Licenciado en Artes, y Superior daquella casa.

342 P. Christóval de León, Castellano, de 41 años, robusto, de 19 años de la Compañía, oyó dos años de theología.

343 P. Francisco Rodríguez, Portugués, de Santiago de Cassen, diocese de Évora, de 29 años, de mediocres fuerças, de 11 años de la Compañía, oyó algunos meses de theología, fue maestro de latín.

---

153 en el] *vid. corr. ex* nel || 156 49] *corr.* [*ex* 39 ?] || 160 53] *corr. ex* 52 || 170 Braga] *corr. ex* Lamego || 181 Casa de Omura] Omura *corr.*

344 Ir. Francisco Hernández, Portugués, de Sancta Mariña, diocese de Braga, de 39 años, robusto, de 13 años de la Compañía.

345 Ir. Nicolás, Jappón, de 56 años, robusto, de seis años de la Compañía.

Casa de Firando.

346 P. João Baptista, Italiano, de Ferrara, de 60 años, de mediocres fuerças, de 28 años de la Compañía, estudió casos de consciencia. Hizo votos de Coadjutor Spiritual formado nel año de 1581, en 8 de Octubre.

347 P. Aires Sanches, Portugués, de Lyxboa, de 60 años, de mediocres fuerças, de 26 años de la Compañía.

348 Ir. León, Jappón, del Facata [*leg.* Tacata], de 28 años, robusto, de 8 años de la Compañía.

Casa de Amacusa y Residencia de Tonde [= Hondo]

349 P. Alonso Gonçález, Portugués, de Galizia, de 42 años, robusto, de 21 años de la Compañía; estudió casos de consciencia. Hizo votos de Coadjutor Spiritual formado nel año de 86, en ocho de Septiembre, es Superior de aquella casa.

350 P. Balthasar López menor, Portugués, de Castelblanco, diocese de la Guarda, de 40 años, robusto, de 14 años de la Compañía, estudió casos de consciencia, enseñó latín.

351 Ir. Francisco Pírez, Portugués, de S. Fins, diocese de Braga, de 25 años, robusto, de diez años de la Compañía.

352 Ir. Sebastián, Jappón, de Firando, de 24 años, robusto, de sinco años de la Compañía. / 181v

353 P. Antonio Francisco, alias Critana, Castellano, de Almadovar del Campo, diocese de Toledo, de 39 años, robusto, de diez y sete años y medio de la Compañía, acabó los estudios, Licenciado en Artes. Fue ministro de la Casa Professa de Toledo, Superior de la Residencia de Tonde [= Hondo].

354 Ir. Tomé, Jappón, de Firando.

Reino de Bungo.
Collegio de Funay.

355 P. Pero Gómez, Castellano, de Antequera, diocese de Sevilla, de 54 años, de flacas fuerças, de 34 años de la Compañía, acabó los estudios, Maestro en Artes, leyó philosophía ocho años,

---

205 21] *vid. corr. ex* 19 ‖ 217 y medio] *add. sup. lin.*

theología dos. Superior de Bungo. Hizo professión de quatro votos nel año de 1568.

356 P. Francisco Calderón, Castellano, de Soria, diocese de Osuna, de 41 años, de buenas fuerças, de 19 años de la Compañía, acabó los estudios, Licenciado en Artes, Rector.

357 P. Juan Rodríguez, Portugués ,de Alcochete, diocese de Lyxboa, de 30 años, robusto, de 12 años de la Compañía, estudió un año de theología, fue maestro de latín.

358 P. Fulvio Gregorio, Italiano, de Perosa, de 35 años, de mediocres fuerças, de nueve años de la Compañía; estudió leies cinco años, y oyó cánones un año, estudió el curso y algunos meses de theología.

359 Ir. Juan de Torres, Jappón, de 38 años, de mediocres fuerças, de 18 años de la Compañía.

360 Ir. Balthasar Correa, Portugués, de Sanctiago, diocese del Puerto, de 31 años, de mediocres fuerças, de nueve años y medio de la Compañía, fue soto-ministro del Collegio de Goa y Casa Professa.

361 Ir. Miguel Soárez, Portugués, de treinta y siete años, robusto, de 11 años de la Compañía, estudió theología por algún tiempo.

362 Ir. Juan Rodríguez, Portugués, de 27 años, robusto, de ocho años de la Compañía, studió theología.

363 Ir. Pero Coello, Portugués, de la Villa del Conde, diocese de Braga, de 30 años, robusto, de 13 años de la Compañía.

364 Ir. Amador de Góes, Indiano, de Cochin, de 28 años, robusto, de 14 años de la Compañía.

365 Ir. Hierónymo Correa, Portugués, de 26 años, robusto, de 8 años de la Compañía.

366 Ir. Luis de Abreu, Indiano, de Cochin, de treinta años, de mediocres fuerças, de 8 años de la Compañía.

367 Ir. André de Oria, Indiano, de Malaca, de 27 años, de buenas fuerças, de 11 años de la Compañía.

368 Ir. Francisco de Oria, de Amachao, de 24 años, robusto, de siete años de la Compañía.

369 Ir. Gaspar Carvallo.

370 Ir. Juan Gómez, Indiano, de 29 años, de buenas fuerças, de sinco años de la Compañía.

371 Ir. Philippe Gómez.

372 Ir. Francisco Carvallo.

373 Ir. Simón, Jappón, de Omura, de 31 años, robusto, de ocho años de la Compañía.

374 Ir. Pedro, Jappón, de Cochinotçu.

---

239 18] *vid. corr. ex* 17 || 248 studió theología] *postea add.*

RESIDENCIA SUCU [= Tsukumi].

375 P. Francisco Laguna, Castellano, de , diocese de , de 37 años, robusto, de 18 años de la Compañía, acabó los estudios, es Bachiller en Artes.

376 Ir. Paulo, Jappón, de Amacussa, de 34 años, robusto, de nueve años de la Compañía.

CASA DE PROBACIÓN DE OZUCHI [= Usuki].

377 P. Petro Ramón, Castellano, , de 38 años, robusto, de 18 años de la Compañía, acabó los estudios. Fue Maestro de los novicios en el Collegio de Goa y en Jappón, y es Superior daquella casa. / 182

378 P. Francisco Pérez, Italiano, de Nápoles, de 35 años, de buenas fuerças, de 10 años de la Compañía, oyó dos años de theología y leyó latín un año.

379 P. Theodoro Mantels, Flamengo, de Leodio, de 28 años, de mediocres fuerças, de 9 años de la Compañía, estudió algunos meses de theología, enseñó latín.

380 Ir. Manuel Borrallo, Portugués, de , de 37 años, robusto, de 11 años de la Compañía, estudió latín.

381 Ir. Juan Gerardino, Italiano, de Ferrara, de 46 años, de buenas fuerças, de 28 años de la Compañía. Fue hecho Coadjutor Temporal formado nel año de 70 o 71.

382 Ir. Jofu Paulo, Jappón, de 40 años, de mediocres fuerças, de 8 años de la Compañía.

383 Ir. Romano, Jappón 384 Ir. Matheo, Jappón, del Facata 385 Ir. Thomás, Jappón, del Figen 386 Ir. Lino, Jappón, del Figen 387 Ir. Domingos, Jappón, de Firando 388 Ir. Simón, Jappón, de Bungo 389 Ir. Fabián, de Goquinai, Jappón 390 Ir. Juan, Jappón, de Vome 391 Ir. Juan, Jappón, de Scunucuni 392 Ir. Tomé, Jappón, de Sucnucuni 393 Ir. Paulo, Jappón, de Scunucuni 394 Ir. Miguel, Jappón, de Sunucuni	Son todos robustos, y de 19 y 20 años, y avra 3 años que entraron en la Compañía.

277 38] *corr.* ‖ 291 Jofu] *corr. antea* Jofus ?

Residencia de Yu y Xingua.

395 P. Gonçalo Rebello, Portugués, de , de 45 años, robusto, de 15 años de la Compañía, estudió casos de consciencia.

396 Ir. Simón, Jappón, de Guoquinai, de 31 años, robusto, de 8 años de la Compañía.

397 P. Juan Rodrigues.

398 Ir. Tomé, Jappón, de Bungo.

Residencia de Notçu.

399 P. Juan Francisco Estefanonio, Italiano, de Roma, de 45 años, robusto, de 18 años de la Compañía, estudió casos de consciencia, Superior.

400 Ir. Miguel, Jappón, de Cansuça, de 26 años, robusto, de 8 años de la Compañía.

Residencia de Mioçu o de Bungo [Myōken, Buzen].

401 P. Jorge de Carvallal, Portugués, de Viseu, de 39 años, de mediocres fuerças, de 20 años y medio de la Compañía, oyó dos años de theología, fue maestro de latín 2 años, fue Maestro de los noviços en el Collegio de Goa.

402 Ir. Franca León, Jappón, de 50 años, robusto, de 7 años de la Compañía.

Regno de Jamaguche. Cciudad de Jamanguche.

403 P. Christóval de Morera, Portugués, de 38 años, de buenas fuerças, de onze años de la Compañía, estudió latín.

404 Ir. Gaspar, Jappón, de Omura, de 24 años, robusto, de 4 años de la Compañía.


Regno de Jio [= Iyo]/482v

405 P. Francisco Carrión, Castellano, de Medina del Campo, diocese de Salamanca, de 36 años, de mediocres fuerças, de 17 años de la Compañía, oyó algunos meses de theología y casos de consciencia, fue ministro.

406 Ir. Sebastián, Jappón, de Osai.

---

313 45] *corr. prob. ex* 43



Gokinai, cum aliis quibusdam provinciis (*kuni*) adjacentibus. Antiqua delineamenta ms. in Usuki, in Bibliotheca Publica - Museo. — 1. Kyōto, in Yamashiro. — 2. Ōsaka, in Settsu. — 3. Sakai, in Izumi. — 4. Nara in Yamato. — 5. Kawachi.

Reino de Meachó.

Vosaca.

407 P. Organtino, Italiano, de Brexa, de 56 años de buenas fuerças, de 33 años de la Compañía, oyó algún tiempo theología. Superior de Meacho. Hizo professión de tres votos en el año de 68, en 30 Noviembre.

408 P. Gregorio de Séspedes, Castellano, de 38 años, robusto, de 18 años de la Compañía, estudió cánones dos años, oyó tres años de theología.

409 P. Damián Marín, Espanhol, Valenciano, de 41 años, de buenas fuerças, de 13 años de la Compañía, oyó un año de theología, fue Maestro de los noviçios en Goa.

410 Ir. Hierónimo Vaz, Portugués, de 38 años, robusto, de 9 años de la Compañía.

411 Ir. Juan Nicolás, Italiano, de Nápoles, de 28 años, de buenas fuerças, de 8 años de la Compañía.

412 Ir. Vicente, Jappón, de Vosaca [!], de 47 años, robusto, de 8 años de la Compañía.

413 Ir. Gian, Jappón, de Scunucuni, de 25 años, muy robusto, de siete años de la Compañía.

Residencia del Sacai.

414 P. Francisco Passio, Italiano, de Boloña, de 35 años, robusto, de 16 años de la Compañía, oyó dos años de theología, fue ministro del Collegio de Goa, procurador de la Provincia y Padre de los christianos.

415 P. Celso Confalonero, Italiano, de Milán, de 32 años, de mediocres fuerças, de 17 años y medio de la Compañía, oyó tres años de theología, fue maestro de rhetórica un año y de griego dos años.

416 Ir. Bartholomé Redondo, Castellano, de 44 años, robusto, de 18 años de la Compañía.

417 Ir. Lorenço, Jappón, de Figen, de 64 años, de mediocres fuerças, de 36 años de la Compañía.

Residencia del Meaco.

418 P. Pedro Crasso, Italiano, de Milán, de 38 años, de buenas fuerças, de 18 años de la Compañía, acabó los estudios, fue maestro de humanidad 4 años y ministro en Baçaim.

---

340 Meachó] *corr. ex* Miachó (vel viceversa) || 372 Baçaim] *vid. postea add.*

419 P. Antoni[n]o Prenestino, Italiano, de Sicilia, de 49 años, robusto, de 20 años de la Compañía, oyó dos años de theología, enseñó latín.

420 Ir. Diogo Perera.

421 Ir. Cosme, Jappón, del Meaco, de 38 años, robusto, de 11 años de la Compañía.

RESIDENCIA DE TACATÇUQUI.

422 P. Gil de la Mata, Castellano, de Logroño, diocese de Calahorra, de 41 años, de buenas fuerças, de 22 años y medio de la Compañía, acabó los estudios, leyó casos de consciencia 3 años.

423 Ir. Ignacio, Jappón, del Meaco, de 25 años, robusto, de 7 años de la Compañía.

RESIDENCIA DE ACAY [Akashi].

424 P. Joseph Forlaneto, Italiano, de Venezia, de 43 años, robusto, de 17 años de la Compañía, estudió casos de consciencia.

425 Ir. André, Jappón, de Amagusa, de 24 años, robusto, de 5 años de la Compañía.

/183/ LISTA DE LOS DEFUNCTOS DEL AÑO DE 1588.

. . . . . .

O P.e Andrés Pinto en Amachao.

. . . . . .

O P.e Sebastião de Moraes, Bispo de Jappão, en Moçambique en el mes de Agosto.

380-381 Calahorra] *sup. lin.; antea in textu* Catagirona | y medio] *add. sup. lin.* || 383 Meaco] *corr. ex* Miaco (vel viceversa) || 386 Forlaneto] *corr.*

27 ABC

CATALOGI VICEPROVINCIAE JAPONICAE 1588
[initio anni 1588 confecti]

Tres exstant catalogi anno 1588 in Japonia exarati: Catalogus Primus, Catalogus Tertius (cui inseritur Catalogus Brevis), Catalogus Alumnorum Seminarii.

A. *Catalogus Primus*

Catalogus iste 8 folia chartae japonicae altitudinis 35 cm., latitudinis c. 25, 7 cm. comprehendit: *J. 25,* 9-16ᵛ. Primum folium rectum (*J. 25,* 9) praeter notulam alia manu postea additam ('Japonia 1588') vacat; ultimum folium versum (*J. 25,* 16ᵛ) similiter, praeter titulum manu Patris Petri Gómez scriptum ('Viceprovinciae Japonicae Cathalogus Iᵘˢ anni 1588') et additum alia manu in imo angulo sinistro numerum ('88'), vacat. Duabus istis paginis exceptis, Catalogus lineis ita divisus est, ut in binis foliis junctis a sinistra ad dexteram novem spatia vel campi oriantur, qui a summo usque ad imum iterum lineis intersecantur. Intra repagula sic confecta sua manu P. Petrus Gómez, eo tempore, ipso Catalogo teste[1], Missionis in 'regno' Bungo Superior, ea quae de singulis Societatis membris in Japonia degentibus dicenda erant, scripsit. Summis repagulis, a sinistra ad dexteram, singuli informationum tituli hoc ordine indicantur:

//Nomen & Cognomen / Patria / Aetas / Vires / Tempus Societatis/ Tempus studiorum// — et haec quidem in folio sinistro: in folio dextero vero sequentia: — //Gradus in litteris / Ministeria, quae exercuit /An Professus vel Coadjutor, & a quo tempore // In margine sinistro paginae sinistrae, a summo ad imum, repagulis, quae singulorum nomina continent, numeri arabici juxtaponuntur (num. 1-17/ 18-34/35-51/52-68/69-85/86-102/103-113), ita ut in ultimis binis foliis junctis (*J. 25,* 15ᵛ-16) 6 repagula libera remaneant. Duae notulae (quas supra commemoravimus) scripta sunt atramento bruni coloris; eodem atramento in margine dextero folii 13 inter numeros 66 et 67 duo signa # cum lineola verticali (inter utrumque) adjuncta sunt, ut designetur transitus a Fratribus europaeis ad Fratres japonenses. Inter numeros autem 90 et 91 ipse auctor Catalogi lineam horizontalem dividentem, a principio (folio 14ᵛ) et in fine (folio 15), ita reddidit crassiorem, ut lector advertat, jam de scholaribus ad novitios transiri. Quo in loco

---

1 « Nunc Bungi Superior »: *J. 25,* 10. Sed jam Decembri 1586 propter belli destructiones ex illo « regno » discedere coactus (Lud. Fróis - Generali, Hirado, 5. Augusti 1587, lus., Orig., *J. 51,* 94ᵛ), primum in « regnum » Suwō, in civitatem Yamaguchi (ib. *J. 51,* 94ᵛ), dein, propter persecutionem obortam, ad 'regnum' Hizen venit (Lud. Fróis - Generali, Hirado, 2. Octobris 1587, lus., Orig., *J. 51,* 55-56ᵛ), ubi tempore compositionis Catalogi morabatur.

etiam alia illa manus eodem bruno atramento parvo signo interjecto eandem rem denuo notavit.

Catalogus Primus, antequam in volumine *J. 25* ligaretur, tum variis in locis parum extensis, tum praesertim a tergo, restauratus est, ceteroquin bene conservatus. Olim dupliciter (probabilius tripliciter) plicatus fuit.

Ordo, quo inter se singulorum nomina sequuntur, hic est, ut primo loco Patres, dein Fratres europaei, postea Fratres japonici, tandem novitii, primum europaei, dein japonici, ponantur. Inter Patres vero, primo loco Viceprovincialis cum suo Socio recensentur, dein tres Superiores Regionales partium Bungo, Miyako, Shimo, postea Rector Collegii Funaiensis et Magister novitiorum; sequitur is, qui Superior Domūs Nagasakiensis esse videtur. Enumerantur deinde quatuor jam ad ultima vota promoti: Professus trium votorum unus, et Coadjutores Spirituales tres; quos sequuntur ceteri Patres ad ultima vota nondum admissi: quo ordine sequantur, vix intelligitur: non ordine alphabethico (nominis vel cognominis), neque secundum aetatem, neque secundum tempus ingressūs in Societatem, neque secundum munera actu vel antea exercita, neque secundum singulorum in Japoniam adventum, neque demum secundum ullum alium evidentem respectum. Inter Fratres europaeos primo loco ii recensentur, qui studiis superioribus operam dare coeperant, deinde grammaticae latinae studio occupati (sequitur unus, qui de exegesi nonnihil audiverat, forsitan antea omissus), tandem Coadjutores Temporales europaei; Fratres japonici post eos, sine ullo evidente ordine, sequuntur; similiter novitii, primum europaei, dein japonenses, non sine aliquo respectu ad tempus ingressūs eorum in Societatem.

Auctor vero Catalogi Primi quis fuerit, quaeritur. Num P. Petrus Gómez, cujus est scriptura, Catalogum composuit? An ille Catalogum tantummodo descripsit, quem ad illum finem ei tradidit Viceprovincialis? Saepius enim Patres etiam auctoritate praestantes scripta alius auctoris, ac vel maxime Superioris Majoris, sua manu describebant, sive propter secretum servandum, sive propter defectum aliorum amanuensium, praesertim urgente necessitate, cum jam Navis ad proficiscendum parata esset. At, de secreto servando in isto Catalogo non agitur: nullas enim Informationes secretas Catalogus Primus continet; alios autem amanuenses Viceprovinciali tunc defuisse, probandum esset, eo vel magis quod rarius quam alii Patres P. Petrus Gómez in Japonia (praeter proprias epistolas) aliorum documenta (saltem ex illis, quae hodiedum conservantur) *sua manu* scribere solebat. Quin potius ipse, nomine Viceprovincialis, ac documentis ab illo receptis innixus, Catalogum istum composuisse videtur.

Tempus vero compositionis, quod P. Petrus Gómez sua manu a tergo Catalogi notavit, est annus 1588. Cum Catalogus Tertius mense Januario ejusdem anni confectus sit[2], etiam Catalogus Primus eidem tempori adscribendus esse videtur. — Ceterum, die 16. Augusti 1588

[2] Teste titulo: « anno Domini 1588, mense Januario »: *J. 25, 19.*

Navis Macaensis ad portum Nagasakiensem appulit, in qua duo Patres advenerunt: P. Franciscus Rodríguez et P. Theodorus Mantels[3]. Qui in Catalogo Primo *nondum apponuntur*: unde Catalogum *ante eorum adventum* compositum esse concluditur. — Praeterea die 8. Septembris 1588 in Novitiatu Amacusano defunctus est Fr. Romanus de Hyūga[3a], mense Junio 1588 in oppido Arie mortuus est P. Christophorus de León[3b], mense Majo 1588 P. Johannes Petrus Grasso obiit[3c]. Omnes isti in Catalogo Primo recensentur. Quare Catalogum Primum *ante illos eventūs*, i. e. *ante finem Maji 1588*, exaratum esse, jure deducitur.

Quaeritur praeterea, num auctor Catalogum aliquem praecedentem prae manibus habuerit, cum istum Catalogum exararet. Sed e Catalogis anterioribus hodiedum conservatis nullus praesenti Catalogo ita correspondet, ut ex illo, sola numerorum, i. e. annorum, permutatione, derivatus esse videatur. Auctor Catalogum Goanum Decembris 1584, vel Catalogum Viceprovinciae Japonicae in eo receptum, adhibuisse videtur: a quo tamen Catalogus Primus Japoniae anni 1588 saepe deflectit, et ex aliis fontibus, probabiliter ex nova interrogatione individuorum, suas notitias haurit.

B. Catalogus Tertius

(Catalogus Brevis, Catalogus Rerum)

Catalogus Tertius qui nunc in vol. *J. 25* 19-20v, *post* Catalogum Seminariorum sequitur, e *Catalogo Rerum* et *Catalogo Personarum* consistit, quibus brevis nota adjicitur, puncta quaedam utriusque Catalogi comprehendens. Catalogus Rerum primo loco de tota Viceprovincia Japonica in genere agit, deinde de duabus Domibus majoribus, scl. de Collegio et de Domo Probationis, tandem de Domibus minoribus, scl. de Residentiis. Catalogus Personarum tribus columnis juxtapositis nomina singulorum membrorum Viceprovinciae Japonicae enumerat: ac primum quidem eorum, qui ultima vota jam emiserant: Professorum (4 et 3 votorum), Coadjutorum Spiritualium et Temporalium; dein sacerdotes recensentur, qui ad ultima vota nondum pervenerant; exinde scholares, nondum sacerdotes, studiis operam dantes; scholares non-

---

3 Ajuda, 'Jesuítas na Ásia', *49-IV-56*, 4v.

42	Machinda Andreas	Quchinozu	13 annos	Robustus	Ingressus anno 1587, grammaticam in 3ª classe audit, musicam et japponicas litteras mediocriter callet
43	Qusa Paulus	Ex regno Chicungo	20 annos	Robustus	Ingressus anno 1587, grammaticam in 3ª classe audit, japponicas litteras mediocriter callet

	Nomen & cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Seminarii [&] studiorum
44	Vata Dominicus	Nangasaqui	10 annos	Robustus	Ingressus anno 1587, in schola addiscit
45	Nacavoy Ignatius	Nangasaqui	15 annos	Robustus	Ingressus anno 1587, in 3ª classe grammaticam audit, musicam et japponicas litteras addiscit
46	Dominicus [Dionysius ?] Piris	Nangasaqui	16 annos	Robustus	Ingressus anno 1587, grammaticam [in] 3ª classe audit, musicam callet
47	Joannes	Nangasaqui	9 annos	Robustus	Ingressus anno 1587, schola addiscit
48	Baba Lionardus	Nangasaqui	15 annos	Robustus	Ingressus anno 1587, in schola addiscit, japponicas litteras mediocriter callet
49	Sangra Marselus	Yamaguchi	13 annos	Debiles (!)	Ingressus anno 1587, schola addiscit
50	Xivonzuque Luduvicus	Nangasaqui	11 annos	Robustus	Ingressus anno 1587, schola addiscit
51	Vongava Lucas	Ex regno Fingo	15 annos	Robustus	Ingressus anno 1588, schola addiscit

Hi qui sequuntur ex Miacensi ad Arimense Seminarium venerunt mense Decembri anni 1587

52	Sanga Antonius	Ex regno Cavachi	18 annos	Mediocriter robustus	Ingressus anno 1581, in secunda classe grammaticam audit, japponicas litteras plusquam mediocriter callet

	Nomen & cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Seminarii [&] studiorum
53	Yjichi Mantius	Ex regno Cavachi	16 annos	Mediocriter robustus	Ingressus anno 1581, in 2ª classe grammaticam audit, japponicas litteras mediocriter callet / 18v
54	Yjichi Simon	Ex regno Cavachi	16 annos	Robustus	Ingressus anno 1581, grammaticam in 2ª classe audit, japponicas litteras mediocriter callet
55	Ycarunga Maximus	Ex regno Cavachi	18 annos	Robustus	Ingressus anno 1582, grammaticam in 2ª classe audit, japponicas litteras plusquam mediocriter callet.
56	Vonda Melchior	Ex regno Cavachi	17 annos	Mediocriter robustus	Ingressus anno 1582, grammaticam in 3ª classe audit, japponicas litteras moderate scit
57	Nayto Lodovicus	Ex regno Zunuquni	16 annos	Robustus	Ingressus anno 1584, grammaticam [in] 2ª classe audit, japponicas litteras plusquam mediocriter callet
59	Ychi Justus	Ex regno Cavachi	14 annos	Robustus	Ingressus anno 1585, grammaticam in 3ª classe audit, moderate japponicas litteras callet
60	Mihi Damianus	Ex regno Ava	17 annos	Mediocriter robustus	Ingressus anno 1585, grammaticam in 2ª classe audit, japponicas litteras plusquam mediocriter callet
60	Sanga Mathias	Ex regno Cavachi	16 annos	Mediocriter robustus	Ingressus anno 1585, grammaticam in 2ª classe audit, japponicas litteras mediocriter callet
61	Yuqui Jacobus	Ex regno Cavachi	14 annos	Robustus	Ingressus anno 1586, grammaticam in 3ª classe audit, japponicas litteras moderate scit
62	Cunuri Marcus	Ex regno Vomi	13 annos	Robustus	Ingressus anno 1585, in schola addiscit
63	Macara Franciscus	Ex regno Mino	18 annos	Robustus	Ingressus anno 1585, grammaticam [in] 2ª classe audit, japponicas litteras bene callet
64	Yamanda Julianus	Sacay	16 annos	Robustus	Ingressus anno 1585, grammaticam in 2ª classe audit, japponicas litteras optime callet

	Nomen & cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Seminarii [&] studiorum
65	Toricay Thomas	Ex regno Zunuquni	14 annos	Robustus	Ingressus anno 1586, grammaticam in 3ª classe audit, japponicas litteras moderate callet
66	Taquenda Matheus	Miaco	12 annos	Robustus	Ingressus anno 1586, grammaticam in 3ª classe audit, japponicas litteras moderate callet
67	Voquxi Benedictus	Ex regno Cavachi	12 annos	Robustus	Ingressus anno 1587, grammaticam in 3ª classe audit, japponicas litteras moderate callet
68	Yzichi Thomas	Ex regno Cavachi	10 annos	Robustus	Ingressus anno 1587, in schola addiscit
69	Taquxima Joannes	Firando	12 annos	Robustus	Ingressus anno 1587, in schola addiscit
70	Xiqui Marcus	Ex regno Zunuquni	11 annos	Robustus	Ingressus anno 1587, in schola addiscit

nr. 24 e de aliis] *seq.* de *vel.* di *del.* ‖ nr. 31 e 1583] *seq.* gram. *del.* / musicam *et*] et *corr.* / discrete capit *corr., forsitan 1a le.* discit *corr. in* discrete *dein* s[scit] *corr. in* capit ‖ nr. 36 a Mena M *majusc. corr. ex minusc.* ‖ nr. 40 e audit *corr.* ‖ nr. 53a Yjichi *forsitan 1a le* Jichi ‖ nr. 61 e scit. *corr.* ‖ nr. 69 e in schola] in *postea insertum*

28

CATALOGUS BREVIS VICEPROVINCIAE JAPONICAE
26. Januarii 1589

Catalogi istius unum quod nobis notum est exemplum in volumine primo Catalogorum Indiae Orientalis continetur: *Goa 24 I* 168/9v. Quod 2 foliis chartae japonicae, c. 17 cm. (17,1 - 17,4) latitudinis, et fere 25 cm. (24,9 - 25,1) altitudinis constat. Praemisso titulo (« Lista pera ver o P.e Visitador »), de Catalogis tum anno superiore missis, tum « hoc anno » etiam mittendo, brevis explicatio sequitur. Deinde vero, indicato tempore istius Catalogi (« Anno do Senhor de 1589, aos 26 de Janeiro »), duabus columnis ponitur textus, i. e. nomina Domorum cum Patribus Fratribusque ibi commorantibus, idque tribus paginis; sed tertiae paginae columnā alterā, post socios in feudo Bungo degentes, numerus omnium sociorum, ac deinde separatim numerus Patrum, Fratrum Europaeorum, Fratrum Japonensium computatur; plus quam media columna vacat. Paginā quartā nonnisi titulus legitur: « Lista dos Padres e Irmãos de Jappão, e dos lugares aonde ficão. 1589. »; de cetero vacat.

Subscriptio deest; neque scriptura manum Viceprovincialis P. Gasparis Coelho [1] aut socii ejusdem, P. Ludovici Fróis [2], prodit, sed amanuensis quidam interim ignotus totum sua manu scripsit. Catalogus, die 26. Januarii 1589 exaratus, ad Visitatorem, scl. ad Indiae et Japoniae Visitatorem P. Alexandrum Valignano, destinatus est: qui die 28. Julii 1588 ex India Macaum regressus [3], secundam trajiciendi in Japoniam opportunitatem exspectabat. Ad quem etiam brevis introductio, quae nomina praecedit, dirigitur.

Locus compositionis est Japonia, probabiliter oppidum Katsusa (Takaku), ubi ipso Catalogo teste tunc Viceprovincialis ejusque socius versabantur. Auctor vero, vel ipse P. Gaspar Coelho, vel ejus jussu P. Ludovicus Fróis non immerito supponitur, sed cum certitudine indicari nequit.

Cum exemplum, quod supra descripsimus, ad Visitatorem Macaī degentem dirigatur, quaeri licet, num ipsum (quod Coelho misit exemplum) a Visitatore, nulla facta mutatione, e Macaensi civitate ad Generalem missum sit; an vero Viceprovincialis e Japonia, vel Visitator e portu Macaensi, apographum in omnibus consimile Romam expedierit. Sed ad istam quaestionem, dum de amanuensi praesentis exempli non constat, respondere non valemus.

Catalogus, nitide scriptus, nullisque correctionibus obnoxius, prout jacet, a nobis editur, quin apparatu critico opus sit.

---

1 Vide scripturam epistolae ejus, die 13. Octobris 1581 e Japonia scriptae, *J. 9 II* 41-46v.

2 Manum ejus, inter alia multa documenta, habes in epistola die 8. Octobris 1581 e Collegio Funaiensi data, *J. 9 II* 39-40v.

3 Josef Franz SCHÜTTE S. J., *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan* I, 1 p. 44.

Textus

Goa 24, ff. 168-69v

Lista pera per o P.e Visitador.

O anno passado de 88 se mandarão a V. R. as listas exactas dos subjectos da Companhia e de suas calidades, conforme a nossas regras. E porquanto agora está tudo perturbado e os que oje estão em huma parte amenhã estão em outra, não se pode apontar *pro nunc* detriminado lugar de sua residência, mais que o que ao presente se offerece por estarem as cousas no estado em que agora ficão.

Anno do Senhor de 1589, aos 26 de Janeiro.

¶ En Cazzuça.

O P.e Gaspar Coelho, Viceprovincial
O P.e Luís Fróis, Consultor
O Ir. Vomi João
O Ir. Ambrósio Fernández
O Ir. André Douria

¶ En Arima.

O P.e Francisco Laguna
O P.e Celso
O Ir. João Bernardes
O Ir. Romão de Bungo

¶ Quchinoççu.

O P.e Gonçalo Rebelo
O Ir. Guilherme

¶ En Arie está o Collégio.

O P.e Francisco Calderón, Reitor
O P.e Francisco Peres, tem cuidado dos christãos.
O. Ir. Ambrósio de Bayrros
O Ir. Francisco Douria
O Ir. Francisco Carvalho
O Ir. Francisco Pires
O Ir. Thomé de Firando
[O Ir.] Simão de Vomura
O Ir. Miguel Colaço
O Ir. Miguel do Cami [Kimura]
O Ir. Thoma do Cami [Kimura]
O Ir. Jorge do Cami
O Ir. Ximizu João do Cami
O Ir. Miqui Paulo do Cami
O Ir. Jião do Facata
O Ir. Marino do Tacaqu
O Ir. Francisco de Fiunga
O Ir. Bastião de Bungo
O Ir. Semião de Bungo
O Ir. Matheus de Bungo
O Ir. Cosme de Nagaye
O Ir. Jião do Cami
O Ir. Roque
O Ir. João Nicolao, pintor
O Ir. Luís de Nagasaqui
O Ir. Jácome de Navais

¶ En Chingiva.

O P.e António Fernández
O Ir. Paulo de Bungo

¶ En Mie e Ximabara.

O P.e Álvaro Dias
O Ir. Domingos Dias
O Ir. Bastiam de Firand[o]
O Ir. Pedro de Cu [chinocçu] / 168v

¶ No Seminário de Fachiravo.

O P.e Damião Marín
O Ir. João Rodríguez
O Ir. Diogo Pereira
O Ir. Phelipe Gómez
Os meninos são secenta e tantos

¶ Na Residentia de Amacuça

O P.e Afonço González, Superior
O P.e João Francisco, Italiano, em Fondo
O P.e Marcos Ferraro, Italiano
O Ir. Bertholomeu Redondo
O Ir. Simão do Fingo

¶ Casa de provação em Cavachinoura.

O P.e Pedro Ramón, Reitor e Mestre de novicios
O P.e António Francisco, Espanhol
O Ir. Gaspar Carvalho, Português
O Ir. Lião do Cami
O Ir. Luís do Cami
O Ir. Fabião do Cami
O Ir. João de Torres de Yamaguchi
O Ir. Nicolao do Cami
O Ir. António de Firando
O Ir. Yofo Paulo de Vacaça
O Ir. Augustinho de Vomura

Os treze abaixo seguintes se recebérão este mes de Janeiro de 1589.

O Ir. Amador de Nagasaqui
O Ir. Mathias do Tacaqu
[O] Ir. Thome de Sonogui / *col. b.*
O Ir. Melchior de Nagasaqui
O Ir. António do Cami
O Ir. Francisco do Cami
O Ir. Máncio de Amacubo
O Ir. Paulo de Sonongui
O Ir. Máximo do Cami
O Ir. Lionardo de Firando
O Ir. Jullião do Cami
O Ir. Miguel do Ysaphay
O Ir. Aleixo de Bungo
O Ir. Lião do Tacata
O Ir. Ignátio do Cami
O Ir. Thoma, despenceyro

¶ Na ilha de Voyeno.

O P.e Balthazar Lopes, o Grande
O P.e Gregório Fúlvio
O Ir. Miguel de Cazzuça

¶ En Nagasaqui.

O P.e Pedro Gómez
O P.e Organtino
O P.e João de Crasto, procurador
O P.e António López
O P.e Pero Paulo
O P.e Gregório Céspedes
O Ir. Balthazar Correa
O Ir. Gómez de Yamaguchi
O Ir. Cosme do Miaco
O Ir. Vicente de Vacaça / 169

¶ En Conga.

O P.e Egídio, olim Gil, da Mata
O Ir. Lourenço

¶ En Vomura.

O P.e Afonço de Lucena, Superior
O P.e João Rodríguez
O P.e Francisco Rodríguez
O P.e Theodoro Manteles
O Ir. Francisco Fernández
O Ir. Nicolao de Yamaguchi
O Ir. Adão

¶ Nas terras de Vomura.

[O] P.e Bastião Gonçálvez
O P.e Jullio Pianni
O Ir. João Gerardino
O Ir. Gaspar de Vomura

¶ En ilhas de Firando.

O P.e Francisco Carreón, Superior
O P.e Jorge de Carvalhal
O P.e Aires Sanches
O Ir. Domingos de Firando
O Ir. André de Amacuça

¶ Nas ilhas do Goto.

O P.e Josepho Fornalete
[O] P.e Balthazar López
[O Ir.] Paulo de Amacuça
/ *col. b.*

¶ En o reino de Bugo.

O P.e Francisco Pássio
O P.e Christóvão Morera
O Ir. Fancão Lião do Bandou.

São por todos cento e desaseis	116
Padres	037
Irmãos de Europa	019
Irmãos japõis	060

29 A B C D E

CATALOGI VICEPROVINCIAE JAPONICAE
Novembri 1592 et Januario 1593 confecti.

Alexander Valignano, peracta Japonicae Missionis visitatione altera, die 9. Octobris 1592 e Japonia profectus, die 24. Octobris ejusdem anni Macaum advenit [1]. Ubi praeter multa alia scripta etiam omnes, qui exarandi erant, Catalogos, a Procuratore in I. Congregatione Provinciali Japonica electo, P. Aegidio de la Mata [2], Romam perferendos, composuit.

Optimam habes introductionem ad istorum Catalogorum compositionem in epistola ab ipso Visitatore P. Alexandro Valignano e Macaensi civitate die 1. Januarii 1593 ad Praepositum Generalem data [3], de qua in opere nostro *Introductio ad Historiam Societatis Jesu in Japonia* (Parte I., Cap. 2º/II, 3/B, 3 = pp. 149-161) accurate diximus.

Ex illa epistola, sicut ex ipsis Catalogis, patet, quis, ubi, quando eos composuerit: P. Alexander Valignano, Indiae, Sinarum et Japoniae Visitator, post suum e Japonia reditum Catalogos istos in Macaensi Domo a Novembri 1592 usque ad Januarium 1593 composuit.

Eo tempore in Japonia persecutio perdurabat. Quamvis enim Visitator, legatione Viceregis Indiae Orientalis fungens, Ducem Japoniae Toyotomi Hideyoshi cum solemni pompa adiisset, tamen liberam Fidei christianae propagationem ab ipso ne petere quidem, nedum obtinere potuit. Concessit ille quidem, ut in Nagasakiensi portu (pro Lusitanorum dumtaxat commoditate) decem e Societate residerent, qui, donec a Prorege Indiae responsum mitteretur, specietenus veluti obsides ibi remanerent. Qua licentia, ex Japonensium usu et consuetudine, id significari videbatur, posse quemlibet numerum Sociorum in Japonia, maxime in partibus 'Shimo' vocatis, vel etiam in tota insula Kyūshū, tranquille degere, si, ab omni strepitu et ostentatione abstinentes, neque in publicum prodirent, neque manifeste christianam Fidem spargerent. Tamen Ecclesia Japonica in pristinam libertatem restituta non erat. Immo, paulo ante discessum Visitatoris e Japonia, mense Augusti 1592, Hideyoshi Domum magnam Societatis Jesu in urbe Nagasaki cum magnifico ejus Templo penitus destruxit [4], ita ut socii ibi degentes partim ad Misericordiae Domum, partim ad Domum Omnium Sanctorum in suburbanis ejusdem civitatis transmigrare cogerentur.

Ceterum, propter persecutionem, praeter Domos in provinciis Hizen et Higo, nullae aliae Residentiae (vere tales) in aliis partibus existebant, etsi inter Christianos in feudo Bungo et in civitate Miyacensi Patres Fratresque complures quasi in abscondito operabantur.

---

1 Vid. opus nostrum *Introductio* p. 1026 (in Indice: Valignano, P. Alexander S. J.

2 SCHÜTTE, *Cortes* p. 19.

3 *J. 12 I* 28-29v.

4 *Introductio,* p. 730.

Domorum inde a morte Ducis Oda Nobunaga, et praesertim inde ab exorta persecutione anni 1587, destructarum elenchus Catalogo Brevi a Visitatore adjectus est.

29 A

CATALOGUS BREVIS VICEPROVINCIAE JAPONICAE

Novembri 1592 confectus

Tria exemplaria originalia istius Catalogi exstant.

Exemplar A, quod edimus, in primo volumine Catalogorum Japonicorum ARSI continetur: quod sex foliis constat: *J. 25,* 21-26v. Scriptum est (sicut ceteri Catalogi istius seriei: *J. 25,* 21-55av) in foliis chartae japonicae, quae in longum fere 28 (27,8 - 28,3) cm., in latum circiter 20,5 - 21,5 cm. extenduntur. In omnibus paginis istius seriei Catalogorum, duabus exceptis (quae vacant), atramento delineatum conspicitur quadrum, quod fere 19,4 - 19,8 cm. longitudinis, 13.0 - 13,8 cm. latitudinis habet. Textus Catalogorum huic quadro inscriptus est, ita ut supra et infra, a dextera et a sinistra, margo sat amplus relinquatur, major tamen infra quam supra, et multo latior margo exterior quam interior. Tum in Catalogo Brevi, tum in Catalogo Primo, in margine sinistro cujusvis paginae, *extra quadrum* in singulis paginis delineatum, ad nomina singulorum sociorum adjecti sunt numeri arabici. Praeterea in Catalogo Brevi, necnon in Indice Alphabethico Catalogi Primi, intra quadrum supradictum, singulis nominibus anteponitur parvula crux. Margo in quibusdam locis notulas aliquas continet, de quibus infra in apparatu ad textum dicemus.

Exemplar A totum una manu descriptum est, quae est eadem ac manus scribentis Indicem Alphabethicum Catalogi Primi et ipsum Catalogum Primum Januarii 1593 (seriei quae conservatur in *J. 25*). Tum Index Alphabethicus tum Catalogus Primus hujus voluminis a Visitatore subsignati sunt. Cum exemplaria B et C ab aliis amanuensibus scripta sint, exemplar A sine dubio cum Indice Alphabethico et Catalogo Primo unam seriem, seu unitatem quandam constituit Catalogorum ad Generalem missorum. Quare, etsi Catalogus Brevis propria subsignatione careat, tamen cum Indice et Catalogo Primo ut documentum originale habendum est.

Exemplar B conservatur in volumine altero Catalogorum japonensium in ARSI, i. e. in *J. 26,* 1-6v; estque ejusdem magnitudinis et formae atque exemplar A; subsignatum est a Visitatore, et ab ipso, ut jure supponi potest, ut alia 'via' Romam missum. Vix dubitari potest, quin illud Macai confectum sit, probabiliter a duobus amanuensibus.

Tertium exemplar, a nobis C dictum, inter manuscripta, quae a Marsden nomen consecuta sunt, in Bibliotheca Musaei Britannici exstat:

Add. Mss. 9860, 1-6ᵛ, estque similis formae atque A et B. Notandum est, illud non solum a Visitatore subsignatum, sed in fine ab ipso ' certificatum ' esse, adjecto die et loco, scl. in portu Sinensi, i. e. Macaensi, die 19. Januarii 1593. Ad quem Catalogum spectare videtur folium 106/6ᵛ ejusdem voluminis, quo Patri Aegidio de la Mata injungitur, ut istius Catalogi, a Visitatore subsignati et ' certificati ', apographum det Patri Hieronymo Cotta pro Provinciali Indiae Orientalis; eodemque Catalogo P. Mata (ubicumque sibi visum fuerit) utatur, ut comprobet ea, quae in alio quodam documento, a variis viris jurejurando confirmato, de rebus japonicis Societatis Jesu statuantur; ac praeterea, ut illum adhibeat, ubicumque sibi utile vel necessarium videatur. Additur, istum Catalogum anno 1594 Romam mittendum esse. Exemplar C Macai descriptum est ab amanuensi; sed verba, quibus ' certificatum ' est, aliam manum produnt.

Itaque tria exemplaria A B C originalia sunt, e quibus duo priora Romam ad Curiam S. J. pervenerunt, dum C apud Curiam Provincialis Indiae Orientalis permansisse videtur, unde illud cum multis aliis documentis Archivi Provincialis Goani, inter Manuscripta Marsdeniana venisse dicendum est.

Nos exemplar A edimus, quia partem totius seriei Catalogorum constituit, quos vertente anno 1592 Visitator composuit atque ad Curiam Romanam S. J. transmisit, ubi hodiedum conservantur. Alterum vero exemplar, scl. B, etsi illud quoque ad Romanam Curiam Ordinis pervenit, vel tunc non jungebatur, vel saltem nunc non jam jungitur, toti seriei Catalogorum tunc expeditorum; sed separatim, forsitan cum Catalogo Rerum, missum est. Tertium tandem, etsi a Visitatore ' certificatum ' est ac propterea speciali auctoritate pollet, non Generali, ut duo alia, sed Provinciali Indiae Orientalis datum esse videtur; neque illud toti seriei Catalogorum illius temporis junctum fuisse videtur, sed separatim mandatum, sicut exemplar B.

De cetero, tria exemplaria A B C parum inter se differunt: quaedam ab amanuensi inadvertenter omissa, et orthographiae variationes aliquae ex appartu critico satis apparebunt.

*

Catalogus tribus partibus constat: [1] Elencho Domorum et Personarum S. J. in Sinis et in Japonia; [2] Computatione eorum, qui sub nomine ' Dōjuku ' vel Missionem adjuvabant vel studiis operam dabant; [3 a b] Catalogo Domorum vel Ecclesiarum inde a morte Ducis Oda Nobunaga, et deinceps tempore persecutionis, destructarum.

Prima pars ab illo loco incipit, in quo tunc Visitator versabatur, i. e. a Domo Macaensi; quam sequitur una, quae tunc in Sinis erat, Residentia. Deinde Domūs in Japonia existentes recensentur; ac primo quidem loco de urbe Nagasaki, ubi Viceprovincialis sedem habebat, sermo fit; cui aliae Ōmuranae dicionis Domūs junguntur; quibus positis, jam ad Collegium Amacusanum et Residentias in Insulis Amacusanis descriptio procedit; atque inde ad Arimanum principatum pergit, et enumeratio Domorum illius feudi cum Seminario tunc in Hachirao, loco

remoto ac silvestri, existente clauditur. Postea auctor ad alias Japoniae partes, scl. Bungo et Miyako, se convertit; in fine, Procuratorem Romam profectum subjungit; et omnium Domorum, Ecclesiarum, Personarum numerum computat.

Altera pars de 'Dōjuku' agit; atque imprimis istius nominis sat amplam descriptionem vel definitionem praemittit; deinde numerum eorum conscribit, viventium in singulis Domibus. Auctor a Seminario, tamquam a 'propria' eorum sede, incipit; postea vero, ordinem Domorum eundem ac in Prima Parte istius Catalogi, tenens, quot in singulis domiciliis Dōjuku vivant, indicat; atque in fine omnium numerum computat.

Tertia tandem parte, Domorum et Ecclesiarum in Japonia destructarum Elenchum texit; et primum quidem, quae inter mortem Ducis Oda Nobunaga et persecutionem exortam (21. Junii 1582 - 25. Julii 1587) deletae sunt, recensentur; quibus auctor eas subjungit, quae ab exorta persecutione usque ad profectionem Visitatoris e Japonia (25. Julii 1587 - 9. Octobris 1592) interierunt; qua enumeratione, a Miyacensi regione incipiens, ad provincias 'Chūgoku' dictas descendit, unde ad feudum Bungo, tandem ad Japoniam 'inferiorem' (Shimo) procedit; in fine, omnium Domorum, et Ecclesiarum deletarum computationem addit.

Vide: DOI Tadao, *Bunroku gannen no Nihon Jesuskai mokuroku* (De Catalogo S. J. in Japonia, 1592), in: *Shigaku* XIX-3.

29 B

INDEX ALPHABETHICUS CATALOGI PRIMI, DIE 1. JANUARII 1593 CONFECTI.

Nomina omnium Patrum Fratrumque, qui in Catalogo Primo diei 1. Januarii 1593 ut membra Viceprovinciae Japonicae recensentur, ad faciliorem usum Catalogi Triennalis, collecta et in ordinem alphabethicum redacta sunt. Cujus Indicis Alphabethici *unum* tantummodo *exemplar* novimus, quod, a Visitatore P. Alexandro Valignano subsignatum, in *J. 25* 27-30v conservatur. Index iste iisdem notis ac paulo ante descriptus Catalogus Brevis (Novembri 1592 exaratus) distinguitur; nam ejusdem formae et chartae est, eōdemque modo in singulis foliis delineatum est quadrum, in quo nomina inscripta sunt. Caret titulo; sed, sub littera A majuscula, statim incipiunt nomina. Quibus numeri non anteponuntur; sed quodvis nomen parva crux † praecedit, intra quadrum delineatum posita, ita ut margo omni ex parte sit liber.

Modus scribendi nomina hic est, ut primo loco, cum de Europaeis agitur, nomen baptismi lusitano sermone, dein cognomen notetur; cum vero Japonensium nomina scribuntur, japonico more cognomen prae-

cedit, nomen sequitur, quod est nomen baptismi, lusitano sermone, non nomen japonicum: ita tamen, ut etiam Japonensium nomina sub littera cujusque *nominis baptismi,* non familiae, inveniantur: scribitur e. g.: « Irmão Yxinda Amador », sed sub littera A recensetur.

Post uniuscujusque socii nomen locus indicatur, quo illud nomen in Catalogo inveniatur, pagina scl. et numerus. Ut vero paginarum et numerorum signa ordinate (unum *sub* alio) ponerentur, sex lineae verticales, brevi intervallo, adhibito aliquo instrumento, folio leviter impressae sunt. In prima vero Indicis pagina, fere omnia signa numerum in Catalogo (non paginam) indicantia *correcta* sunt, forsitan ob eam rationem, quod antea sine ordine unum sub alio sequebantur. Textus nitide scriptus apparatu critico non indiget.

29 C

CATALOGUS PRIMUS

1. Januarii 1593

Post Indicem Alphabethicum Catalogi Triennalis, unum quod novimus exemplar Catalogi Primi, die 1. Januarii 1593 exarati, sequitur: quod 10 foliis (*J. 25* 31-38bv) chartae japonicae, ejusdem magnitudinis et formae ac folia praecedentis Indicis Alphabethici, et Catalogi Brevis mense Novembri 1592 confecti, constat. Catalogus Primus Informationes de Patribus et Fratribus (Novitiis non exclusis) continet, qui die 1. Januarii 1593 ad Viceprovinciam Japonicam pertinebant: sunt autem universi 154. *Ordo nominum* gradum uniuscujusque in Societate sequitur, ita ut, sub distinctis titulis, primum Professi 4 votorum, dein Professi 3 votorum et Coadjutores Spirituales formati, dein Coadjutores Temporales formati, exinde Patres, qui ultima vota nondum emiserant, post illos Scholastici, mox ii Fratres Japonici, qui solis litteris japonicis operam dederant, tunc Fratres Coadjutores ad ultima vota nondum promoti, tandem Novitii ponantur. — Inter varias autem ejusdem gradūs personas ordo est hic: Qui ultima vota jam emiserant, tenent ordinem chronologicum votorum; ceteri Catalogum Brevem Novembris 1592 sequuntur. Inter eos vero, qui *ultima vota eodem tempore* nuncupaverant, qui ordo vigeat, non satis patet: quia nec ratio aetatis, neque annorum in Societate peractorum, nec studiorum, neque alphabethicae seriei, nec distributionis per varias Japoniae regiones et oppida, nec quaevis alia ratio vere perspicua habita esse videtur. Illi quoque (et certe Coadjutores Temporales formati) aliquo modo Catalogum Brevem praecedentem imitantur. Aliquatenus etiam muneris seu dignitatis ratio habita est. Singulis nominibus in margine sinistro numeri arabici adjecti sunt.

In isto Catalogo nonnullae notae marginales inveniuntur: nam fol. 31 in summa pagina ita legitur: « Primero Catálogo 1593, quando vejo o Padre Egídio da Matta, Procurador »; fol. 33 ad num. 36: parva crux

mortem indicans; fol. 33v ad num. 41: « morto »; ibidem ad num. 45: « morto »; fol. 34v ad num. 61: parva crux; fol. 35 ad num. 65: « Despedido na India, anno 1596 ».

Excerptum ex isto Catalogo habes apud: L. DELPLACE S. J., *Le Catholicisme au Japon II* (Bruxelles 1910) 1593-1660 pp. 276-279.

29 D

CATALOGUS RERUM VICEPROVINCIAE JAPONICAE JANUARII 1593

1. Triplex istius Catalogi Tertii textus in ARSI exstat: exemplar A, originale, in collectione praecipua Catalogorum Japonensium, *J. 25* 44-47v; exemplar B, in altero volumine Catalogorum Japonensium, *J. 26* 7-10v; exemplar C, apographum, sine subscriptione auctoris, sed ex officio confectum et (ut videtur, ex India) Romam missum, quod inter Catalogos Indiae Orientalis, *Goa 24* I 207-210v, conservatur.

Exemplar A quatuor foliis chartae orientalis constat, quae fere 27,8 cm. altitudinis et 21 cm. latitudinis habent. In singulis paginis atramento delineantum est quadrum, quod fere 19,2 (- 19,5) cm. in altum, atque 13 (- 13,2) cm. in latum extenditur. Textus totus quadro isti inscriptus est, neque in margine aliud quidquam invenitur, nisi in pagina 46 verba: « Reditūs Japonicae VProvinciae ».

Catalogum istum esse opus Visitatoris P. Alexandri Valignano, e subscriptione ejus autographa constat. Qui cum mense Januario 1593 in Domo Macaensi commoraretur, sine dubio ibi praesens exemplar originale A confecit. Subscriptio dumtaxat est autographa; cetera descripta sunt ab aliquo Patre vel Fratre latinae linguae non ignaro.

Exemplar B pari modo quatuor foliis chartae orientalis constat, quae eandem fere altitudinem (27,7 - 28 cm.), eandemque latitudinem (20,3-21 cm.) habent atque exemplar A; sed ita abscissa sunt, ut foliorum infima pars latior sit parte superiori. Quadrum iis inscriptum iisdem fere mensuris extenditur, scl. 19,1 - 19,7 cm. in altum, 12,8-13,2 cm. in latum. Fol. 10 vacat; fol. 10v hanc notam fert: « Catálogo das Casas & Residéntias da ViceProvíncia de Japão, pera o P.e Gil da Mata, do qual dará treslado ao P.e Jerónymo Cotta pera o P.e Provincial ».

P. Aegidius (Gil) de la Mata die 7. Februarii 1592 a Congregatione Provinciali Japonica sub conditione [1], tandem die 22. Julii 1592 absolute [2]

[1] Acta 1ae Congregationis Provincialis Japonicae (3.-14. Febr. 1592), *Congr. 46* 368-369. Sunt autem Acta originalia, subsignata: « Aluisius Frois, secretarius ».

[2] Electionis Acta originalia, ab eodem P. L. Frois subsignata, *Congr. 46* 390-392.

Procurator Romam mittendus electus, mense Octobri 1592 e Japonia profectus erat [3], simul cum P. Visitatore P. Alexandro Valignano; cum quo die 24 Octobris 1592 ad Macaensem portum appulerat [4]. Mata, in itinere Romano aliquamdiu in Provincia Indiae Orientalis permansurus, P. Hieronymo, Cotta, Socio Provincialis Goani, istius Catalogi exemplar (pro Provinciali) tradere jussus est; neque Catalogi Rerum tantum: nam, ut supra notavimus [5], Catalogi Brevis Japoniae, Novembri 1592 compositi, exemplum eidem P. Hieronymo Cotta pro Provinciali dare debuit. — Exemplar B, a Visitatore P. Alexandro Valignano subsignatum, ac proinde, sicut etiam exemplar A, originale est; sed neque exemplar B totum autographum est; vix dubium, quin in Domo Macaensi a Patre quodam vel Fratre, linguae latinae perito, (non secus ac A) transcriptum sit.

Exemplum A et exemplum B inter se comparanti, facile constat, transscribentes unum textum aliumque inter se differre: nempe, manum describentis textum A a manu describentis textum B distinctam esse. — Atque praeterea, verba quoque utriusque textũs inter se paulo differunt; idque quatuor modis: a) tum scriptione verborum, seu orthographiā, quam vocant; b) tum abbreviationibus graphicis in utroque textũ adhibitis; c) tum positione verborum aliquando mutata; d) tum denique substitutione verborum similium. Quod aliqua exempla magis declarant:
a) *A*: Canzusa, Nanguaçaquensis, Yamaguchensis; *B*: Cansusa, Nangasaquensis, Yamagucensis; b) *A*: tń; *B*: tamen (aliquando etiam vice versa); c) *A*: cum tribus millibus Christianorum; deterior multo sit sinensi pecuniā; *B*: cum tribus Christianorum millibus; deterior sit multo quam sinensis; d) *A*: quod habet nunc conjunctam domum Probationis; non tń ecclesias construere; *B*: cui nunc conjuncta est domus Probationis; nó tamé construere templa aliqua aut sacella. — Haec aliaque similia substantiam textus non tangunt; sed utut frequenter occurrunt, vel id demonstrant, utrique transscribenti formam primigeniam Catalogi paulo inter se differentem prae manibus fuisse; vel eos (vel saltem unum ex illis) formam primigeniam, forsitan correctionibus alteratam, paulo liberius transscripsisse; vel denique utrumque ad dictantis vocem aliqua majore libertate textum scripsisse; immo, si ipse Visitator utrique, sed non uno tempore, textum Catalogi dictasset, ita ut leves aliquas mutationes tunc introduceret, sane haec verborum discrepantia sine ulla difficultate explicaretur.

Exemplar C est apographum contemporaneum, cui deest subscriptio Visitatoris; quatuor foliis chartae europaeae, 30,8 cm. altis, 21-21,4 cm. latis, constat. Textus folia 207-209 voluminis *Goa 24 I* occupat, sed fol. 209 ex parte vacat, sicut etiam fol. 210. Fol. 210ᵛ hanc tantum

---

[3] L. Mexia ad Gen., Macao, 20. Jan. 1593, hisp., autogr., 1a vía, *J. 12 I* 98 (98-99v). Cf. supra Cat. Br. Japon., Nov. 1592, *J. 25* 24v.

[4] Ibid., *J. 12 I* 98.

[5] Vid. supra, introd. ad Cat. Br. Japon., Nov. 1592.

notam fert: « Catalogus Residentiarum, domiciliorum Japoniae. 1593. 1a via ». — « 1a via » alia manu (ac reliqua nota) additum est.

Textus C omnino textum B sequitur, ac proinde ab eo transcriptum est; aliquando vero transcribens, qui latinam linguam callebat, abbreviationes in B contentas solvit: e. g. *B* scribit: J. Xo; .n.; st; *C*: Jesu Xo; enim; sicut. Aliquando etiam orthographia exemplaris B in C parum mutatur vel corrigitur: e. g. *B*: persequutione; reditus; *C*: persecutione: redditus. — Correctio una, quae tum in A tum in B invenitur, in exemplari C in textum transiit: « In hac domo / in qua (*add.sup.lin.*) / est parvulum quoddam sacellum [in quo (*del.*] morantur quatuor Patres et tres Fratres. »

2. *Catalogus ita divisus* est, ut, post brevem introductionem de conditionibus in Japonia propter persecutionem vigentibus, generalis quidam Domorum S. J. in Sinis et in Japonia existentium conspectus simul cum numero personarum in eisdem degentium sequatur; deinde sub distinctis titulis Residentia Xauchensis / Domus Nanguasaquensis/ Domus Omnium Sanctorum/ Domus Vomurensis/ Collegium et Domus Probationis Amacusensis/Domus Arimensis/ Seminarium Fachiraoense/ Residentiae Bungensis & Meacoensis/ cum Residentiis ab eisdem Domibus dependentibus describantur. — Quo facto, sine novo titulo de *redditibus Viceprovinciae Japonicae* tractatur: primo loco de 1000 aureis a Rege Portugalliae adsignatis, deinde de ceteris redditibus, quos tum ex India, tum ex annua 'pensione' Summi Pontificis, tum denique e sericarum mercium (opera et studio mercatorum Macaensium) venditione Japonica Viceprovincia percipiebat.

29 E

CATALOGUS
DIMISSORUM, DEFUNCTORUM, ADMISSORUM
VICEPROVINCIAE JAPONICAE
1590 - 1592

(1587-1592)

Alexander Valignano, Visitator, die 28. Julii 1588 ex India Macaum redux [1], die 23. Junii 1590 in Japoniam profectus est [2], atque die 9. Octobris 1592 e portu Nagasakiensi solvens, die 24. Octobris 1592 ad civitatem Macaensem rediit [3]. Ubi, cum Januario 1593 varios (ut vidimus) Catalogos conficeret, Praepositum Generalem etiam de iis sociis monere voluit, qui toto illo tempore, immo a fine anni 1586, usque ad

[1] Cf. J. Fr. Schütte, *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan I, 1* p. 44.
[2] Ib., p. 45.
[3] Ib., p. 45.

Januarium 1593, in Viceprovincia Japonica vel dimissione e sociorum numero excidissent, vel supremum diem obiissent, vel denique in Ordinem recepti essent.

Unum quod novimus exemplar istius Catalogi in *J.* 25 53-55a^v conservatur. Quod constat quatuor foliis chartae japonicae, altis 28,1-28,6 cm., latis vero 21-21,5 cm. Singulis foliis inscriptum est quadrum, intra cujus lineas continetur textus. Quadri latera 19,6-20 cm. alta et 12,9-13,6 cm. lata sunt. Fol. 55a-55a^v vacat. — Textus totus manu P. Ludovici Fróis scriptus est [4], atque tres partes comprehendit: Dimissos, Defunctos, Admissos. Media vero pars, i. e. Defunctorum, in duos titulos divisa est: nam primo titulo (generaliori) de iis sociis agi dicitur, qui ab exorta persecutione ducis Hideyoshi, i. e. a mense Julio 1587, et sequenti anno mortui sunt; sub novo dein titulo socii tribus annis 1590-1592 defuncti ponuntur. — In margine, extra lineas quadri, ab eodem P. Ludovico Fróis scripti sunt numeri, progressu continuo, tum seriei Dimissorum, tum Defunctorum manipuli; sed Defuncti, quamvis, ut diximus, bina serie distincti, *una* numeratione omnes comprehenduntur. *P. Ludovicus Fróis totum textum nitide scripsit,* ita ut paucis correctionibus sit obnoxius.

Auctorem Catalogi si quaeras: subscriptio in fine deest. Textus primae Partis (quae est Dimissorum) sine ullo dubio Visitatorem P. Alexandrum Valignano ut suum auctorem manifestat: qui eam in Domo Macaensi, ad quam e Japonia post alterum visitationis iter redierat, composuit. Cum ceteri istius seriei Catalogi mense Januario confecti sint, eodem fere tempore iste Elenchus ortum habuisse videtur. Ultimo loco dimissus, mense Decembri 1592 e Societate egressus est.

Inter primam Partem (i. e. Dimissorum) et duas sequentes (i. e. Defunctorum et Admissorum) modus loquendi non parum differt: nam in prima Parte auctor de se ipso in prima persona loquitur: Ego, in illo vel illo loco constitutus, talem vel talem, illo vel illo tempore, dimisi. In altera vero, ac tertia Parte auctor, ut ita dicam, sese legenti subtrahit; non jam in prima persona de se loquitur. Unde quaestio: num forsitan altera et tertia Pars ab alio auctore compositae sunt? Id nobis *non* probatur. Nam primum quidem, omnes alii istius seriei Catalogi Visitatorem auctorem habent; deinde judicia, quae de singulis defunctis proferuntur, Visitatoris propria censenda sunt, ejusque modum sese exprimendi retinent; tandem nihil in textu, quod vel Visitatorem ut auctorem excludat vel alium auctorem postulet. Propterea non solam primam Partem, sed duas quoque sequentes P. Alexandro auctore ortum habuisse retinemus. Quod eo etiam confirmatur, quod non in solo titulo generali 'de hoc triennio', sed in sequentibus etiam titulis 'de his tribus annis' sermo est; nempe de illo triennio, quo altera visitatio japonica P. Alexandri Valignano continetur, scl. 1590-1592; Catalogi autem ceteraque scripta, ultimo trimestri anni 1592, et

---

4 P. Ludovicus Fróis Octobri 1592 Visitatorem e Japonia Macaum comitatus, demum anno 1595 in Japoniam rediit. Vide Luis Frois S. J., *Kulturgegensätze Europa-Japan (1585)*, ed. Schütte, Einl. S. 14.

praesertim Januario 1593, ab eodem Visitatore Macai exarata, de altera ejus visitatione japonica Praeposito Generali rationem reddunt.

Dimissi sunt 10; defuncti 13; recepti 5. Quibus tamen numeris frequentia (accessus et recessus) personarum Viceprovinciae Japonicae praedictis annis (1590-1592) (1587-1592) non exhauritur. Nam praeter mutationes, quae in ipsa Viceprovincia locum habuerunt, eorum quoque sociorum ratio tenenda est, qui ex aliis Provinciis denuo advecti, vel ad alias Provincias regressi sunt: de quibus nihil in Catalogo isto. Desunt etiam aliqui socii Macai vel dimissi vel defuncti: ut Fr. Franciscus Ferreira [5], anno 1589 Macai e Societate egressus, et Fr. Georgius de Loyola, Japonensis, die 16. Augusti 1589 Macai mortuus [6].

[5] De dimissione Fr. Francisci Ferreira: Valign. - Gen., Macao, 10. Oct. 1589, 2a vía, Orig., hisp.. *J. 11 II* 183v.

[6] De obitu Fr. Georgii de Loyola: Valig. - P. Manoel Rodríguez. Macao, 24. Sept. 1589, 2a via, Orig., lus., *J. 11 I* 150. — Valign. - Gen. Macao, 25. Sept. 1589, Orig., hisp., *J. 11 I* 157v.

Textus

29 A

J. 25, 21-26v

†

Rol das Casas & Residências que tem a Companhia na Viceprovíncia de Japão neste mez de Novembro do anno 92, com os nomes dos Padres & Irmãos que nellas residem.

Casa da Madre de Deus na cidade de Machao

1.* +P. Alexandro Valignano, Italiano, Visitador
2. + P. Luís Fróis, Português, companheiro & consultor do P.e Visitador, sabe muito bem japam
3. + P. Duarte de Sande, Português, Reitor & consultor, sabe alguma cousa da língoa china
4. + P. Francisco de Laguna, Castelhano, ministro, sabe muito bem japam e lê na língoa
5. + P. Lourenço Mexia, Português, pregador, consultor & perfeito das cousas espirituais
6. + P. Miguel Soares, Português, procurador de Japão
7. + P. Diogo Antunes, Português, pregador & confessor da igreja
8. + P. Fernão Martínez, Português, confessor & perfeito da igreja

9. + P. Joam Soeiro, Português 10. + P. Joam da Rocha, Português	Estudam theologia e a língoa china e pertenecem à Residência & Missam da China
11. + P. Theodoro Manteles, Francês, doemte 12. + P. Baltezar de Torres, Castelhano 13. + P. Guarcia Guarcés, Castelhano, mestre de latim	Estudam a língoa pera ir a Japam

14. + Ir. Oliverio Toscanelo, Italiano, mestre de ler & escrever
15. + Ir. Joam Gerardino, Italiano, porteiro

6 Casa da] *B Casa de* | Deus] *C* Deos ‖ 8 *BC* Froes ‖ 12 *BC* Francisco Laguna, *sine* de ‖ 19 *B* Martins ‖ 22/23 et pertencem] *B* que pertence ‖ 26 *B* Gracia Graces

* In documento originali omnes isti numeri *extra* quadrum delineatum positi sunt.

16. + Ir. Christóvão Ferreira, Português, roupeiro
17. + Ir. Amador Gonçálvez, Português, despenseiro
18. + Ir. André Douria, de Malaca
19. + Ir. Pero Coelho, Português
20. + Ir. Jerónimo Correa, nacido na Índia
21. + Ir. Francisco Carvalho, Português

} Estudantes de casos da consciência (18–21)

/21v/

Residência de Xaucheu [Shiuchow]

22. + P. Mateus Rísio, Italiano, sabe muito bem a língoa china
23. + P. Francisco Petre, Italiano, sabe mediocremente a língoa china
24. + Ir. Francisco Martins
25. + Ir. Bastiam Fernandes

} São ambos de nação Chins, posto que nacidos e criados entre Portugueses (24–25)

Casa da Misericórdia de Nagasaqui

26. + P. António Lopes, Português, Reitor & consultor do Viceprovincial, sabe bem e prega na língoa de Japam
27. + P. Joam de Crasto, procurador, Português, sabe alguma cousa da língoa de Japam
28. + P. Damiam Marim, Valenciano, confessor na língoa de Japam
29. + P. António Cordeiro, Português, confessa na língoa de Japam
30. + Ir. Ambrósio Fernández, Português, tem cuidado da casa, sabe bem japam
31. + Ir. Sungui Gomes, Japam, não sabe mais que japam
32. + Ir. Yofo Paulo, Japam, não sabe mais que japam

Casa de Todos os Sanctos perto de Nagasaqui

33. + P. Pero Gómez, Castelhano, Viceprovincial, não sabe nada da língoa
34. + P. Francisco Pásio, Italiano, seu companheiro, admonitor & consultor, sabe muito bem a língoa

32 Douria] *B* Doria || 32-33 *nr. 18 et nr. 19 in B non comprehenduntur inter eos qui casibus conscientiae operam dant* || 34 de casos] *B* de caso || 38 Risio] *C* Ricio || 41 *BC* Martinez || 43 Casa da] *B* Casa de || 44 Portugues, reitor & consultor do Viceprovincial] *B* Portuguez e reitor do V. P. | na língoa de Japam] *BC deest* de Japam || 55 Yofo] *B corr. in initio* || 59 Pasio] *B* Pacio.

35. + P. Pero da Crus, Castelhano, lê theologia, sabe mediocremente a límgoa

36. + P. Pero Paulo, Italiano
37. + Ir. Joam Rodríguez, Português
38. + Ir. Mateus de Couros, Português

} Sabem muy bem todos a língoa para pregar & escrever nella & estudam theologia

39. + Ir. Guaspar de Paiva, Português, tem conta com a casa e sabe alguma cousa da língoa

40. + Ir. Miqui Paulo, Japam, estudante e preguador, estudou alguma cousa de latim

/22/

Residência de Conga

41. + P. Joam Baptista, Castelhano, confessa na língoa

42. + Ir. Same Luís, Japão, não sabe mais que japão

Residência de Conura

43. + P. Júlio Piani, Italiano, confessa na língoa

44. + Ir. Sadamaççu Guaspar, não sabe mais que japão

Residência de Toquiççu perto de Nagasaqui

45. + P. Bastiam Gonçálvez, Português, sabe mediocremente a língoa

Residência de Firando

46. + P. Joseph Fornalete, Italiano, sabe a língoa bem

47. + Ir. Simión de Bungo, Japão, não sabe mais que japão

} Todas estas Residências estão de baixo da Casa e Reitor de Nagasaqui e têm entre elles e os Padres de Nagasaqui quarenta e sinco igrejas a sua conta, em que averá passante de trinta mil almas christãas, além de otras desasete que têm os de Firamdo, com tres mil e quinhentos Christãos, e tres igrejas no Gotto com dous mil Christãos, e outros dous mil que estarão dispersos polos reynos de Fijem, Chicujem e de Chicugo.

64 Ir.] *in C videtur corr. ex* P. || 65 *B* de Couro || 64-65 & estudam theologia] *B loco & littera* a, *postea corr. in* e *deinde* studão a theologia || 72 *in nota, lin.* 2/3 debaixo da] *B* de baixo de || 88 *B* Simião

Casa de Vomura em Sacaguchi

48. + P. Afonso de Lucena, Português, Reitor, sabe bem a língoa
49. + P. Baltezar Lopes, Portuquês, confessa na língoa
50. + Ir. Joam de Torres, Japam, pregador, sabe bem português
51. + Ir. Francisco Fernamdes, Português, tem cuidado da casa, sabe bem a língoa
52. + Ir. Yquiççuqui Toma, Japão, despenseiro, sabe também português
53. + Ir. Gonoy Paulo, Japão, sancristam, não sabe mais que japão
54. + Ir. Adam, Japão, velho e doente, não sabe mais que japão / 22v

Residência de Curi

55. + P. Joam Rodríguez, Português, sabe muy bem a língoa
56. + Jr. Yamaguchi Niculao, Japão, não sabe mais que japão

Residência de Sonógui

57. + P. Manoel Borralho, Português, confessa na língoa
58. + Ir. Canzusa Miguel, Japam, não sabe mais que japão

Todas estas Residências estão subjectas à Casa e Reitor de Vomura e têm entre ellas e os Padres de Vomura 34 igrejas a sua conta com perto de 40 mil almas christãas

Collégio e Casa da provação de Amaqusa [1]

59. + P. Francisco Calderón, Castelhano, Reytor e consultor, confessa e sabe mediocremente a língoa
60. + P. Diogo de Misquita, Português, ministro e consultor, sabe muito bem e prega na língoa
61. + P. Celço Cofalonério, Italiano, Mestre dos novícios, sabe muito bem & prega na língoa, & hé perfeito das cousas spirituais e consultor

92 na língoa] *B* a lingua || 94 sabe bem português] *B* sabe bem japão *sed verbum* japão *quasi erasum* || 98 *C* sam Christão || 102 nota, lin. 2 estão *om. in B* || lin. 4 e têm] *B* item || lin. 5 ellas e] *BC om.* e || lin. 6 *B* trinta e quatro || 106 Sonógui] *B* Sunongui

1 Collegium a mense Maio (circiter) anni 1591 usque ad Sept./Oct. 1597 in oppido Kawachi-no-ura, Shimo-Amakusa, sedem habuit. *Introductio*, p. 902. — Novitiatus autem, jam antea per paulo plus quam annum, 1588/89, in eodem oppido Kawachi-no-ura collocatus, iterum in eundem locum restitutus est, fere eo tempore, quo etiam Collegium ad oppidum Kawachi-no-ura mutatus est, et, sicut illud, ibi usque ad autumnum 1597 remansit: *Introductio*, pp. 976-977.

62. + P. Alonso González, Castelhano, confessa na língoa
63. + P. Marcos Feraro, Italiano, confessa na língoa

} Têm estes e os mais Padres do Collégio 35 igrejas a sua conta, com mais de dez mil almas christãas

64. + P. Niculao de Avilla, Castelhano, Mestre da primeira classe do latim, sabe mediocremente a língoa
65. + P. Manoel Barreto, Português, Mestre da 2ª classe do latim, sabe bem e prega na língoa
66. + P. Francisco Pírez, Português, sotaministro, sabe mediocremente a língoa
67. + Ir. Guaspar Carvalho, Português, sabe mediocremente a língoa
68. + Ir. Francisco Luís, Português, vai aprendemdo a língoa
69. + Ir. Felipe Gómez, Português, sabe mediocremente a língoa
70. + Ir. Francisco Douria, nacido em Malaca, sabe muito bem a língoa
71. + Ir. Ambrósio de Barros, nacido na Índia, sabe muito bem a língoa.

} Estes todos estudão casos

72. + Ir. Casaria Juliam, Japão
73. + Ir. Foriye Lionardo, Japão
74. + Ir. Sungui Tomé, Japão
75. + Ir. Yxinda Amador, Japão
76. + Ir. Nixi Romão, Japão / 23

} Estudam latim na primeira classe

77. + Ir. Moriyama Miguel, Japam
78. + Ir. Tocumaru Mateus, Japam
79. + Ir. Cusano André, Japam
80. + Ir. Itto Máncio, Japam
81. + Ir. Casaria Justo, Japam
82. + Ir. Sanga Matias, Japam
83. + Ir. Ychiqu Miguel, Japam
84. + Ir. Nacavo Matias, Japam
85. + Ir. Itto Justo, Japam

} Estes todos estudão latim na primeira classe

---

127 P.] *C* Ir. || 132 *nota B* caso || 135 *B* Doria || 137 *B* Bairos || 140 *B* Furie 144 *C* Moriama || 144-152 na primeira] *B* na 1a || 145 *B* Toquo Maru || 139-152 *Ms. A continet nomina nr. 72-76 in fine paginae* (*J.* 25, 22v): *propterea his notam adjicit* Estudam latim na primeira classe; *nomina nr. 77-85 sequuntur nova pagina* (*J.* 25, 23); *iis ergo denuo similis nota additur.* Estes todos estudão latim na primeira classe. *Eadem distributio in duas paginas viget in ms. B, ubi nr. 72-76 eodem modo inscribuntur pag. J.* 26, 2v, *nr. 77-85 in pagina sequenti J.* 26, 3. *Sed in ms. C omnia haec nomina, scl. nr. 72-85, eãdem pagina continentur* (l. c. fol. 3): *nihilominus his quoque, sicut in mss. A et B, duplex illa atque identica nota additur. ubi unica nota omnes comprehendere poterat: quod pro origine ms. C alicujus momenti esse videtur.*

86. + Ir. Chinjiva Miguel, Japam
87. + Ir. Nacaura Juliam, Japam
88. + Ir. Nagavara Niculao, Japam
89. + Ir. Quimura Miguel, Japam
90. + Ir. Nixi Francisco, Japam
91. + Ir. Ycaruga Máximo, Japam
92. + Ir. Macara Francisco, Japam
93. + Ir. Tanabe Liam, Japam

Estes são estudantes de latim da segunda classe

94. + Ir. Unguio Fabiam, Japam, sabe alguma cousa de latim
95. + Ir. Tacay Cosme, Japam, não sabe mais que japam

Estes são mestres & ensinão japam

96. + Ir. Fara Martinho, Japam
97. + Ir. Firamdo Tomás, Japam
98. + Ir. Conga Marino, Japam
99. + Ir. Nagasaqui Luís, Japam
100. + Ir. Fiunga Francisco, Japam
101. + Ir. Mizuguchi Agostinho, Japam
102. + Ir. Yyo Melchior, Japam
103. + Ir. Bastiam de Firado, Japam

Este têm ja estudado latim & agora estudão as letras & escriptura de Japam

104. + Ir. Ariye Simón, Japam, não sabe mais que japão
105. + Ir. Maççuvoca André, Japão, não sabe mais que japão

Estes vão com os Padres polas *ynacas*

106. + Ir. Joam Baptista, Italiano, impresor de nossa letra, sabe muy pouco japão
107. + Ir. Joam Bernardes, Português, despenseiro, sabe bem japam
108. + Ir. Pedro, Japão, impresor da letra japoa, não sabe mais que japam

---

153 Chinjiva] *C* corr. ex Chinziua || 153-160 (nota) *C* da 2a clace *B* de 2a clase || 160 Tanabe] *B* Tanabi || 161 Unguio] *B* Vonguio *corr. ex* Vnguio *vel* Onguio || 169 Fiunga] *B* Fionga || 173 Simón] *B* Simão || 175 (nota) polas Ynacas] *C* pollas aldeas || 177 de nossa letra] *C* da || 181 letra japoa] *BC* de Japão

/23v/

Residência do Xiqui

109. + P. Pero Morejón, Castelhano, sabe bem e prega japão
110. + Ir. Bertolameu Redondo, Malhorquino, tem cuidado da casa, sabe mediocremente a língoa
111. + Ir. Joam Niculao, Italiano, ouve casos e ensina a pintar
112. + Ir. Cçuchimochi Heitor, Japão, ajuda a pregar, não sabe mais que japão
113. + Ir. Votavo Máncio, Japão } Aprendem a pintar e não sabem mais que japão
114 + Ir. Máncio Joam, Japão }

Residência de Somotto

115. + P. António Álvares, Português, confessa em japão
116. + Ir. Xingua Aleixo, Japão, não sabe mais que japão

Residência de Conzura

117. + P. Álvoro Dias, nacido na Índia, sabe muito bem e prega em japão
118. + Ir. Firata Jorge, Japão, não sabe mais que japão

Residência de Oyano

119. + P. Baltezar Lopes, Português, confessa em japão
120. + Ir. Facata Giam, Japão, não sabe mais que japão

Estas Residências estão todas subjectas ao Reitor do Collégio & têm a sua conta vinte e sinco igrejas em que averá vinte & tres mil almas christãas, além de outras duas mil que estão no reino de Fingo, às quais acude o Padre de Oyano

184 Morejón] *B* Morejan *C Morejoão* || 186 Ir.] *videtur corr. ex* P. || Redondo] deest in *B* || casa ... língoa] *haec olim in eädem linea scripta erant, sed postea erasa et nova linea denuo posita sunt* || 189 Niculao] *B* Ninicolao *vel simile quid, tertia tantum littera del.* || casos *B* caso || 195 (nota) sabem mais] *C* sabemais || 197 Somotto || *BC recte* Sumoto || 183-211 (nota) *lin.* 11 estão no] *seq.* Fingo *del. et denuo* reine de Fingo || *lin.* 12/3 às quais acude] *B* as quais ajuda || Oyano] *C scribit O* (*corr. ex y*) - yano || 203 Álvoro] *B* Álvaro

Casa de Arima

121. + P. Melchior de Moura, Castelhano, Reitor, sabe bem a límgoa
122. + P. Gregório de Céspedes, Castelhano, confessa e sabe bem a límgoa
123. + P. Joam Francisco, Italiano, confessa na língoa
124. + Ir. Diogo Pireira, nacido na Índia, tem cuidado da casa, sabe bem a língoa
125. + Ir. Tamura Romão, Japão, não sabe mais que japão

/24/

Residência de Canzuça

126. + P. António Francisco, Castelhano, confessa na língoa
127. + Ir. Guilherme, Português, sabe muito bem a límgoa
128. + Ir. Tomunaga Cosme, Japão, não sabe mais que japão e alguma cousa português
129. + Ir. Afonso, Japão, não sabia mais que japam, endoudeceu e ficou mudo

Residência de Chinjiva

130. + P. Gonçalo Rebello, Português, confessa e sabe bem a límgoa
131. + Ir. Cudo Paulo, Japão, não sabe mais que japão

Residência de Ximabara

132. + P. António Fernandes, Português, confessa e sabe bem a límgoa
133. + Ir. Roque, Japão, não sabe mais que japam

Estas Residências estão todas subjectas à Casa & Reitor de Arima, & têm os Padres dellas com os de Arima a cargo quarenta & sinco igrejas com perto de sesenta e sinco mil almas

465 Portugués y] *in textu loco y legitur* j *quod postea insertum est*

pensación en la 2.ª classe de latín, aunque no sabe mucho de las Letras de Japón.

96. Hermano Nagavara Niculao, Japón, del reino de Omi, de 24 años de edad, de mediocres fuerças, de 5 años de la Compañía. Estudia latín en la 2.ª classe, y sabe mediocremente de las Letras de Japón.

97. Hermano Quimura Miguel, Japón, del reino de Cavachi, de 27 años de edad, de mediocres fuerças, de 6 años de la Compañía. Estudia latín en la 2.ª classe. Sabe bien de las Letras de Japón.

98. Hermano Nixi Francisco, Japón, de Ximabara, del señorío de Arima, de 23 años de edad, de mediocres fuerças, de 3 años de la Compañía. Estudia latín en la 2.ª classe. No sabe aún mucho de las Letras de Japón.

99. Hermano Ycaruga Máximo, Japón, del reino de Cavachi, de 23 años de edad, de flacas fuerças, de 4 años de la Compañía. Estudia en la 2.ª classe de latín. Sabe mediocremente de las Letras de Japón.

100. Hermano Macara Francisco, Japón, del reino de Mino, de 23 años de edad, de mediocres fuerças, de 4 años de la Compañía. Estudia en la 2.ª classe de latín. Sabe bien de las Letras de Japón.

101. Hermano Tanabe León, Japón, de la tier[r]as de Tacasuqui, del reino de Zunoquni, de 28 años de edad, de buenas fuerças, de 5 años de la Compañía. Estudia en la 2.ª classe de latín. Sabe muy bien las Letras de Japón. /36v

102. Hermano Fara Martinho, Japón, que fue a Roma, de 24 años de edad, de buenas fuerças; aunque es novicio de no más que de un año y medio de la Compañía, tiene acabado su latín, y agora estudia en las Letras de Japón.

103. Hermano Firando Thomás, Japón, natural de Yquizuqui, del señorío de Firando, de 29 años de edad, de mediocres fuerças, de diez años de la Compañía. Después de aver estudiado algunos años en la primera classe de latín, agora está estudiando las Letras de Japón.

104. Hermano Bastián de Firando, Japón, natural de Firando, de 29 años de edad, de mediocres fuerças, de diez años de la Compañía. Después de aver estudiado algunos años en la primera

---

484 mucho] *ms. muchos* || 492 de las] *seq.* lras *vel simile quid, del., dein* lrãs || 519 natural de] *seq.* Jap *del.*

de latín, y aver sido maestro un año en la primera classe del Seminario, estudia agora las Letras de Japón.

105. Hermano Conga Marino, Japón, del señorío de Arima, de 25 años de la Compañía. Después de aver estudiado algunos años en la primera classe de latín, está agora estudiando las Letras de Japón.

106. Hermano Nagasaqui Luis, Japón, natural de Nagasaqui, de 26 años de edad, de mediocres fuerças, de 6 años de la Compañía. Después de aver estudiado algunos años en la primera classe de latín, está agora estudiando las Letras de Japón.

107. Hermano Fiunga Francisco, Japón, del reino de Fiunga, de 25 años de edad, de mediocres fuerças, de 6 años de la Compañía. Después de aver estudiado algunos años en la primera classe de latín, está agora estudiando las Letras de Japón.

108. Hermano Mizuguchi Agostinho, Japón, natural das terras de Omura, de 25 años de edad, de mediocres fuerças, de 5 años de la Compañía. Después de aver estudiado algunos años latín en la primera classe, está agora estudiando las Letras de Japón.


109. Hermano Yyo Melchior, Japón, natural de Nagasaqui, de 23 años de edad, de mediocres fuerças, de 4 años de la Compañía. Después de aver estudiado algunos años en la primera classe de latín, está agora estudiando en las Letras de Japón.

110. Hermano Miqui Paulo, Japón, natural del reino de Sunoquni, de 26 años de edad, de mediocres fuerças, de 6 años de la Compañía. Estudió algunos años de latín en la 2.ª classe, y sabe poco latín, y enfastiado de estudiar lo más, está agora en compañía del P.ᵉ Viceprovincial de Japón. Sabe muy bien las Letras de Japón.

111. Hermano Quimura Toma, Japón, natural del reino de Cavachi, de 29 años de edad, de mediocres fuerças, y de 6 años de la Compañía. Estudió también algunos años en la segunda classe de latín, y sabe poco de latín, y enfastiado le dexó, y está agora ayudando en una Residencia, y sabe bien las Letras de Japón. / 37

112. Hermano Mori Gián, Japón, natural del reino de Zunoquni, de 30 años de edad, de mediocres fuerças, de 10 años de la Compañía. Estudió algunos años latím en la 2.ª classe, y aprovechó poco, y enfastiado lo dexó y fue a Miaco con el Padre Organtino. Sabe muy bien las Letras de Japón.

538 latin] *seq.* de edad *del.* || 539 en la] la *add. sup. lin.* primera] *seq. signum; vel littera* p *incoepta vel* j || 542 primera] pri *corr. ex* pra || 554 bien] *seq.* en *del.*



Urbs Miyako (Kyōto). Charta manu depicta, in Bibliotheca Publica - Musaeo civitatis Usuki, Bungo. — 1. Palatium Dairi. 2. Palatium principum Tokugawa = Nijō. 3. Daitokuji (templum). 4. Honkokuji (templum). 5. (Nishi) Honganji (templum). 6. Tōji (templum). 7. Sanjō-dōri: qua via Miyako superior (ad sinistram observantis) a Miyako inferiori (ad dexteram) dividebatur. 8. (Flumen) Katsura-gawa. 9. (Flumen) Uji-gawa. 10. (Flumen) Yodo-gawa. 11. Fushimi.

Hermanos Japónes estudiantes que nunca aprendieron latím mas solo las Letras de Japón

113. Hermano Yofo Paulo, natural del reino de Vacasa, de 85 años de edad, muy debilitado, de 13 años de la Compañía, en la qual fue recebido tan viejo por hombre insigne en las Letras de Japón y aver gastado más de otros 15 años biviemdo como *dojuqu* en nuestras casas y aver echo mucho servicio a la Compañía con sus Letras.

114. Hermano Foin Vicente, Japón, hijo del mismo Yofo Paulo, del reino de Vacasa, de 53 años de edad, robusto y de buenas fuerças, de 13 años de la Compañía. Es hombre insĩgne y singular entre todos los Nuestros en la lengua de Japón, grande predicador en su lengoa, y tiene compuesto y tresladado en la lengoa japoa la major parte de los livros espirituales y doctos que hasta agora son echos en ella.

115. Hermano Tacay Cosme, Japón, de la ciudad de Miaco, de 41 años de edad, de flacas fuerças, de 18 años de la Compañía. Sabe muy bien de las Letras de Japón, especialmente en notar y escrevir cartas, y agora es maestro de enseñarlas en el Collegio, y es predicador en la lengoa.

116. Hermano Joán de Torres, Japón, de las ciudad de Yamaguchi, de 42 años de edad, de flacas fuerças, de 22 años de la Compañía. Sabe bien de las Letras de Japón, habla bien portugués, es buen predicador en la lengoa, y fue maestro de los Padres que bien aprend[i]eron la lengoa.

117. Hermano Adán, Japón, natural , de 75 años de edad, muy debilitado de las fuerças, de 5 años de la Compañía, en la qual fue recebido solo para que moriesse consolado en ella, por aver gastado gramde parte de su vida biviendo en nuestras casas como *dojuqu*.

118. Hermano Niculao, de la ciudad de Yamaguchi, de 70 años de edad, de flacas fuerças, de 13 años de la Compañía, en la qual fue recebido también viejo, por aver gastado en servicio de la Compañía muchos años en nuestra casa, y aún agora prédica en la lengoa por las Residencias.

119. Hermano Roque, Japón, del reino de Yamaxiro, de 57 años de edad, de mediocres fuerças, de 22 años de la Compañía.

568 servicio] *seq. erronee de forsitan del., certo delendum* || 587 natural] *seq. spatium vacuum, sine nomine loci vel provinciae*

Sabe mediocremente las Letras de Japón, y prédica en la lengoa por las Residencias.

120. Hermano Paulo, Japón, de las tierras de Amaqusa, de 40 años de edad, de mediocres fuerças, de 14 años de la Compañía. Sabe mediocremente las Letras de Japón, y prédica por las Residencias. / 37v

121. Hermano Ariye Simón, Japón, del reino de Fingo, de 31 años de edad, de mediocres fuerças, de seis años de la Compañía. Sabe poco de las Letras de Japón, aunque prédica en la lengoa por las Residencias.

122. Hermano Maççuvoca André, Japón, de las tierras de Amaqusa, de 29 años de edad, de mediocres fuerças, de diez años de la Compañía. Sabe mediocremente las Letras de Japón, y prédica en la lengoa por las Residencias.

123. Hermano Otavó Mancio, alias Amaqubo, Japón, del señorío de Omura, de 23 años de edad, de mediocres fuerças, de 4 años de la Compañía. Estudió algún latín en el Seminario, siendo *dojuqu*, y agora aprende a pintar. Sabe poco de las Letras de Japón.

124. Hermano Mancio Joán, Japón, de la ciudad de Usuqui, del re[i]no de Bungo, de 25 años de edad, de mediocres fuerças, de 3 años de la Compañía. Aprende agora a pintar. Sabe poco de las Letras de Japón.

125. Hermano Xingua Aleixo, Japón, del reino de Bungo, de 23 años de edad, de flacas fuerças, estudió latín, siendo *dogico* en el Seminario, de 4 años de la Compañía. Sabe mediocremente las Letras de Japón, y prédica en la lengoa polas Residencias.

126. Hermano Firata Jorge, Japón, del regno de Omi, de 30 años de edad, de mediocres fuerças, de 6 años de la Compañía. Sabe mediocremente las Letras de Japón, y prédican en la lengoa por las Residencias.

127. Hermano Toqumari León, Japón, del reino de Bungo, de 34 años de edad, de mediocres fuerças, de 13 años de la Compañía. Sabe bien las Letras de Japón, y ayuda a componer y escrevir livros en ella.

128. Hermano Fancan Lión, Japón, de las partes del Bandou, de 54 años de edad, de mediocres fuerças, de 13 años de la Compañía. Sabe mediocremente las Letras de Japón, y prédica en la lengoa por las Residencias.

623 dogico] *corr. ex* dogu ..

129. Hermano Sungui Gomes, Japón, del reino de Yamaguchi, de 50 años de edad, de flacas fuerças, de 13 años de la Compañía. Sabe mediocremente las Letras de Japón, y prédica en la lengoa por las Residencias.

130. Hermano Same Luis, Japón, del reino de Zunoquni, de 25 años de edad, de mediocres fuerças, de sinco años de la Compañía. Sabe mediocremente las Letras de Japón, y prédica en la lengoa por las Residencias.

131. Hermano Sandamaçu Guaspar, Japón, de las tierras de Omura, de 28 años de edad, de flacas fuerças, de diez años de la Compañía. Sabe poco de las Letras de Japón, y prédica en la lengoa por las Residencias.

132. Hermano Simeón de Bungo, Japón, de 25 años de edad, de mediocres fuerças, de 6 años de la Compañía. Sabe mediocremente de las Letras de Japón, prédica en la lengoa por las Residencias.

133. Hermano Canzusa Miguel, Japón, de las tierras de Arima, de 30 años de edad, de mediocres fuerças, de 13 años de la Compañía. Sabe mediocremente de las Letras de Japón, y prédica en la lengoa por las Residencias. / 38

134. Hermano Suchimochi Eitor, Japón, del reino de Fiunga, de 25 años de edad, de mediocres fuerças, de 3 años de la Compañía. Sabe mediocremente las Letras de Japón, y prédica en la lengoa por las Residencias.

135. Hermano Facata Gián, de la ciudad de Facata, del reino de Chiqujen, de 30 años de edad, de mediocres fuerças, de 6 años de la Compañía. Sabe bien las Letras de Japón, y prédica en la lengoa por las Residencias.

136. Hermano Tamura Román, del reino de Bungo, de 40 años de edad, de mediocres fuerças, de diez años de la Compañía. Sabe mediocremente las Letras de Japón, y prédica en la lengoa por las Residencias.

137. Hermano Tomunaga Cosme, Japón, de Nagaye, del señorío de Omura, de 26 años de edad, de mediocres fuerças, de 8 años de la Compañía. Sabe poco de las Letras de Japón, mas prédica en la lengoa por las Residencias.

138. Hermano Alfonso, Japón, de las tierras de Arima, de 30 años de edad y nueve de la Compañía. Mas de 6 años a esta parte con una emfermedad que tuvo quedó mudo y como fuera de sy.

139. Hermano Qudo Paulo, del reino de Bungo, de 40 años de edad, de mediocres fuerças, de 9 años de la Compañía. Sabe bien las Letras de Japón, y prédica en la lengoa por las Residencias.

140. Hermano Yama Joán, Japón, del reino de Ççunoquni, de 27 años de edad, de mediocres fuerças, de 6 años de la Compañía. Sabe bien las Letras de Japón, y prédica en la lengoa por las Residencias.

Hermanos Coadjutores non formados

141. Hermano Christóvan Ferrera, Portugués, de la Villa Seca, diócesi de Lamego, de 33 años de edad, de mediocres fuerças, de 8 años de la Compañía. Haze los officios de casa en la China.

142. Hermano Amador Gonçález, Portugués, de Sanctiago de Biduido, diócesi del Puerto, de 53 años de edad, de buenas fuerças, de 5 años de la Compañía. Haze los officios de casa en la China.

143. Hermano Joán Bernardes, Portugués, de la ciudad de Lisboa, de 33 años de edad, de buenas fuerças, de 13 años de la Compañía. Sabe bien la lengoa de Japón, haze los officios de casa en el Collegio.

144. Hermano Joán Baptista, Italiano, de Cocense, del reino de Nápoles, de 33 años de edad, robusto, de 13 años de la Compañía. Haze en Japón el officio de impresor de nuestra lengoa y carateres.

145. Hermano Pedro de Cochinoççu, Japón, de las tierras de Arima, de 28 años de edad, de buenas fuerças, de 8 años de la Compañía. Ayuda al Hermano Joán Baptista en la impresión en la lengoa y caracteres de Japón.

146. Hermano Dominguos Días, Portugués, de Lisbona, de 30 años de edad, de buenas fuerças, de 9 años de la Compañía. Sabe bien la lengoa de Japón. Haze los officios de casa en el Seminario. / 38v

147. Hermano Guaspar de Paiva, de Lamego, de 35 años de edad, de mediocres fuerças, de 8 años de la Compañía. Serve agora de acompañar al P.e Viceprovincial de Japón, y va aprendiendo la lengoa.

148. Hermano Sonongui Paulo, Japón, de las tierras de Omura, de 28 años de edad, de buenas fuerças, de 4 años de la Compañía. Haze los officios de casa en Omura.

686 Hermano] *in ms. hic et proximo numero 142* Hermanos || 694 13 años de] *seq.* edad *del.* || 709 de Paiva] *ms.* Depaiua

149. Hermano Yquiççuqui Toma, Japón, de las tierras de Firando, de 30 años de edad, de mediocres fuerças, de 6 años de la Compañía. Haze los officios de casa en Omura.

150. Hermano Firamdo Dominguos, Japón, de las islas de Firando, de 25 años de edad, de buenas fuerças, de 6 años de la Compañía. Haze los officios de casa en el Collegio.

151. Hermano Taquxima Juan, Japón, de 25 años de edad, de buenas fuerças, de 3 años de la Compañía. Haze los officios de casa en el Seminario.

Novicios

152. Hermano Francisco Martines, de nación China, mas nacido y criado en Amachao y aparentado com Portuguezes, de 23 años de edad, de mediocres fuerças; está al cabo de los 2 años. Estudió latín antes de entrar en la Compañía, y sabe mediocremente la lengoa y Letras de la China, que va aprendiendo en la Residencia de Xaucheo.

153. Hermano Bastián Hernandes, de nación China, aunque nacido y criado en Amacao y aparentado con Portugués. Estudió algo de latín, de 29 años de edad, padece desposición de la cabeça, aunque es de buenas fuerças, y sabe mediocremente la lengoa y Letras chinas, la quales va aprendiendo en la Residencia de Xaucheo. Está al cabo de dos años de su noviciado.

En el número de los novicios avían de entrar los 4 Hermanos japones que fueron a Roma, y Ytto Justo, hermano de Don Mancio, mas porque por dispensación ja estudian latín y se pusieron arriba entre los estudiantes, no se buelven a poner aquí.

154. El Hermano Francisco Fernamdes, Portugués, de Sancta Marina, diócesi de Braga, de quarenta y quatro años de edad, y desocho de la Compañía, sano y de mediocres fuerças. Haze los officios de casa, y sabe bien la lemgoa de Japón. Quedó orden al P.e Viceprovimcial para hazerle Coadjutor formado en este año, y se avía de poner arriba, mas porque se olvidó, se puso aquí.

Alexandro Valignano

722 Taquxima Juan] *add. manu P. Lud. Frois supra lineam, in textu* Firando *del.* || 727 23] *vid. corr. ex* 25 || 735 cabeça] *seq. spatium vacuum* || 741 y se] *bis positum, nempe in fine unius lineae et in principio sequentis* | no se] *seq initium alicujus litterae, prob.* p. (ponen) || buelven] *corr.* || 744 quarenta y] y *corr. ex* e || 745 desocho] *corr. ex* de ocho || 747 hazerle] *corr. ex* hazele

29D

J. 25, 44-47v

Catalogus Rerum Viceprovinciae Japponicae Mense Januario 1593

Catalogus Domiciliorum ac Residentiarum necnon ecclesiarum, personarum ac Christianorum totius Viceprovinciae Japponicae, mense Januarii anni 1593.

Etsi hujus Japponicae Viceprovinciae status propter vigentem in ea persecutionem is sit, ut difficile discribi queat, cum Nostrorum nec certae sedes, nec stabilia domicilia fere sint, sed omnia mutabilia et injuriae temporum accommodata: ut tamen qualiscunque ille nunc sit, Paternitati Vestrae innotescat, sic discribi potest.

Sunt in hac Japponica et Sinensi Viceprovincia Domicilia principalia sex, quae tanquam reliquarum Residenciarum capita stabilia futura videntur ac suos Rectores habent; Residenciae vero seu parvae domus illis subjectae sunt decem et octo, in quibus centum quinquaginta quatuor ex Nostris commorantur, praeter eos, quos *Dojicos* appellamus, qui partim in Seminariis, partim in reliquis Domibus et Residentiis degunt, et praeter reliquos famulos ac templorum ministros: quo fit, ut omnibus simul collectis numerus eorum, qui in Japponia Societatis nostrae impensis vivunt, sexcentessimum et sexagessimum excedat.

In domo Macaensi habitant 21. In Residentia Xauchensi illi subjecta quatuor. In Nangasaquensi domo septem. In Residentia Omnium Sanctorum novem. In Congensi duo. In Conourensi duo. In Toquizuquensi unus. In Firandensi duo: quae omnes domui Nangasaquensi sunt subjectae. In domo Vomurensi septem. In Residentiis illi subditis quatuor, nempe: in Curensi duo; in Sonoguensi duo. In Domo Arimensi 5, et in Residentiis illi subjectis decem, nempe: in Canzusaensi quatuor, in Chingivaensi

1 Catalogus] *corr., amanuens. coepit scribere* Cath ... ‖ residentiarum] *corr.* ‖ 12 *C transponit* Sunt in hac Viceprovincia Japonica et Sinensi ‖ 14 *C deest* futura *videntur* ‖ 15 *BC* 18 ‖ 16 *C* 154 ‖ 17 *C* Dogicos ‖ 21 *C* 660 ‖ 23 *BC* 4 ‖ 23-24 *BC* 7; 9 ‖ 24/25 *BC* 2; 2; 1; 2 ‖ 26 *BC* Omurensi; 7 ‖ 27/28 *C* subjectis; *BC* 4; 2; 2 ‖ 29 *BC subditis;* 10 ‖ 29 *C* Cansuasensi; 4

duo, in Ximovarensi duo, in Ariensi duo. In Seminario Fachiroensi decem. In Collegio Amacusaensi, quod habet nunc conjunctam Domum probationis, quinquaginta. In Residentiis illi subjectis undecim, nempe: in Xiquensi quinque, /44v/ in Somutensi duo, in Conzuraensi duo, in Voyanensi duo. Praeter has duae sunt Residentiae Viceprovinciali immediate subjectae, altera in regno Bunguensi [Bungo], in qua tres ex Nostris, altera in civitate Meacoensi, in qua quinque ex Nostris morantur. —

Admissi hoc trienio in Societatem quinque [1], dimissi decem [2], vita functi octo [3]. Templa et sacella omnibus his Residentiis subjecta ducenta septem. Numerus vero Christianorum in illis degentium ultra ducenta decem et septem millia. — In domo Macaensi sita in portu Sinensi, in quo magna est estructa civitas Lusitanorum, sunt modo unus et viginti ex Nostris, sacerdotes tredecim, reliqui Fratres; horum vero septem pertinent ad Japponiam ejusque impensis aluntur, duo vero ad Sinensem Missionem, duodecim vero ad ipsam Macaensem domum: qui omnes ex eleemosinis vivunt, nullosque certos redditus habent; licet autem ex eleemosinis ordinariis plures quam octo aut decem aegre ali possunt, aes tamen alienum contractum hucusque nullum habent. Habet haec domus duas classes, alteram grammati-

30 *BC* 2; Ximobarensi; 2; 2 || 31 *BC* 10 || 31-32 *BC* cui nunc conjuncta est domus || 32 *BC* 50 || 33 *BC* 11; 5 || 33-34 *BC* Sumotensi; 2; Cozuraensi; 2; 2 || 36/37 *BC* 3; 5 || 38-39 *BC* 10; 8 || 39-40 *loco* Templa et sacella ... subjecta *BC* Ecclesiae vero ... subjectae || 40 *BC* 207 || 40 Numerus vero] *BC deest* vero || 40-41 Numerus ... millia] *Haec verba in B videntur postea addita. Post* millia *in B seq. signum //, cui respondet in margine*: // Domus Macaensis. *Simile signum* || *et verba* Domus Macaensis *in C textui inseruntur, sine nota in margine, neque ut titulus supra textum, sed in ipso textu* || 43 *BC* 21 || 44 *BC* 13 || 45 duo vero] *C* 2: *BC sine* vero *quod in B del., in C deest* || 46 *C* 12 || 48 *C* plusquam; 8; 10 || 49 *BC* possint; aes *videtur corr.*

1 Vid. Elenchum 29 E [4].

2 Vid. Elenchum *Doc. 29 E* [1]. Primus jam anno 1589 dimissus esse videtur. Caeterum, nr. 1 et nr. 2 in Collegio Macaensi dimissi sunt, sicut etiam nr. 10. E dimissis in Japonia, nrr. 5 et 8 et 9 Novitii erant. (Nr. 5 postea martyr occubuit: Beatus Antonius Sanga [+ 10. Sept. 1622]).

3 Vid. Elenchum *Doc. 29 E* [2] et [3]. Cur, in textu, ultimo triennio (1590-1592) octo de Societate defuncti esse dicuntur, dum in elencho altero *Doc. 29 E* [3] nonnisi sex recensentur? Sane, aut in elencho primo defunctorum, *Doc. 29 E* [2], aut saltem in altero, *Doc. 29 E* [3] inscribi debuisset Fr. Georgius de Loyola, Japonensis, qui ex itinere Europaeo (simul cum Legatis) Macaum redux, ibi die 16. Augusti 1589 obierat: *J. 11 I* 150 157; cf. *J. 11 II* 173. — Praeterea die 17. Octobris 1591 in Sinis P. Antonius de Almeida mortuus erat (RICCI-D'ELIA I, nr. 385): qui in utroque elencho deest. Num istos duos Visitator, cum mortuos ultimi triennii in Catalogo Rerum computaret, caeteris sex, qui in altero elencho continentur, addiderit, non omnino certum videtur.

cae, alteram vero, in qua pueri legere et scribere docentur, quas tamen non ex aliqua obligatione, sed sola charitate sustentat.

Residentia Xauchensis

Sub domo Macaensi est in interiore ejusdem provinciae parte Residentia Xauchensis, in qua quatuor ex Nostris degunt, duo Patres, totidem Fratres, qui in addiscendis characteribus et Sinensi lingua praecipue occupantur, pauculos tantum illic Christianos recens ad Fidem conversos habentes, sed patienter tempus disseminandi verbi Dei expectantes. Ad quos etiam pertinent alii duo sacerdotes in Machaensi domo degentes et linguam Sinicam addiscentes [4], ut data occasione habiles et prompti ad Sinarum interiorem regionem ingrediendam inveniantur. Et hi omnes annua eleemosina ducentorum aureorum a Prorege Indiae subrogari solita vivunt.

Domus Nanguasaquensis

In portu Nanguaçaquensi praecipua erat Nostrorum Domus, et nobilissimum templum illi conjunctum, quod tamen Quambacundonus /45/ [Kambaku-dono = Toyotomi Hideyoshi], tyrannus Japponiorum, mense Augusto hujus anni 1592 funditus destruxit atque delevit [5], Patrum vero ac Fratrum pars una se modo recepit in eam domum, quam Misericordiae appellant, in eodem portu sitam, ibique tanquam hospites morantur, donec tempus et opportunitas reaedificandae propriae domus adveniat. In hac domo, in qua est parvulum quoddam sacellum, morantur quatuor Patres et tres Fratres.

Domus Omnium Sanctorum

Altera pars Patrum ac Fratrum missa est in Residentiam Omnium Sanctorum, non longe ab eodem portu, et in ea commorantur modo quatuor Patres et totidem Fratres. Habet autem domus haec Nanguasaquensis alias quatuor Residentias sibi sub-

54 *B* interiori ‖ 55 *BC* 4 ‖ 58-59 tempus] *in C add. in marg., cum signo* ∧ ‖ 61 addiscentes] *corr., vid. ex* adiscentes ‖ ut] *add. in marg.* ‖ 62 et hi] *C* etsi ‖ 63-64 subrogari solita vivunt] *postea alio atramento add.* ‖ 71 eam domum] *C* eandem domum ‖ 71 Misericordiae] *corr. ex* Misericordiam ‖ 73 opportunitas] *in textu* oportunitas; *aliud* p *add. sup. lin.* ‖ 74 in qua] *AB add. sup. lin.; post* sacellum *seq. in AB* in quo *del.* ‖ 79 *BC* 4; *loco* et totidem *BC* et 4 ‖ 80 *B* 4

[4] P. João Soeiro et P. João da Rocha: cf. *Doc. 29 A*, Macao.

[5] Vid. *Doc. 29 A* [3b], et ibid. Adnot. 12.

ditas, nempe Conguensem [Koga], Connurensem [Kōnoura], Toquiççuquensem [Tokitsu] et Firandensem [Hirado], in quibus alii septem ex Nostris, quatuor Patres, tres vero Fratres, degunt; et hi Patres simul cum his, qui in domo Nanguaçaquensi morantur, habent sub sua jurisdictione sexaginta et quinque sacella in totidem pagis sita, in quibus ultra triginta quinque millia Christianorum morantur. Et quoniam nulla fere est ex Japponicis Domibus ac Residentiis, quae proprios ac certos redditus habeat, sed ex communibus ejusdem Provinciae Japponicae redditibus vel eleemosinis aluntur (quae partim a Summo Pontifice, partim a Portugalliae Rege suppeditantur, partim vero ex emptis in India redditibus, et ex mercibus quotanis in ipsa navi advenientibus colliguntur): pars quaedam huic Domui et ejus Residentiis a Patre Viceprovinciali quotanis ad eos omnes, qui in ipsis Domibus degunt, commode alendos tribuitur, idemque cum caeteris Domibus ac Residentiis servatur.

Domus Vomurensis

In domo Vomurensi sunt duo Patres et quinque Fratres; habet etiam sub sua jurisdictione alias duas Residentias, nempe Curensem et Sononquensem, in quibus alii duo Patres totidemque Fratres morantur. Habent autem hi omnes Patres sub sua jurisdictione triginta quatuor sacella et circiter quadraginta millia Christianorum. / 45^v

Collegium et Domus probationis Amacusensis

Collegium hoc [6] habet modo sibi conjunctam Domum probationis [7], quae retroactis annis fuit semper separata. In hoc

84 cum his] *BC* cum iis || 85 et quinque] *BC deest* et || 90-93 quae ... colliguntur] *haec verba etiam in BC parentesi includuntur* || 91 *post* partim$_2$ *in BC deest* vero || 98 *B* 5 || 100 *BC* Senonguensem || 100-101 totidemque] *C* totidem; hi omnes] *BC* ii omnes || 102 jurisdictione] *corr., vid. ex* jurisditione; || *BC* 34 || 106 Domum] *corr. ex* Domus

[6] Collegium a mense Maio (circiter) anni 1591 usque ad Sept./Oct. 1597 in oppido Kawachinoura, Shimo-Amakusa, sedem habuit: vid. *Doc. 29 A*, Adnot. 1.

[7] Domus Probationis 1588/89 per annum, deinde fere eodem tempore ac Collegium, a Majo (circiter) anni 1591 usque ad autumnum 1597, in Kawachinoura remansit. Vid.*Doc. 29 A*, Adnot. 1.

Collegio vivunt quinquaginta ex Nostris, quorum septem sunt Patres, scholastici quadraginta, tres vero Coadjutores. Cum autem Japponia externis scolasticis adhuc careat, nullas externis communes classes habet hoc Collegium; interius tamen nostrorum scolasticorum numerus dividitur in quatuor classes; prima est eorum, qui casibus conscientiae dant operam, et hi sunt septem; secunda, quae est prima classis humanitatis, habet quatuordecim scholasticos; tertia, quae est secunda humanitatis, habet octo; reliqui vero, absolutis linguae latinae studiis, japponicis literis dant operam. Inter hos autem scholasticos sunt tantum quinque novitii, qui, etsi nondum tempus biennii suae probationis expleverint, ex dispensatione tamen post transactum primum annum linguam latinam addiscunt. Habent autem Patres hujus Collegii in diversis pagis triginta quinque ecclesias suae curae commissas, et ultra duodecim millia Christianorum. Habet etiam Rector Collegii administrationem aliarum quatuor Residentiarum, nempe: Xiquensis [Shiki], in qua modo sunt Pater unus, Fratres vero quinque; Sumotensis [Sumoto], Consurensis [Kōzzūra] et Voyanensis [Ōyano], in quibus sunt tres Patres et totidem Fratres. Habent etiam harum quatuor Residentiarum Patres suae curae commissas viginti quinque ecclesias, ac circiter viginti quinque millia Christianorum. Habet autem hoc Collegium aliquot terrae jugera, quae potius propter agricolarum obsequia, quae Collegio praestant, ut moris est gentium, quam propter annuos fructus sunt coempta.

Domus Arimensis

In Arimensi Domo sunt tres Patres et duo Fratres, habetque sub se alias quatuor Residentias, nempe Canzusaensem [Katsusa], Chinyivaensem [Chijiwa], Ximabarensem [Shimabara] et Ariensem [Arie], in quibus sunt quatuor Patres et sex Fratres, habentque hi Patres simul cum Arimensibus sibi com-

108 *BC* 50; *BC* 7; ‖ 109 scholastici] *corr.;* ‖ *BC* 40 *B* 3 ‖ 112 *B* 4 ‖ 114 *C* 7; *BC* 2a; *A* quae *ita post rasuram; B* 1a ‖ 115 *BC* 3a; *A* quae *ita post rasuram; BC* 2a ‖ 116 *C* 8; reliqui] *A: rasura in fine verbi* ‖ 116-117 japonicis] *corr. in fine, prob. ex* Japponis ‖ 118 *BC* 5 ‖ 118-119 probationis] *corr. in principio, prob. ex* approbationis ‖ 121 *BC* 35 ‖ 122 Habet] *corr. ex* Habent ‖ 123 *BC* 4 ‖ 125 *C* Sunotensis ‖ 127 *B invertit ita:* Habent etiam Patres harum 4 residentiarum; *BC* 4 ‖ 128 *BC* 25 ‖ 130 jugera] *corr.;* quae] *vid. corr. ex* qui ‖ 131 *verba* ut moris est gentium *in BC* ( ) *parentesi includuntur* ‖ 132 coempta] *vid.* corr. ex coempti ‖ 135 *BC* 4; Ximobarensem ‖ 137 *C* 6 ‖ 139 *BC* 45

missas quadraginta et quinque ecclesias, et circiter sexaginta quinque milia Christianorum.

/46

Seminarium Fachiraoense

Erat prius hoc Seminarium conjunctum Collegio, nunc vero separatum atque positum in Arimensi itidem regione, in quo degunt tres Patres ac septem Fratres, quorum tres sunt trium classium linguae latinae magistri, in quas totus alumnorun Seminarii numerus dividitur, qui ad nonagessimum devenerat, modo autem, cum sit divisus in plures Residentias, usque ad quinquagessimum est diminutus. Sub cura hujus Seminarii sunt tantum tres ecclesiae cum tribus millibus Christianorum.

Residentiae Bungensis et Meacoensis

In Bunguensi regno erat prius constructum Collegium [8] ac Domus probationis [9] cum aliis quatuor Residentiis [10], et multae ecclesiae et plusquam sexaginta millia Christianorum. In regione itiden Meacoensi, quae plura regna complectitur, habuit Societas olim quatuor ampla ac nobilissima Domicilia [11], sub quibus erant

144 *BC* 7 || 145 *B* latinae linguae || 149 *BC invertunt* tribus Christianorum millibus || 150 *BC* Bunguensis || 153 *B* 4 || 155 itiden] *corr.* || 156 *C* 4

8 Historia Collegii Funaiensis, Bungo, in opere nostro *Introductio,* pp. 549-560 breviter scripta est. — Vid. etiam, ibid., Cap. de Domibus Majoribus, sub I = pp. 693-700. Collegium Funaiense a fine anni 1580 usque ad finem anni 1586 exstitit.

9 Vicissitudines Novitiatus Usukiensis, item a fine anni 1580 usque ad finem anni 1586, habes in eodem opere *Introductio,* pp. 560-566; et in Cap. de Domibus Majoribus, sub I = pp. 693-700.

10 Duae erant Residentiae ‘antiquiores’ in provincia Bungo: ad pedes montis Yufu-dake, in oppido Yu-no-in (Yufuin), vertente anno 1580/81 fundata; et in oppido Notsu, fere eodem tempore erecta; adjuncta est (anno 1583, vel paulo ante) Residentia in oppido Tsukumi, ubi Ōtomo Sōrin Franciscus, abdicato jam regimine feudi, vivebat; anno 1586 addita est Residentia in feudo Pauli Shiga, Oka-jō; eodemque anno etiam in castello Myōken Pater unus cum uno Fratre residere coepit. Vid. de istis Residentiis opus nostrum *Introductio,* pp. 566-582.

11 De Domibus in regione Miyacensi vid. *Introductio,* pp. 603-654. — Domus Majores: Miyako, Azuchi, postea Takatsuki, Osaka, Sakai. Residentiae minores: (Takatsuki), Kawachi, Gifu, Akashi. (Postea etiam Kami-gyō et Fushimi).

plures Residentiae et ultra quinquaginta millia Christianorum. Similiter in Yamanguchensi [12] et aliis regnis aliae erant extructae Domus et Residentiae. Sed hae omnes partim bello, partim persecutione, imperante Quambacundono, Japponiorum tyranno, funditus eversae et deletae sunt [13], Christiani vero partim mortui, partim ad gentilium ritum delapsi, partim vero per diversas regiones dispersi, ad multo minorem numerum devenerunt, ita ut in Bunguensi regno vix viginti millia Christianorum reperiantur, qui nullam habentes ecclesiam, cum construi non permittatur, privato obsequio Domino Nostro Jesu Christo serviunt. In Meacoensi vero regione circiter quindecim millia reperiuntur, et hi in plura regna dispersi. Horum duo Patres et quinque Fratres, qui secreto et non sine periculo in illa regione commorantur, curam habent, Bunguensium vero duo Patres ac Frater unus, qui etsi ex Regis Bunguensis facultate ac permissu ibidem degunt, non tamen ecclesias construere vel publice sua ministeria facere permittuntur propter metum Quambacundoni.

Quod vero ad *redditus* attinet, quibus Japponica Provincia sustentatur: /46ᵛ/

habet primo mille annuos aureos, quos Serenissimus olim Portugalliae Rex Sebastianus, pro fundatione unius Collegii, in civitate Malaca perpetuo solvendos assignavit [14]; qui quidem difficillime ac tardissime exigi a Nostris possunt, ita ut semper quinque vel sex annorum census debeatur. Accedit hoc incommodum, quod cum pecuniae species, quae Malacae solvitur, deterior multo sit Sinensi pecunia, in ejus transmissione ad Macaensem portum plus quam triginta aurei pro quolibet centenario amittuntur; ex quo fit, ut numerus mille aureorum vix reducatur ad septimgen-

158 *C deest* in ‖ 158 Yamanguchensi] *corr.; B* Yamangucensi, similiter corr., *vid. in utroque exemplari AB ex* Yamagunhensi ‖ 164 viginti] *corr. in fine* ‖ 165 *C* ecclesias ‖ 168 Horum] *seq.* vo *erasum;* B *seq.* vero *del.* ‖ 172 *post* tamen *seq. in BC* construere templa aliqua aut sacella, *omissis verbis* ecclesias construere ‖ 174 *Hic in margine alia manu (Romae?) atramento bruni coloris add.* Reditus Japonicae VProvinciae ‖ 178-179 *BC verbum* solvendos *ponitur post* collegii *caetera sicut A* ‖ 179 *C* et *loco* ac ‖ 181-182 *BC* deterior sit multo quam Sinensis, in ejus transmissione ‖ 182 transmissione] *corr., vid. ex* transmitione ‖ 184 mille] *corr. ex* milli

[12] Yamaguchi, in Suwō; Shimonoseki, in Nagato; Dōgo, in Iyo (Shikoku): *Introductio* pp. 655-670 (Yamaguchi, tres periodi); pp. 671-674 (Shimonoseki); pp. 599-602 (Dōgo in Iyo). (Postea etiam Hiroshima).

[13] Vid. *Doc. 29 A* [3a] et [3b], cum suis Adnotationibus.

[14] Vid. *Doc. 24,* Adnot. 11 ad textum.

tessimum. Quae pecuniae summa, licet Bunguensi Collegio fuerit applicata per Vestram Paternitatem, nomine potius quam re est dicenda Collegii. Cum enim tam male exigatur, Collegium ipsum sicut reliquae Domus et Residentiae annua quadam pensione per Patrem Viceprovincialem assignata sustentatur.

Praeter hanc summam habet etiam in India haec Japponica Provincia prope Collegium Basainense tria praedia [15], praeter aliam certam quandam annuam pensionem sive censum, propria pecunia coempta, e quibus alii fere mille aurei annui excipiuntur. Qui quidem ratione monetae idem detrimentum patiuntur, ut in transmitione vix ad septingentessimum numerum reducantur, quae summa fuerat Domui probationis attributa. Praeter hos redditus habet etiam haec Provincia annuam pensionem quatuor millium ducatorum Camerae per felicis recordationis Gregorium Decimum Tertium, in Hispaniae collectaria solvendam, Japponicis Collegiis ac Seminariis attributam anno 1583 [16]. Quam Sixtus Quintus Pontifex aliis duobus millibus aureis annuis auxit ac pro sustentatione eorundem Collegiorum ac Seminariorum perpetuam fecit anno 1585 [17]. Quam quidem vix uno anno solutam revocavit, vel potius his retroactis annis ab ejus solutione supersederi jussit, donec anno 1591 Gregorius Quartus Decimus eandem ad quatuor millia ducatorum juxta primam Gregorii XIII. concessionem redactam restituit [18], quamvis hucusque ejusdem pensionis nihil in Japponiam pervenerit [19]. Hi sunt redditus quos habere Provincia haec Japponica dicitur, quorum altera pars tam est incerta, altera vero tam male exigitur, altera denique in India sic expenditur, et quod reliquum est, adeo periculose per tot maria in Japponiam transmittitur, ut vix minima

185 *C* Bungensi || 190 *BC ponunt verba* in India *post* haec Japponica Provincia || 191 tria praedia] *corr.;* 191-192 *BC* praeter aliam quandam pensionem annuam, *omisso verbo* certam || 193 *BC* ex quibus || 195 *BC* vix ad 700 perveniant || 196 domui probationis] *corr., vid. ex* domi approbationis || 199 *BC* 13. || 201 *C* Sixtus 5us || 202 ac1] *corr. ex* hac ||203 anno] *add. sup. lin.* || 205 *BC* 14. || 206 *C* 4000; juxta *corr. in A* || 207 *BC* 13.; quamvis *corr. in A* || 208 Hi sunt ...] *novum alinea in C*

15 Vid. *Doc. 24,* textum, ff. 13-13v: ubi praeter tria praedia Caranya, Ponvem, Condotim, etiam praedium Mulgã (Salcete) additur.

16 Vid. *Doc. 24,* Adnot. 12 ad textum.

17 Vid. *Doc. 24,* Adnot. 13 ad textum.

18 Vid. opus nostrum *Die Wirksamkeit der Päpste für Japan,* p. 31. — Documenta ista Gregorii XIV. (et Clementis VIII.) hucusque non invenimus.

19 Ab anno 1603 usque ad annum 1641 de solutione 'pensionis' pontificiae optimam cognitionem habemus: vid. SCHÜTTE, *Cortes,* pp. 57-70.

totius hujus summae pars quotanis ad eam perveniat. Ex quo factum est, ut necessitate et charitate cogente ad novam hanc Ecclesiam sus-/47/tentandam Summi Pontificis permissu, ac facultate per Patres Generales concessa, haec Provincia semper usa sit adjumento sericarum mercium, quae per externos ex Sinis coemptae et per eosdem in Japponia venditae magnum emolumentum ad reficiendos Japponicos sumptus attulerunt, et ii omnium sunt certissimi redditus, quos Japponica Provincia possidet: qui quidem ad trium millium aureorum numerum quotanis paulo plus minusve perveniunt [20]. Habet etiam ad hoc mercimonium sustentandum in pecunia numerata circiter viginti millia aureorum, quorum plus quam media pars per haec Japponica et Sinica maria in continuo periculo versatur; et haec pecuniae summa, quae tam parva est ad tantam domiciliorum, ecclesiarum ac personarum multitudinem sustentandam, est vere nervus rerum temporalium totius hujus Provinciae; quae et ad conservandum difficilis, et ad expen[den]dum facilis, si (quod Deus avertat) defecerit, in maximas necessitates et angustias totius fere remedii expertes adduci necesse est hanc Provinciam. Et haec sunt, quae de Domibus et Residentiis Japponensibus occurrunt dicenda.

Alex.r Valig.s

213-214 Ex quo factum est...] *novum alinea in BC* ‖ 221-224 *post* aureorum *C om. omnia usque ad* aureorum (*inclusive*) *lin.* 224 ‖ 223 mercimonium *corr. ex* mersimonium ‖ 233 occurrunt *corr. in B* ‖ 234 *Subscriptio in A* Alex.r Valig.s; *in B* Alex.r; *in C deest*

---

[20] De participatione Societatis in commercio civitatis Macaensis vid. VALIGNANO, Apología, Capp. 16 et 17: *J. 41* 79-86. Cf. infra, *Doc. 89*, Adnot. 67 ad textum.

29 E

J. 25, 53-55v

†

Catálogo de los despedidos [1], muertos, [2] y recebidos [3] en este trienio en la dicha Provincia de Japón, que comprende el año 90, 91-92.—

[1] Despedidos

1. El Hermano Amador de Góis, nacido en la India, natural de Goa, de 32 años de edad y de 14 de la Compañía. Fue recebido en Goa en el año de 75 y enbiado a Japón en el año 76, siendo aún novicio y moço, para aprender, con otros que se inbiaron desta edad, la lengua, la qual aprendió bien, y estudió en Bungo humanidad, philosophía, y año y medio de theología; mas por salir destraído, de poco spíritu y de menos cabeça, fue inbiado por el P.e Gaspar Coello, Viceprovincial, a la China, adó yo estava, en el mes de Março del año 89, adó le despedí de la Conpañía en el mismo año.

2. El Hermano Luis d'Abreu, nacido en la India, natural de Cochin, de 32 años de edad y de 10 de la Compañía. Fue recebido en Japón en el año 80, estudió en el Collegio de Bungo latím, y aprendió la lengoa, mas por ser mui floxo, para poco, y tentado de la vocatión sin tomar para ella los remedios que convenía, fue inbiado por el mismo P.e Gaspar Coello juntamente con el otro en el mismo tiempo a la China, adó lo despedí en el año 90.—

3. El Hermano Simón, Japón, natural de Omura, de 28 años de edad y de 8 años de la Compañía. Fue recebido en Japón por el P.e Gaspar Coello en el año 82, y fue aprendiendo latín, hasta el año 90; mas porque era honbre floxo, de ningún spíritu, y

9 en el] *corr.?* || 15 89] *corr.?*

[1] Vid. *Doc. 29 D*, Adnot. 2 ad textum.

[2] Vid. *Doc. 29 D*, Adnot. 3 ad textum.

[3] De illis quinque Novitiis vid. etiam Cat. I., *Doc. 29 C*, nrr. 86 87 94 95 102.

tentado en la vocatión, lo despedí de la Compañía en el mismo año.— / 53v

4. El Hermano Antonio de Firando, Japón, de 22 años de edad, de poco más de 2 años y medio de la Compañía. Fue recebido por el P.e Gaspar Coello el primero día del año 89, y después de aver acabado los 2 años de su noviciado, fue inbiado a estar con un Padre en la Residentia del Xiqui, adó poco después de 6 meses que ahí estuvo se destrayó de tal manera que un día se fue sin dársele ninguna ocasión ni pedir licentia, mostrando de ser mui vertuoso y recogido en lo exterior, y aun que con los medios que yo tomé le hize tornar para casa, bolvió a hujir de nuevo; y aun que lo podiera de nuevo aver, lo dexé ir, aviendo que no tenía remedio.—

5. El Hermano Sanga Antonio, Japón, natural de Sanga, en el reino de Cavachi, de 22 años de edad y de 3 de la Compañía. Fue recebido del P.e Gaspar Coello en el año 88, y por ser inábil y de poco ser y enfermo de la cabeça, allándolo aún en el noviciado, no quise que hiziesse los votos, y se fue deteniendo desta manera hasta el año 91, en el qual lo despedí por no aprovechar para nada.—

6. El Hermano Ignatio do Cami, Japón, natural de la ciudad do Miaco, de 30 años de edad y de 10 de la Compañía. Fue recebido en el año de 81, y fue serviendo por las Residentias, mas salió tan malenconizado, tentadiço y para poco que no aprovechava para nada, y así lo despedí en el año 91.—

7. El Hermano Omi Joán, de 27 años de edad, Japón, natural del reino de Omi, y de 6 años de la Compañía, e fue recebido por el P.e Gaspar Coello en el año de 86. Era ábil, aun que altivo y mal mortificado, y pidiendo licentia para se ir y no se la querendo yo dar, se fue en el año 92 sin se le aver soltado los votos, y desta manera está.—

8. El Hermano Qita Paulo, natural de Chinjiva, del señorío de Arima, de 21 año[s] de edad. Fue recebido por el P.e Gaspar Coello en el fin del año 89, y allándolo yo en Japón en el noviciado cabeçudo y poco mortificado y que no entrava nada em spíritu, lo despedí antes que hiziese los votos y acabasse su noviciado.—

54 edad] e *corr. ex* i || 55 e] *corr. ex* co? || 62 Coello] *corr.* || 63 em] m *vid. corr. in* n

9. El Hermano Xiqi Melchior, Japón, de 23 años. Fue recebido en el mismo tiempo que el otro por el P.e Gaspar Coello, y hallándolo yo en el noviciado hombre leve, /54/ mal mortificado y de poca cabeça, le despedí con el otro en el fin del año 81 [91?], antes de aver echos los votos y de tener acabado su noviciado.—

10. El Hermano Pero Coello, Portugués, natural de Villa del Conde, de 34 años de edad y 17 de la Compañía. Fue recebido en Goa en el año de 75 y enbiado a Japón en el año de 86 *, siendo aún mochacho y novicio, para aprender la lengoa, juntamente con Amador de Góis y con otros, y estudió en el Collegio de Funay latím, philosophía, y año y medio de theología mal estudiada, y porque salió como el otro distraído, inmortificado y de poco spíritu, y en su manera de conversatión peligroso, fue con el mismo Amador de Góis inbiado por el P.e Gaspar Coello a la China, y aviéndolo yo reprehendido y encomendado al Superior que lo ayudasse, desta buelta que hize de Japón le allé más que nunca distraído, y así lo despedí en el mes de Dezienbre del año 92.—

* *Leg.*: 76. - Anno 1578 in Japoniam advenit.

[2]

Los que morieron en el tiempo de la persequsión de Quanbaqu que començó en Julio del año 87, y particularmente los que morieron en estos 3 años.

1. El Hermano Demián, Japón, natural del reino de Chiqujen, de 48 años de edad y de 24 de la Compañía, virtuoso y buen predicador en su lengoa, que hizo mucha conversión, aun que no sabía latín. Faleció en Ximonoxeqi en el año de 87.—

2. El Hermano Xiqi Tomás, Japón, de 18 años de edad, novicio. Faleció en el Collegio, siendo el primer año de su noviciado, mui vertuoso y buen hijo, y faleció en el mismo año 87.—

3. El P.e Joan Baptista de Monte, Italiano, natural de Ferrara, de 59 años de edad y de 29 de la Compañía, Coadjutor Spiritual formado, no sabía más que cazos, mas fue virtuoso y buen hon-

69 81] *ita ms.. sed erronee; videtur legendum* 91 || 92 faleció] *seq.* desp. *del.*

bre, y hizo en Japón mucho provecho. Faleció en Firando en el mes de Setienbre del año 87.—/54v

4. El Hermano Jerónimo Vãz, Portugués, natural de Lisbona, de 37 años de edad y de 8 de la Compañía, sabía la lengoa y un poco de latín, y faleció em Nangasaqi en el fim del año 87.—

5. El P.e Pero Craso, Italiano, natural de Milano, de 37 años de edad y 17 de la Compañía. Tenía acabados sus estudios y fue inbiado a Japón en el año de 86, y apenas después de pasar dos años, avíendo aprendido la lengoa y dando de si grandes esperansas, faleció en Nangasaqi en el año de 88.—

6. El P.e Christóval de León, Castellano, de 40 años de edad, de 18 de la Compañía; tenía oydo las Artes y dos años de theología. Llegó a Japón en el año de 76, y después de aver aprendido la lengoa y trabajado mui bien muchos años, faleció en Arie que está en las tierras de Arima, en Junio del año 88.—

7. El Hermano Román de Fiunga, Japón, de 22 años de edad, después de aver estado muchos años en nuestras casas, faleció siendo novicio en Amaqusa en el mes de Setienbre del año 88.—

[3]

Los muertos de 3 años a esta parte—

7. El P.e Gaspar Coello, Portugués, natural del Puerto, de 62 años de edad y de 34 de la Compañía. Fue inbiado a Japón en el año de 72, y echo Viceprovincial de Japón en el año 81; y después de aver echo mucha conversión y servitio a Nuestro Señor, faleció en Canzusa que está en las tierras de Arima, en el año 1590, a 7 de Mayo.—

9. El P.e Aries Sanches, Portugués, natural de Viana, de 63 años de edad y 28 de la Compañía. Fue recebido en Japón por el P.e Cosme de Torres en el año de 61, y después de aver aprendido singularmente la lengoa y echo mucho fructo, faleció en Omura en Junio de 1590.—

10. El P.e Francisco Carrión, Castellano, de la Villa de Medina del Campo, de 40 años de edad / 55 / y de 22 de la Compañía. Llegó a Japón en el año de 77, y después de aprender la lengoa y

105 17] *corr.* || 116 en el] *seq.* año de: *verbum* año *del.;* de *corr. in* mes

ser mui grande obrero, faleció en Yqiccuqi, isla de Firando, en Agosto del año 90.—

11. El Hermano Lorenço, Japón, natural del reino de Fijen, de 66 año de edad y de 29 años de la Compañía, fue recebido en caza como *dôjuqu* y baptisado en Yamanguchi por el P.e Maestro Francisco, y después recebido por el P.e Cosme de Torres en el año 63, y después de aver echo grandíssimo fructo en Japón, convertiendo los principales Christianos de las partes de Miaco, faleció en Nangasaqui a 3 de Hebrero del año 1592.—

12. El P.e Jorge de Carvallal, Portugués, natural de Viseu, de 42 años de edad y de 23 de la Compañía. Llegó a Japón en el año de 83, y después de aver aprendido la lengoa y trabajado mui bien, aviendo oydo Artes y dos años de theología, faleció en Yqiccuqi, ysla de Firando, en Mayo de 92.—

13. El Hermano Ychiji Mansio, Japón, de las partes de Miaco, de 22 años de edad y de 3 años de la Compañía, fue recebido por el P.e Gaspar Coello en el fin del año 89 y faleció en el Collegio de Amaqusa, siendo mui buen hijo, en Octubre del año 92.—

[4]

Novicios que se recebieron en estos tres años.—

Ito Don Mancio — Chinjiva Don Miguel — Fara Don Martiño — Nacaura Don Julián — después de bueltos de Roma a Japón y aver entregado los presentes que por ellos inbió Su Sanctidad a los Señores christianos de Arima y de Omura, y aver acompañado al P.e Visitador hasta la Corte de Quanbaqudono, se resolvieron de entrar en la Compañía; / 55v / y después de aver echo para esto los exercicios spirituales, fueron recebidos todos 4 juntos con común fiesta y alegría en el Collegio de Amaqusa a los 25 de Julio, día de Sanctiago — y algunos meses después en el mismo año fue recebido tanbién Yto Justo, hermano de Don Mancio, siendo de 19 años, el qual fue criado muchos años en el Seminario.—

— Finis. Laus Deo —

142 Compañía] *seq.* Fue *del.* || 147 3 años] *seq.* y m [y mui?] *corr. in* de la || 161 tanbién] *corr. ex* tan buen

30

CATALOGUS RERUM INDIAE ORIENTALIS
Dec. 1594

In volumine I. Catalogorum Indiae Orientalis exstat *series triennalis Catalogorum Provinciae Goanae, mense Decembri 1594 confecta*: quae sequentes Catalogos comprehendit:

Goa 24 I 207-210v	« Catalogus Domiciliorum ac Residentiarum, necnon ecclesiarum, personarum ac Christianorum totius Viceprovinciae Japonicae, mense Januarii anni 1593 » [Catalogus Rerum].
211-218	« Cathalogus Domorum omnium, quae Societas Jesu in India habet: anno 1594, mense Decembri, confectus. Adduntur communes Provinciae, privataeque Collegiorum expensae, annui item proventus eorundem; Socii tandem omnes censentur » [Catalogus Rerum].
219-222	« Cathálogo Tercero, con el Supplemento del Primero y Segundo, de los Padres y Hermanos de la Compañía de Jesús de la India Oriental. Echo en 20 de Deziembre de 1594 » [Catalogus Brevis].
223-236v	« Catálogo Primero de las Informaciones comunes de los Padres y Hermanos de la Compañía de JESÚS de la India Oriental. Echo a 15 de Deziembre de 1594 » [Cat. I].
237-239v	Index Alphabethicus Catalogi I.
241-248	« Catálogo Segundo de las Informaciones de los Padres y Hermanos de la Compañía de JESÚS de la India Oriental. Hecho en 15 de Desiembre de 1594 » [Cat. II].

Omnes isti Catalogi *subscriptione carent*; sed evidenter eorum auctor, [praeter Catalogum Rerum Japoniae], sive directe per se, sive saltem jussu suo et auctoritate, est P. Franciscus Cabral, Provincialis Indiae Orientalis. Nam Visitator, P. Alexander Valignano, nonnisi die 4. Martii 1595 ex Oriente Goam rediit [1], ejusque successor in munere Visitatoris Indiae Orientalis [in Japonia et Sinis P. Valignano Visitator remane-

---

[1] Alex. Valignano ad Praepositum Gen., Goa, 10. Nov. 1595, Orig., *J. 12 II* 295 (corrigatur error typogr. in opere nostro *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan* I, 1 p. 45).

bat[2]], P. Nicolaus Pimenta, nonnisi anno 1596 e Lusitania in Indiam abiit[3].

In *Catalogo I. Indiae Orientalis,* ordine Domorum, 312 socii recensentur; sed Viceprovinciae Japonicae socii deliberate omittuntur.

In *Catalogo II. Indiae Orientalis* de iisdem 312 sociis refertur; Asiae Extremae socii etiam in illo Catalogo desiderantur.

In *Catalogo Brevi Indiae Orientalis* praeter Malaccam etiam Insulae Moluccae comprehenduntur; desunt Aethiopica Missio et Viceprovincia Japonica.

Demum *Cat. Rerum Indiae Orientalis,* de quo hic pressius agendum est, omnem quidem Provinciam Goanam comprehendit; ita ut in parte generali a principio [*Goa 24* I 211v] etiam de Sinensi domo et de Japonia expresse dicatur. Cum autem in descriptione particulari ad « Synarum et Japonis domicilia » perventum est, auctor ad Catalogum Rerum Viceprovinciae Japonicae (a Visitatore P. Alexandro Valignano in Indiam missum, quem Macai Januario 1593 confecerat) remittit [*Goa 24 I* 218].

Quapropter e Catalogo Rerum Indiae Orientalis (Dec. 1594) ad nostram rem spectat ea pars descriptionis generalis, quae est de Sinis et de Japonia; itemque verba, quibus ad Catalogum Rerum Viceprovinciae Japonicae, Januario 1593 confectum, remittit. Quem Catalogum superius cum Catalogis Januarii 1593 Japoniae, ubi proprium suum locum habet, posuimus: vid. doc. 29 D; ubi praeter istam transcriptionem (*Goa 24 I* 207-210v) duo documenta originalia adhibuimus.

Textus

Goa 24 I ff. 211-218

Cathalogus Domorum omnium, quae Societas Iesu in India habet, anno 1594, mense Decembri, confectus. Adduntur communes Provinciae, privataeque Collegiorum expensae, annui item proventus eorundem, Socii tandem omnes censentur.

Habet Societas nostra in India domicilia (si ea etiam quae Japone, Synisque adnumeres) omnino duo et quinquaginta: septendecim quidem pleniora, binos reliqua, ternosve alunt. Socios quadringentos sexaginta quatuor censet. Indiam citra et ultra Gangem (Malacam videlicet et Malucas Insulas) decem supra trecentos: Japonem caeteri, Synasque incolunt. Professi quatuor votorum quinque et viginti in tota Provincia numerantur, quatuordecim in

[2] Cf. opus nostrum in nota 1 citatum: ib. p. 45.

[3] Nicolaus Pimenta ad Praepositum Gen., Lisboa, 15. Febr. 1596, hisp., Orig., *Lus.* 73, 101-102v. — Franciscus de Gouvea ad Praepositum Gen., Lisboa, 9. Aprilis 1596, hisp., Orig., *Lus.* 73, 118.

India, undecim in altera Provinciae parte. Professi vero trium, ratione ordinum, tres. Constitutionum non plures. Coadjutores formati, quos Spirituales vocant, undetriginta, Temporales decem. Quod ad domos et collegia attinet, ut de iis seorsim expediam, degunt in Goana Professorum Domo triginta novem: tres in regio nosocomio, in Divini Pauli Collegio, Chorani et suburbano praedio centum. In Probationis Domo viginti sex; quindecim Salseti. Baçayni duodeviginti, in aliis Baçaynensis Collegii sedibus quatuordecim. Damani quinque, Chauli sex, undetriginta Cochini, Vaipicottae quatuor. Duo in Divi Andreae /211v/ et Jacobi aedibus, Coulani quatuor, non plures in ora Travancoris, Tutocorimi quatuor, in reliquis Piscarii littoris domiciliis quindecim, in Domo Sancti Thomae quatuor. Malacae septem. Decem Maluci. Atque haec de India.

Porro Synensis Domus socios censet undeviginti. Xauchinum tres. In Japoniorum vero insulis per domos tributi socii plane centum quadraginta duo. Nangasaci septem, uno plus in domo Omnium Sanctorum. Amacusae, ubi Collegium et Probationis Domus, quinquaginta. Decem in Seminariio Fachyroensi. Reliqui in caeteris domiciliis, quae, quia paucos e Nostris numerant, omittimus, recensituri suis locis. Demissi hoc sexennio in India duntaxat viginti sex. In Japone vero et Synis, omnino latet nos demissorum numerus, quod illum Pater Visitator in suis Cathalogis reticuerit. Vita functi unus et quadraginta, quorum jacturam octo et quinquaginta in Nostrorum adscripti comilitium compensavere.

Expensum quotannis, ut in Procuratorum rationibus et nominibus ad nos fertur, tum Romae, tum in Lusitania, cum iis vel maxime, qui ex Europa in Indiam mittuntur, ad duo fere aureorum millia, quo aere Provincia universa, quod maxima semper laboret inopia, vehementer premitur, ac pene conficitur. Hinc frequens illa mutuandi necessitudo, mutuique dissolvendi improbus labor. Denique, quod non raro fallendi periculum urgeat capita saepius censere, graviori imperato tributo, quam res familiares, annuaeque collegiorum obventiones suppetant, necesse est.

/218

Synarum et Japonis domicilia.

Quae mihi nunc de Synis et Japone expedienda seorsum erant, ea sequens Cathalogus, quem ad nos Pater Visitator misit, praestabit; labori igitur novi conficiendi, ne in maximo negotio abundare otio videar, supersedebo.

30 A

RENTA DE LA PROVINCIA DEL JAPÓN

In volumine *J. 23* 19-20v documentum exstat, cui titulus ut supra. Scriptum est lingua hispanica, in charta europaea. Subscriptio deest. Textus f. 19-19v occupat; nam f. 20-20v vacat.

Quando et ubi documentum istud compositum sit, non indicatur. *Tempus* quidem e verbis textūs aliquo modo erui potest. Etenim, post mortem Sebastiani, Regis Lusitani († 1578), immo post obitum Regis Hispaniarum Philippi II. (qui in Lusitania Philippus I. vocatur) († 1598), tempore Pontificatūs Clementis VIII. (1592-1605), conscriptum est. Quodsi Clementem VIII. Summum Pontificem quotannis pro Japonia 4.000 aureorum elargiri asseritur: aliunde compertum est[1] eundem Pontificem per quatuor annos solutionem istius summae suspendisse et nonnisi anno 1602 prohibitionem suam revocasse. Unde documentum istud *inter annos 1602 et 1605* ortum habuisse inferimus.

Locum compositionis si quaeras: non in Provincia Japonica! Nam (ut in isto documento refertur) numerus personarum tunc a Societate in Japonia alendarum erat 660. Qui numerus annis 1602-1605 (quibus Elenchum compositum esse diximus) *non* correspondet, sed in Catalogo Brevi Japoniae, mense *Novembri 1592* conscripto[2], itemque in Catalogo Rerum Japoniae, *Januarii 1593*[3], invenitur. E contra, Catalogus Brevis Japoniae, Octobri 1603 exaratus[4], in ipsa Japonia plus quam 800 personas expensis Societatis ali dicit; immo, antequam, cum maximo etiam Missionis Japonicae damno, die 29. Julii 1603 in ipso portu Macaensi Navis Macaensis ab Hollandis caperetur[5], (quae notitia mox in Japoniam perlata est[6]) numerus personarum alendarum erat plus quam 900[7]. Auctor igitur documenti, non veris rerum conditionibus, sed antiquioribus informationibus nititur: unde eum neque in ipsa Japonia, neque in Collegio Macaensi scripsisse jure infertur, nam in utroque loco de rei veritate certior fieri facile potuisset. Quare documentum *in Europa* confectum esse censemus. Sed forsitan (eā, quā nunc exsta formā) incompletum est: cui petitio aliqua sive ad Summum Pontificem, sive ad alium benefactorem, accedere debebat.

---

[1] Cat. Rerum, Japon., Jan./Sept. 1603, auctore Al. Valignano, lat., orig., *J. 25*, 75. Cf. *Doc. 32 B.* — Al. Valignano ad Gen., e Japonia, 11. Jan. 1603, hisp., orig., 1a via, *J. 14 I* 116 (116-117v). — Cf. etiam SCHÜTTE, « Cortes » 59.

[2] Vid. Doc. 29 A.

[3] Vid. Doc. 29 D.

[4] Vid. Doc. 32 A.

[5] Al. Valignano ad Gen., Macao, 6. Martii 1604, hisp., orig., *J. 14 I* 158-159v.

[6] Die decimo Augusti 1603 profecta est e portu Macaensi parva navis, quae veloci octo dierum cursu ad Japoniam pervenit, et die 19. Octobris, post aliud 8 dierum iter, postquam per duos fere menses in Japonia remansit, Macaum regressa est: ib. (vid. notam 5) *J. 14 I* 158-159v.

[7] Vid. Doc. 32 A.

Textus

J. 23 19-19v

†

Renta de la Provincia del Japón *

En Baçayn de la India en unas heredades mil y duzientos ducados.

En la aduana de Malaca mil ducados que le mandó dar Sebatián de buena memoria, passado a la China se pierden treynta por ciento.

En Salsete de Goa mil ducados que mandó dar el Rey Don Felippe defunto, en que se pierde otro tanto.

La Sanctidad de Nuestro Señor Clemente 8º [1] da en la Colectoría d'España quatro mil ducados, que desde Gregorio XIII. de buena memoria se dieron.

En Macao con el dinero de la República trahe Japón quatro mil y quinientos ducados, con los quales se compran cinquoenta picos, para que solamente ay licencia de Su Magestad y de la Ciudad, confirmada por el Virey Don Francisco Mascareñas; cada pico costa noventa ducados, lo que *deductis expensis* resulta destos cinquoenta picos pagan los hechores de la República en Nansasaqui a la Compañía, lo qual es más o menos conforme al mayor o menor precio de la seda.

Tenía Japón otros mil ducados que pagava la Nave de la China de anchorage del puerto de Nangasaqui, los quales mil ducados avía dado Don Bertolomeo a la Compañía; pero Taycosama con la Ciudad de Nangasaqui usurpó también este derecho del puerto.

No tiene Japón otra renta alguna, y lo que le falta pera llegar a doze mil ducados cada año, que es lo que [es la] summa precisamente necessaria para sustento de las iglesias, fábricas, seminarios, casas, y residencias, en que la Compañía tiene occupados

---

* Cum hunc elenchum, inter annos 1602 et 1605 redactum, antiquioribus plerumque informationibus inniti, in introd. (ad praesens doc.) supra demonstraverimus, lectorem ad introductiones et Adnotationes *Doc. 29 A* (= Cat. Br., Nov. 1592) et *Doc. 29 D* (= Cat. Rerum, Jan. 1593) remittimus.

1 Vid. Schütte, *Cortes* pp. 57-70: de elargitionibus S. Pontificis, ab anno 1603 usque ad annum 1641 incl. factis.

entre Religiosos y seglares seiscientas /19v/ y sesienta personas, o lo suple alguna limosna, o se quedan sin ello.

Toda esta renta padece grandes naufragios, porque los quatro mil ducados de Su Sanctidad se pierden muchas vezes, y son tomados de los Corsarios en la mar; y lo más de la India y China también tiene sus peligros, y muchos años se pierde.

Dado que toda esta renta llegue a doze mil ducados, que es lo más a que nunca llegó, repartida por seiscientas y sesienta personas, sin la multitud de iglesias y fábricas, a que con los mismos doze mil ducados se suple, puede caber a cada persona para su victo y vestito, poco más o menos 18 ducados.

Sosténtase cada persona con tan poco en Japón por la grande templança que ay en el comer y vestir, principalmente los de la Compañía, que visten algodón tiñido, y el comer ordinario es arroz, y agua calliente.

Destos doze mil ducados se saca también lo que se apresenta a señores y personas de obligación, segundo la costumbre inviolable del Japón, y las limosnas con que se acude a gran número de Christianos que, moriéndoles sus padres o maridos en las guerras, quedaron sin remedio.

Quando se da algún presente al Rey de Japón, como aquel que le dió el P.e Alexandre Valiñano, quando llevó la embaxada del Virey de la India, se da a la cuenta del Virey, o de alguna persona que lo quiera hazer.

---

30 *in fine paginae, in margine laevo* ad Japponica || 33 Sanctidad *in textu corr. prob. ex* Magestad *deinde denuo in margine* S.d || 37 sesienta *corr. ex* sesanta *vel* setanta || 43 tiñido *corr. ex* teñido

31

ADNOTATIONES HISTORICAE P. GABRIELIS DE MATOS S. J. annos 1600-1614 complectentes

1. Scriptum, quod hic edimus, in primo volumine Catalogorum Japonensium in ARSI (*J. 25* 56-59v) invenitur. Quod 4 foliis chartae orientalis constat, in recenti restauratione ex utraque parte strato holoserico coopertis, quae 21,5-21,8 cm. lata, 29-29,5 cm. alta sunt. Documentum totum una manu exaratum est, quae et in textum multas correctiones induxit, et sive in marginibus, sive supra lineas haud pauca inseruit: quae est manus P. Gabrielis de Matos S. J. Agitur ergo de autographo, de quo alia exemplaria, sive originalia, sive apographa, quantum scire liceat, non exstant.

2. Quamvis autem non de Catalogo prorie dicto agatur, tamen documentum istud non sine ratione volumini Catalogorum junctum est. Nam istis Adnotationibus, annos 1600-1614 complectentibus, P. Gabriel de Matos tum singularum Domorum S. J. in Japonia, tum multorum sociorum Viceprovinciae Japonicae historiam non modice illustrat. Exorsus enim ab anno 1600, quo ipse in Japoniam trajecit, statim ab initio, fere ad modum Catalogi, omnes Domūs, quas tunc Societas Jesu in illis insulis habebat, recenset, simulque, quinam Patres tunc singulorum domiciliorum regimen vel curam gererent, accurate indicat. — Deinde vero, relatis etiam iis eventibus, quibus illorum annorum decursu res Ecclesiae et Societatis Jesu in Japonia haud minime afficiebantur, auctor noster Domos vel de novo fundatas, vel bellorum ac persecutionum injuria destructas, vel etiam casuum varietate translatas, necnon procedente conversione auctas commemorat; socios quoque vel in Japoniam advectos vel ex illa profectos, in Ordinem ingressos vel ex eo egressos, ad ultima vota admissos, ad varia officia exercenda vocatos, morte abreptos nominatim adducit.

3. P. Gabriel de Matos in conscribendis istis Adnotationibus more Annalium procedit, ita tamen, ut proprio titulo tantummodo anni 1600, 1601, 1602, 1603, 1604, 1605, 1609, 1610 recenseantur: sub anno 1605 etiam 'duo vel tres anni sequentes', sub anno 1610 tempus omne usque ad sociorum e Japonia expulsionem, Novembri 1614, aliquo modo comprehenditur. Aliquando vero etiam eventuum posteriorum mentio fit, e. g. naufragii et interitūs P. Ludovici [Niabara, Nagasakiensis], qui, cum anno 1619 [vel potius 1618 [1]] e Macaensi civitate in Japoniam rediret, in mari mortuus est; et martyrii P. Sebastiani Kimura, qui (die 10. Septembris) 1622 in civitate Nagasaki pro fide catholica igne crematus est [2]. Facta posteriora in tota relatione non occurrunt.

---

[1] Joam Rodriguez Giram — P. Nuno Mascarenhas, Assist., Macao, 20. Jan. 1619, lus., Orig., *J. 17* 221; Matth. de Couros — Gen., Nagasaki, 8 Oct. 1618, lus., Orig., *J. 36* 84v.

[2] Ben. Fernández - Gen., Nagasaki, 16. Dec. 1622, exemplar a P. Provinciali Francisco Pacheco subsignatum, lus., *J. 60* 224 242v-249.

4. Saepius in istis 'Annalibus' alii fontes vel noti supponuntur, vel ad eos remittitur. Supponitur vel maxime libellus quidam historicus manu scriptus [3], a supra dicto P. Ludovico [Niabara, Nagasakiensi] concinnatus, quo, teste praesenti documento, annorum 1603 et 1605 eventūs describebantur; num amplius quid (uti suspicari licet) contineret, ignoramus. Praeterea auctor noster, dum succincta enarratione gesta in bello de successione Taikō ducis memoriā recolit, ad ampliorem elucubrationem, quam de eis P. Johannes Rodríguez Tçuzu ('Interpres') et P. Martinus Hara ('Campo') daturi erant [4], remittit. Deinde, de nosocomio Sancti Jacobi, anno 1604 in civitate Nagasaki fundato, plura dicturi erant Fr. Franciscus Fernández aliique, qui cum eo tunc Nagasakii degerant [5].

P. Johannes Rodríguez Tçuzu, de quo supra, die 1. Augusti 1633 Macai mortuus est [6]; P. Martinus Hara-Campo ibidem die 23. Octobris 1629 defunctus est [7]; Fr. Franciscus Fernández in eodem loco die 8. Augusti 1628 obiit [8].

5. Quare *de tempore compositionis* id *interim* statuere licet: P. Gabriel de Matos commentarios istos inter diem 10. Septembris 1622 et diem 8. Augusti 1628 exaravit, vel saltem ad finem perduxit. Quod tempus postea, dum de indole istarum adnotationum investigamus, pressius circumscribere poterimus.

6. Indoles enim istarum Adnotationum, vel Annalium, talis est, ut usui alicujus auctoris (cujus nomen in documento desideratur) Historiam Ecclesiae Japonicae, vel Historiam Societatis Jesu in Japonia constitutae conscripturi, destinentur, Non enim de aliquo opere in se aliquo modo perfecto et absoluto agitur, sed de adnotationibus historicis more Annalium digestis, quae et ea, quae jam alibi (scl. in libello Patris Ludovici) dicta erant, complerent, ac vicissim complerentur iis, quae Patres quidam Fratresque (ab auctore nominatim adducti) dicturi erant, atque ita auctori illi pro Historia conscribenda suppeditarentur. P. Gabriel de Matos, commentariis suis limites circumscribens, de illis tantummodo annis agit, quos ipse in Japonia transegit (1600-1614). Ceterum, Adnotationes istas a suo auctore non proprio usui, sed alieno, destinari, ipse P. Gabriel de Matos aliquando expresse statuit: « Res notatu dignae, quae

---

3 'O quaderno do P. Luís': fol. 58 59.

4 Fol. 56v et 57. — 'Campo' est traductio nominis japonici 'Hara'.

5 Fol. 59. Cur non ad P. Gasparem de Crasto, qui cum Fratre Francisco Fernández in Nosocomio S. Jacobi moratus erat, remittitur? P. Gaspar de Crasto anno 1620 e Macaensi Domo in Japoniam redierat; qui die 7. Maji 1626 prope oppidum Arima defunctus est. (Cf. Biogr.) P. Gabriel de Matos, cum in Collegio Macaensi istas Notas historicas conscriberet, auctorem Historiae componendae (ipsum quoque Macai commorantem) ad solos socios tunc cum ipsis in Collegio Macaensi degentes remittit; qua de causa P. Gasparem de Crasto, in Japoniam regressum, omittit.

6 Cf. vitam ejus in opere nostro *Biographiae*.

7 Cf. opus nostrum *Biographiae*.

8 Cf. opus nostrum *Biographiae*.

hoc anno [1603] acciderunt, scriptae inveniuntur in libello Patris Ludovici. Sed addat V. R. ... » [9].

7. *Quis vero illius Historiae conscribendae,* pro qua P. Gabriel de Matos Annotationes suas concinnavit, *auctor sit,* id neque facili investigatione, neque certis omni ex parte argumentis statui posse videtur; sed id quod, serio perpensis rationibus, ex parte certum est, ex parte probabile, brevi hic exponimus: quo id etiam assequemur, ut praesentis documenti indoles clariore luce perfundatur.

a) Verbis sub num. 6, in fine, relatis imprimis constat agi de aliquo sacerdote; nam pro solis sacerdotibus titulus V. R. adhibebatur. Porro, cum toto isto documento de Historia Societatis Jesu in Japonia agatur, sine dubio de aliquo Societatis Jesu sacerdote sermo est.

b) Ex ipsius documenti verbis merito infertur, Patrem illum res Japoniae linguamque terrae non ignorare: nam tum in textu tum in notis in margine positis verba japonica non pauca occurrunt, quae *non* traducuntur: e. g. 'bunguios' (bugyō) (fol. 56v); 'tono' (tono) (fol. 57); 'chinguio' (chigyō) (fol. 57); 'Cami' (Kami) (fol. 57); 'fissocu' (hissoku) (fol 57v); 'machi' (machi) (fol. 57v); 'fori' (hori) (fol. 57v); 'xivasu' (shiwasu) (fol. 57v); 'tçucasa' (tsukasa) (fol. 58v); 'motoy' (motoi = motoyui) (fol. 58v); 'norimono' (norimono) (fol. 59); 'xoya' (shōya) (fol. 59). Sed linguae rerumque japonicarum cognitio non adeo perfecta supponitur, dum varia verba japonica vel explicantur, vel circumscribuntur. V. g. aetas 'Queicho' ita declaratur: « Idade de Japão: Queicho 5. Esta idade começou no anno 1596 — e durou vinte, atè o anno de 615 » (fol. 56); alia exempla: « gan [gan] ou charola, ou tumba pequena » (fol. 58v); « toxiyorixus [toshiyorishū], senhores de fortalezas » (fol. 58v); « quinhentos gocus [goku] de arroz, que são mil fardos » (fol. 58v); « Goinquio-sama [Go-inkyo-sama], molher de Josuy » (fol. 59).

c) Praeterea auctor ille aliquando in civitate Nagasaki degisse videtur: Matos enim duobus locis particularem illius civitatis topographiam ita describit, ut nonnisi experto sic loqui posse videatur [10].

d) Quo tempore istae Adnotationes componebantur, auctor Historiae conscribendae Macai degisse videtur. Dum enim, ad complendum fontes sui operis, ad complures Patres Fratresque remittitur, ad neminem sive in Japonia, sive in Insulis Philippinis aliisve in locis, degentem ejus diligentia atque investigatio dirigitur, nisi *ad solos Macaensis Collegii incolas.* Nam annis, quibus diximus (1622-1628) tum P. Johannes Rodríguez Tçuzu (Interpres), tum P. Martinus Hara-Campo, tum Fr. Franciscus Fernández ibi commorabantur [11]. Etiam libellus P. Ludovici Niabara in Domo Macaensi asservatus esse videtur: qui in ea ultimis vitae annis

---

[9] « As cousas que acontecérão este anno notáveis, estão no quaderno do Pe Luís. Mas accrecente V. R. que... »: fol. 58.

[10] Primum quidem occasione incendii civitatis Nagasaki, quod die 27. Octobris 1601 accidit: fol. 57v; deinde vero in fine eorum, quae ad annum 1604 adnotantur: « Fez-se também o cano da fonte de Santa Maria até a Xoya »: fol. 59.

[11] Vid. eorum vitas in vol. nostro *Biographiae.*

vixerat, antequam ad iter japonicum profectus est, de quo non emersit [12]. Unde conscribendae Historiae auctorem neque in Europa, neque in India, sed Macai tunc vixisse censemus.

e) *Conclusio*: De auctore illo conscribendae Historiae Ecclesiae Japonicae (vel Societatis Jesu in Japonia operantis) illud *in genere* statui potest: agi de aliquo Patres Societatis Jesu, japonicae linguae rerumque japonicarum haud ignaro, immo, aliquando, ut videtur, in civitate Nagasaki versato, sed tempore compositionis istarum Adnotationum Macai residente.

8. Jam quaeritur, *cuinam Patri* tunc munus illud componendi Historiam rerum Societatis Jesu in Japonia, vel Historiam Ecclesiae Japonicae, incumberet?

a) Jampridem praecellens Historiae cultor P. Ludovicus Fróis in civitate Nagasaki die 8. Julii 1597 obierat [13], et magnus Indiarum et Japoniae Visitator P. Alexander Valignano, et ipse historiographiae deditus, in Collegio Macaensi die 20. Januarii 1606 defunctus erat [14]. Quapropter,mense Augusto 1612, vel paulo post, *P. Matthaeus de Couros* et a Visitatore P. Francisco Pasio et a Provinciali P. Valentino Carvalho jussus est opus conscribendae Historiae prosequi [15]. Sed ille, aliis officiis et laboribus distentus, neque in Japonia, antequam Novembri 1614 cum ceteris in exilium missus est [16], neque quo tempore Macai versabatur, i. e. usque ad Augustum 1615 [17], neque, in Japoniam redux, usque ad Augustum 1620 illud coeperat [18]. Sed mense Augusto 1620 epistolam Praepositi Generalis P. Mutii Vitelleschi, die 1. Decembris 1617 scriptam, recepit, qua iterum Historiam Japonicam conscribere jussus est [19]. Cui P. Matthaeus de Couros, tunc Japoniae Provincialis, die 10. Octobris 1620 respondit: qua epistola explicat, quid annis elapsis (1612-1620) ea in re actum sit [20]. Neque sequentibus annis opus aggredi potuit; ita enim in epistola die 23. Septembris 1623 ad P. Assistentem Lusitaniae data ipse indicat [21]. Denique ex epistola P. Francisci Pacheco, ejus in Provincialis munere successore, die 9. Octobris 1624 ad Praepositum Ge-

---

[12] Ibid.

[13] Ibid.

[14] Ibid.

[15] Matth. de Couros — Gen., Nagasaki, 8. Oct. 1612, lus., Orig., *J.* 35 3v. - Cf. Matth. de Couros — P. Ant. Mascarenhas, Assist., Nagasaki. 25. Oct. 1612, lus. Orig., *J.* 35 11.

[16] Matthaeus de Couros — Generali, Macao, 31. Dec. 1614, lus., Orig., *J.* 35 44.

[17] Matthaeus de Couros — Generali, Katsusa, 10. Octobris 1620, lus., Orig., *J.* 37 160v. De tempore, quo in Japoniam rediit: « Japão, aonde tornei neste Agosto passado »: Matthaeus de Couros — Generali, Isahaya, 15. Februarii 1616, lus., Orig., *J.* 35 49. Quare, mense Augusto in Japoniam *advenisse* videtur.

[18] Matthaeus de Couros — Generali, Katsusa, 10. Octobris 1620, lus., Orig., *J.* 37 160-161v.

[19] Epistola notae praecedentis, ab initio = *J.* 37 160.

[20] Ibid., *J.* 37 160-161v.

[21] Matthaeus de Couros — P. Nunio Mascarenhas, Assistenti, e Japonia, 23. Septembris 1623, lus., Orig., *J.* 37 223v.

neralem data, discimus, P. Matthaeum de Courosa, a Visitatore Macai degente, justas ob causas, ab onere conscribendae Historiae liberatum esse [22].

b) Interim in Collegio Macaensi P. Hieronymus Rodríguez senior, paulo ante festum Nativitatis Domini anno 1619 Visitator renuntiatus [23], *P. Johannem Rodríguez Interpretem* Historiam Missionis Japonicae componere jussit [24]. De quo in Catalogo Brevi Septembris anni 1620 ita legitur: « Pe João Rodríguez o Intérprete, Professo, compoem a Crónica de Japão » [25]. Quare ipse P. de Couros, Octobri 1620 e Japonia ad Praepositum Generalem scribens, haec dicit: « Posto que o P. Jerónymo Rodríguez, nosso Visitador, me escreve que lá encarregou, pello menos a primeira parte, ao P. Joam Rodríguez Intérprete e ao P. Martinho Campo, que o farão com bem diferente perfeição do que eu faria » [26]. De qua epistola praeter P. Johannem Rodríguez etiam P. Martinum Hara-Campo ad opus conscribendae Historiae a Visitatore destinatum evidenter patet; ad utrumque autem P. Gabriel de Matos auctorem illum, pro quo ipse commentarios suos historicos redigit, remittit.

P. Johannes Rodríguez, linguae japonicae rerumque japonicarum peritissimus, magno ardore opus aggressus, die 31. Octobris 1622 magnam jam partem composuerat: nam et Introductionem de japonici regni indole ac moribus, et rerum gestarum narrationem, tum de S. Francisci Xaverii ingressu in Japoniam, tum de sequentibus annis usque ad mortem P. Cosmae de Torres (nempe de 20 annis Missionis) se exarasse testatur [27]. Quinque annis post, die 30. Novembris 1627, se duas Partes, quae Historiam primorum 40 annorum concernerent, rudi quidem forma, adumbravisse dicit; Visitatorem autem sibi innuisse, ut Historiam prosequeretur, colligendo et ordinando materiam [28].

c) In utraque epistola modo adhibita P. Johannes Rodríguez Tçuzu amare quaeritur jam aetate confici illos, qui rebus gestis ipsi interfuerint suisque oculis eas viderint, non sine maximo periculo historicae veritatis.

« Conforme vou vendo, os que sabem e viram as cousas certas e verdadeiras, vam acabando, e aynda que não tenham estillo elegante, façam a história, e depois, quem o tiver, concerte o estillo » [29].

---

[22] Franciscus Pacheco — Generali, e Japonia, 9. Octobris 1624, lus., Orig., *J. 38* 168v.

[23] Hieronymus Rodríguez sen. — Generali, Macao, 15. Januarii 1620, lus., Orig., *J. 17* 255: renuntiatus est Visitator eodem die, quo P. Franciscus Vieira Macai sepultus est. — P. Franciscus Vieira, Visitator praecedens, Macai defunctus est die 21. Decembris 1619: Balthasar de Torres — Generali, e Japonia, die 21. Octobris 1620, lus., Orig., *J. 38* 240. — *AHU 1659* f. 102v.

[24] Johannes Rodríguez Tçuzu — Generali, Macao, 31. Octobris 1622, lus., Autogr., *J. 18 I* 8v.

[25] *J. 25* 109, cf. infra Doc. 67.

[26] Matthaeus de Couros — Generali, Katsusa, 10. Octobris 1620, lus. Orig., *J. 37* 160v.

[27] *J. 18 I* 8v: vid. adnot. 24.

[28] Johannes Rodríguez Tçuzu — P. Nunio Mascarenhas, Assistenti, Macao, 30. Novembris 1627, lus., Autogr., *J. 18 I* 89.

[29] *J. 18 I* 8v = vid. Adnot. 24.

« Se vão acabando os que disto têm notícia verdadeira e vírã[o] quasi tudo presencialmente » [30].

Quae dum attente consideras, non sine ratione suspicaris, eundem P. Johannem Rodríguez Interpretem (cum coepisset compositione Historiae Ecclesiae Japonicae occupari) Patres aetate provectos, qui diu in vinea japonica laboraverant, vel per se vel per Superiores invitasse, ut, si quos temporis transacti eventus memoria tenerent, eos sedulo scriptis mandarent: ejusmodi enim commentarios necessarios esse ad conscribendam veraciter Historiam.

d) Die 9. Octobris 1624, P. Franciscus Pacheco, Provincialis Japoniae, in epistola ad Praepositum Generalem scripta, se Visitatorem Macai degentem rogasse dicit, ut munus conscribendae Historiae P. Johanni Rodríguez Interpreti committeret, qui de rerum veritate accurate inquireret, cura politioris linguae aliis relicta:

« E pera isto tenho mandado a Macao, e mando ainda este anno todos os papeis pertencentes à História que cá tinha » [31].

e) Eodem fere tempore quo P. Gabriel de Matos, atque in eodem Collegio Macaensi, duo alii Patres Commentarios historicos conscripserunt: de iis rebus in Japonia gestis, quarum ipsi meminerant: P. Alphonsus de Lucena et P. Franciscus Pírez. — P. Alphonsus de Lucena, vixdum in Japoniam advectus, ab anno 1578 usque ad Novembrem anni 1614 inter Christianos Ōmuranae dicionis versatus [32], Novembri 1614 cum ceteris Macaum in exilium venit, ubi aliquando etiam Rectoris officio functus [33], die 14. Junii 1623 pie obiit [34]. Ille, quod de Ōmuranae ecclesiae Historia meminerat, in scriptis reliquit [35]. — P. Franciscus Pírez, post infelix tentamen in Japoniam transeundi, anno 1582 factum, demum sequenti anno 1583 in Japoniam advenit, nondum sacerdos; et studiis peractis, anno 1595 ad recipiendos ordines sacros Macaum rediit; unde cum Episcopo D. Petro Martínez aliisque sociis, anno 1596 Japoniam repetiit. Ac toto fere tempore usque ad exilium (Novembri 1614) vel in regione Takaku, vel aliquando in insulis Amacusanis, sive Christianorum curam, sive officium Ministri Collegii sustinuit. Ab exilio (Novembri 1614) usque ad mortem (die 26. Julii 1632) semper in Collegio Macaensi degit [35a].

---

30 *J. 18 I* 89 = vid. Adnot. 28.

31 Franciscus Pacheco — Generali, e Japonia, 9. Octobris 1624, lus., Orig., *J. 38* 168v.

32 « Eu estive ahi 37 annos [em Ōmura], até nos virmos desterrados pera Macao »: ita P. Alphonsus de Lucena de se ipso = *J. 22* 111 (vid. Adnot. 35).

33 De P. Alphonso de Lucena, qui tunc actu Rectoris munere fungebatur: P. Johannes Rodríguez Tçuzu — Generali, Macao, 31. Octobris 1622, lus., Orig., *J. 18 I* 7; P. Gabriel de Matos — Generali, Macao, 1. Novembris 1622, lus., Orig., *J. 18 I* 12.

34 Lisboa, Arch. do Ultramar, *Cod. 1659* 102v: « Dos defunctos da Companhia que estão enterrados nesta igreja ».

35 « De algumas cousas que ainda se alembra o P.e Afonso de Lucena, que pertencem à Christandade de Omura », lus., Autogr., *J. 22* 103-134, 134a-134pv. — Editio nostra: P. Afonso de Lucena S. J., Erinnerungen aus der Christenheit von Ōmura (portug. und deutsch) Rom (Instit. Hist. S. J.) 1972.

35a Vid. vitam ejus in vol. nostro *Biographiae*.

Ipse quoque, quae de itinere et de rebus japonicis meminerat, scriptis commendavit [35b].—

Trium auctorum istorum (Matos, Lucena, Pírez) illud commune est, quod eorum Commentarii historici eventus ultra annum 1623 *non* contineant, dum substantia narrationis historicae ad illud tempus restringitur, quod quisque in Japonia (et in itinere Japonico) peregit. Porro, Adnotationes P. Gabrielis de Matos et 'Puncta' P. Francisci Pirez pro alio auctore, de rebus in Japonica Missione gestis Historiam conscripturo, exarate sunt; idem de P. Alphonsi de Lucena Memoriis videtur dicendum. Sed *cui auctori* eorum Commentarii historici destinati erant? Num pro Patre Johanne Rodríguez Interprete facti sunt an pro alio aliquo? Id de P. Alphonsi de Lucena et P. Francisci Pírez scriptis non videtur certo constare. Sed *P. Gabriel de Matos* Commentarios suos certo *alii auctori* adhibendos voluit: quod e modo, quo auctorem conscribendae Historiae ad ipsum P. Johannem Rodríguez Interpretem remittit, certo probatur.

f) Sed cuinam? Quod forsitan ex iis concludere licebit, quae in Memoriali P. Sebastiani Vieira scripta inveniuntur. Ille enim, in 2ª Congregatione Provinciali Japonensi, mense Decembri 1623 Macai habita, Procurator Romam mittendus electus [36], Praeposito Generali Memoriale quoddam tradidit, in quo haec legimus:

«19. [*in marg.*: Crónica de Japão] Á muitos annos que por veses se tem emcommendado de Roma que se faça a crónica de Japão. E ainda que a obra se cometeo a hum Padre, que a teve a seu cargo, por não ter feito nada nella, e se queimar o cartório que avia em Japão, ma emtregárão a mim. E quando fazia diligências para a obra, me mandárão a esta peregrinação de Roma. Por ser obra que tanto se deseia, e de tanta importância, parece que convinha aplicar-se a ella hum Padre, e que os Superiores lhe dêm pera isso todos os favores e ajudas necessárias». [37].

Quibus e verbis intelligimus: P. Sebastianum Vieira, priusquam a Congregatione Provinciali Procurator electus est, munus componendi Historiam Missionis Japonicae, Superiorum ordine, in se suscepisse, atque circa eam investigare coepisse; sed illa electione, et itinere Romano, impeditum esse, quominus opus componeret.

g) Cur ita? Nonne P. Johanni Rodríguez Interpreti, inde ab anno 1620, officium illud incumbebat? Vel P. Sebastianus Vieira id ignorare potuit, cum in eadem Domo commoraretur ac ille? Cum neque de opere 'Interpretis' (Tçuzu), neque de verbis P. Sebastiani Vieira dubitari queat, alterutra solutio admittenda videtur: a) Ex epistola P. Matthaei de Couros, die 10. Octobris 1620 data, quam supra allegavimus [38], constat: P. Visitatorem Hieronymum Rodríguez ordinasse, ut P. Johannes Rodríguez Tçuzu et P. Martinus Hara-Campo *primam partem* Historiae Japo-

---

[35b] Vid. infra, Doc. 31 A.

[36] Valentinus Carvalho — P. Nunio Mascarenhas, Assistenti, Macao, 9. Februarii 1624, lus., Orig., *J. 18 I* 34.

[37] «Memorial do P.e Sebastião Vieira, Procurador da Província de Japão, eleito na 2a Congregação Provincial ...», nr. 19 = *Congr. 55* 298.

[38] Cf. supra, Adnot. 17.

nicae componerent. Duobus annis post, die 31. Octobris 1622, idem P. Johannes Rodríguez Tçuzu Praeposito Generali scribens[39], se *primam partem* Historiae exarare dicit. Post quinque annos, die 30. Novembris 1627, in epistola ad Assistentem Lusitanum *de duabus partibus Historiae et quidem 40 annorum* (i. e. ab initio Missionis japonicae usque ad annum 1590) loquitur[40]. Sed P. Gabriel de Matos, Commentarios suos historicos redigens, ab anno 1600 exorditur. Unde praesumendum videtur, P. Sebastianum Vieira *partem* Historiae conscribendae in se suscepisse: quin certo liqueat, a quo tempore vel a quo eventu illa initium capere debuerit. — b) Cui tamen assertioni id obstare videtur, quod P. Johannes Rodríguez Tçuzu initio sui operis non obscure significat: velle se Historiam Ecclesiae Japonicae usque ad annum 1634 producere[40a]; porro illa pars Historiae, quam de Episcopis Ecclesiae Japonicae compositam posteris reliquit, anno 1624 exarata, res gestas usque ad annum 1623 protrahit[40b]. Qua de causa aliam quoque sententiam proponendam censemus: nam P. Johannes Rodríguez Tçuzu identidem asserit: *materiam* quidem certam ac veridicam Historiae Ecclesiae Japoniae a se praeparari, sed *Historiam ipsam* ab aliis modo scribendi (seu stylo) eleganti redigi debere. Id enim sibi ab aliis objici sciebat, quod, utpote in 'Transmontanis' ('Tras-os--montes') natus, cultu atque elegantia linguae careret. Haec ergo causa esse poterat, cur praeter 'Interpretem', japonicarum rerum peritissimum, alius scriptor eligeretur, cui munus *redigendi* Historiam incumberet: qui erat P. Sebastianus Vieira.

h) *Unde concludimus*: Quamvis neque e Commentariis historicis P. Gabrielis de Matos, neque aliunde, de relatione inter laborem historicum P. Gabrielis de Matos et P. Sebastiani Vieira directe constet: *quia* tamen Commentarii P. Gabrielis de Matos pro aliquo Patre Societatis Jesu, tunc Macai residente, sed aliquando in civitate Nagasaki versato, japonicae linguae rerumque japonicarum non ignaro conscripti sunt et alii auctores, qui tunc de historiographia japonica cogitabant, ac praesertim P. Matthaeus de Couros et P. Johannes Rodriguez Tçuzu, excluduntur: *cum* P. Sebastianum Vieira eo ipso tempore Macai circa illam historiam investigare coepisse certo argumento teneamus: P. Gabrielem de Matos pro ejusdem P. Sebastiani usu Commentarios suos historicos composuisse *praesumendum* est; quos ab eodem P. Sebastiano Vieira Romam allatos esse censemus.

9. Auctor ille Historiae conscribendae (quem P. Sebastianum Vieira esse modo arguimus) a P. Gabriele de Matos ad alios etiam fontes saepius remittitur. Sed ipsius *P. Gabrielis de Matos fontes* in concinnandis Commentariis suis unde defluunt? Ac primum quidem, dubium non

---

[39] Cf. supra, Adnot. 24.

[40] Cf. supra, Adnot. 28.

[40a] Ita expresse in titulo autographo ms. Originalis, Madrid, Bibl. de la Real Academia de la Historia, Jesuitas, Leg. 21, nunc Ms. 7237. Cf. nostram descriptionem, in volumine *El 'Archivo del Japón'* p. 327.

[40b] Cf. Josef Franz Schütte S. J., *História inédita dos 'Bispos da Igreja do Japão' do P.e João Rodriguez Tçuzu S. J.*, in: *Actas do Congresso Internacional de História dos Descobrimentos*, to. V, I pp. 297-327.

est, quominus multa, quae scripsit, *e propria memoria* hauserit. Quod in titulo operis expressis verbis non legitur, sicut e contra 'Memoriae' Patrum Alphonsi de Lucena et Francisci Pírez indicant [41]. Sed res certa est: *tum* quia ipse aliquando, dubitans de eventu, ad defectum memoriae suae provocat [42]; *tum* quia ea, quae in se certa et determinata erant, ut dies suscepti muneris, votorum, mortis, aliquando modo incerto, parum accurato, exprimit [43], dum alibi se prodit voluntas, ejusmodi eventus claro ac praeciso modo indicandi [44]: quae discrepantia nonnisi e defectu memoriae explicari posse videtur; *tum* etiam, quia plurimis locis corrigit, delet, complet, quae antea dixerat: quae partim ex aliorum suggestione, partim e propria memoria hausta esse videntur; *tum denique*, quia multis eventibus vel ipse interfuerat, vel eisdem aliquo modo nectebatur: quos dum narrat, documenta scripta, quibus nitatur, non indicat.

Quaeritur tamen, num forsitan, praeter ea, quae ipse memoriã tenebat, vel quae ab aliis narrata audierat, pro aliquibus saltem rebus fontes scriptos adhibuerit? Praesertim vero pro Elencho Domorum, vel Quasi-Catalogo, a quo exorditur? Numquid illo loco Catalogorum Japonicorum anni 1599, nunc deperditorum, aliquod nobis vestigium relictum est? Nam P. Gabrielem de Matos, post plusquam viginti annos, omnium Domorum S. J. in Japonia distributionem, earumque Superiores, pro anno 1600 sola memoria tenuisse difficile quis crederet. Neque, ex altera parte, facile intellectu est, cur Catalogum anni 1599, vel forsitan anni sequentis, si quem habuit, 'auctori suo' non transmisit! At, cum neque verba textũs P. Gabrielis de Matos, neque alia scripta, nos edoceant, quonam modo Elenchus iste factus sit, aut quibusnam fontibus innitatur, nobis judicio abstinendum censemus.

10. Quidquid sit de origine istius Elenchi: pretium ejus in eo est, quod ita inter Catalogos 1592/93 et 1603/04 aliquis Quasi-Catalogus Domorum S. J. in Japonia (cum earum Superioribus) pro anno 1600 interseritur.

---

41 « De algumas cousas que ainda se alembra o P.e Afonso de Lucena »: vid. supra Adnot. 35. — « Pontos do que me alembrar », Madrid, Arch. Hist. Nac., Jes., Leg. 271, nr. 59, 1: Vid. Doc. 31 A.

42 « Mandou a Go-inquio-sama, a molher de Josuy, de presente ao Padre, não me lembra se forão trinta barros de prata, se sincoenta » = f. 59.

43 E. g. de exilio Christianorum Hiradensium: « no anno de 1599, em Outubro ou Novembro » = f. 56v; de nominatione Viceprovincialis: « no fim do mez de Setembro, ou no principio d'Outubro » (1600) = f. 57; de professione P. Petri Pauli Navarro aliorumque cum illo: « no fim deste anno » (1600) = f. 57; de professione P. Matthaei de Couros et quorundam sociorum: « no fim deste anno » (1602) = f. 58.

44 Ut exempla afferam: omnes socios, qui cum eo (anno 1600) in Japoniam advenerunt, enumerat = f. 56v; diem, quo in nova ecclesia Arimana primum sacrum litatum est, indicat = f. 57v; item diem, quo magna pars civitatis Nagasaki incendio deleta est = f. 57v; Residentiarum fundatores pluries nominatim effert: ita Residentiarum Saigo (P. Johannes Rodríguez Giram) = f. 56; Kami-Gyō (P. Emmanuel Barreto) = f. 56; Fushimi (P. Hieronymus Rodríguez sen.) = f. 57v; Akizuki (P. Gabriel de Matos) = f. 59.

11. In istis Commentariis P. Gabrielis de Matos quatuor annuntiantur veluti supplementa:

a) De P. Petro Ramón.
b) De P. Johanne de Milão.
c(De (Kuroda) Soyemon ejusque familia.
d) De expulsione e regione Miyacensi.

Cum P. Gabriel de Matos in istis Adnotationibus historicis, post annum 1622 compositis, promittat se de quatuor ejusmodi punctis 'in particulari' [45], 'in folio separato' [46], dicturum: quaestio oritur, num complementa ista, sive statim sive postea, reapse redacta sint. Non enim de scriptis anterioribus agitur, si forsitan P. Gabriel de Matos in manibus quaedam habebat. Nam, ut exemplum afferam, de expulsione sociorum e regione Miyacensi hodiedum ipsius P. Gabrielis de Matos epistola exstat, die 31. Martii 1614 ad Praepositum Generalem data [47]. Atque de Kuroda Soyemon Michaele in Annuis Litteris Japoniae non semel sermo est: quae autem in eis narrantur, ex parte saltem in epistolis ejusdem P. de Matos fundata esse possunt. Sed cum supplementa illa (ut talia) jam non videantur exstare, num vere redacta sint, necne, ignoramus.

12. Cum Commentaria ista magna ex parte e memoria temporis diu transacti scripta sint, mirum non est, auctorem eorum aliquando errare. Pauca exempla id ostendant. P. Luís Niabara non anno 1619 [48], sed jam 1618 [49], e Macaensi portu in Japoniam rediens in mari interiit. — P. Petrus Paulus Navarro tresque alii, qui cum eo nominantur, non circa finem anni 1600 [50], sed die 10. Junii 1601 [51], ultima vota (professionem 4 votorum) emiserunt. — Quae exempla satis declarant, auctori non sine aliqua cautela fidem habendam esse: qui diligentiae quidem studet, sed aliquando memoriā decipitur.

---

45 « De Soyemon ... direi em particular »: f. 59v; « Do qual [P.e P. Ramón] direi em particular »: f. 59v; « Do qual [desterro do Miyaco] direi n'outro papel »: f. 59v; « De modo que direi em particular... »: f. 59v.

46 « n'outro papel »: cf. adnot. praecedentem.

47 Gabriel de Matos — Generali, Nagasaki, 21. Martii 1614, lus., Autogr., *J. 16 II* 56-57v.

48 Cf. textum P. Gabrielis de Matos: *J. 25* 56v.

49 Vid. supra, Adnot. 1.

50 Ut in textu: f. 57.

51 Documentum originale votorum P. Petri Pauli Navarro: in *J. 37* 9-10. Ibidem etiam vota P. Balthassaris de Torres, documentum originale, *J. 37* 16-17. Vota Patris García Garcés (documentum originale) in *Lus. 3* 23-23v. In eodem volumine vota (documentum originale) P. Johannis Rodríguez Tçuzu: *Lus. 3* 24-24v 27.

Textus

G. de Matos *J. 25,* 56-59v

†

Pera mor clareza das cousas que direi, appontarei logo as duas idades, nossa e de Japão, em que accontécerão.

Do anno de seiscentos. —

Idade de Japão: Queicho 5 [1]. Esta idade começou no anno de 1596 — e durou, vinte, até o anno de 615.

Visitador P.e Alexandre Valinhano [2]. — Não ouve Viceprovincial, porque morreo no princípio delle o P.e Pero Gómez [3].

+ Neste anno as Casas e Residências [4] que a Companhia tinha em Japão são as seguintes:

+ Collégio de Nagasaqui — E com elle o Seminário — Reitor do Collégio o P.e Diogo Mesquita — E Superior do Seminário o P.e João de Milão.

+ Deste Collégio saiyão alguns Padres a cultivar a christandade dos lugares vizinhos — O P.e Julio Piani tinha a sua conta Focame — O P.e Gaspar de Crasto Fucafori, Mongui e outras aldeas adjacentes, e também Uracami — O. P.e Rui Barreto Fimi, Conga, e Isafai.

5-6 *Add. in marg. dextero.* ‖ 7-8 *Vel hae duae lineae vel saltem linea 8 videntur postea additae, scriptis jam lineis 4 et 9* ‖ 15 Julio] *corr., vid. legendum* Jullio

---

[1] Keichō, anno 5o = 1600.

[2] Vid. opus nostrum *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan* I 1-2 (Roma 1951 et 1958). In vol. I, 1, pp. XXIX-LVI, *elenchum scriptorum ejus* (editorum et mss.) habes; in eodem vol. I, 1 pp. 36-46 *brevem ejus biographiam* invenis. — « Brevis Conspectus Biographicus P. Alexandri Valignano » exstat etiam in opere nostro *Introductio* pp. 45-61. — Ibidem, vita ejus et opera, veluti in summam redacta, in Indice, pp. 1023-1028. —

Die 5. Augusti 1598 in Japoniam tertio advenit, et usque ad diem 15. Januarii 1603 remansit.

[3] P. Petrus Gómez, a medio fere anno 1590 usque ad mortem, 21. Februarii 1600, Viceprovincialis Japoniae. De ejus morte: *Introductio* p. 180, cum fontibus. Ceterum vid. de eo: *Introductio* pp. 926-927; et opus nostrum *Biographiae* (in praepar.).

[4] Brevem historiam singularum Domorum S. J. in Japonia, s. 16. et 17., videas in opere nostro *Introductio* pp. 447-692.

+ Casa Reitoral no Xiqi — Reitor o P.e Mattheus de Couros, e ali estava a pintoria[5], e o Senhor Bispo Dom Luís Cerqueira[6] — As Residências sogeitas a esta casa erão: Saitçu, onde estava o P.e Baltazar Lopes o grande; Cutama, onde estava o P.e Rui Gómez; Conzura, onde estava o P.e Marcos Ferraro. —

No princípio deste anno ainda a Casa Reitoral estava em Cavachinoura — E dahi veo pera o Xiqui.

+ Casa Reitoral de Arima — Reitor o P.e Francisco Calderón — Residências sogeitas: Ariye, nella o P.e João Pomério, Italiano; Ximabara, nella o P.e Francisco Pires, Português: Saigo, nella o P.e João Rodríguez Girão, e o foi o que a começou; Chingiva, o P.e Gonçallo Rebello, Português; Cazzusa, nella o P.e Ambrósio de Barros.

+ Casa Reitoral de Fingo[7] — Em Uto o P.e Alonso González, Reitor — Residências sogeitas a ella: Em Yabe, a sombra de Yuqui Yafenji[8], o P.e António Cordeiro. Em Yatçuxiro, a sombra de

---

21 Saitçu] *add. in marg. dextero; in textu (lin. seq.) scriptum erat* Fondo *quod del.* | Cutama] *in textu* Cavachinoura *quod del.; dein add. sup. lin.* ou Cutama *quod etiam del.; tandem denuo sup. lin.* Cutama || 22-23 *Post* Rui Gomez *signum omissionis, et add. sup. lin.* Cutama, onde estava o P.e Gaspar Carvalho *totum del.* | Ferraro *corr.* || 24-25 *Add. in marg. sinistro* || 28 Português] *add. sup. lin.* || 32 de] *corr. ex alio verbo vel alia syllaba illeg.*

---

[5] De Seminario pictorum vide infra, *Doc. 39,* Adnot. 5 ad textum. —

[6] De Episcopo D. Luís Cerqueira vid. infra, *Doc. 39,* Adnot. 9 ad textum. Episcopus die 5. Augusti 1598 simul cum Visitatore P. Alexandro Valignano in Japoniam advenit: ubi post paucos dies de morte Episcopi Petri Martins (qui mense Febr. 1598 prope Malaccam in mari obiit: vid. *Introductio* 959) certior factus est. Primis mensibus in civitate Nagasaki degit; mense Martio 1599 cum Visitatore aliisque non paucis ad Domum Amacusanam (Kawachinoura) secessit: tum ut linguae japonicae studio se darent, tum ut inimicitias Gubernatoris Nagasakiensis Terazawa Shima-no-kami declinarent. Mense Augusto 1599, cum e Gokinai meliores nuntii allati essent, e Domo Kawachinoura ad commodiorem locum in portu Shiki (Amakusa), ex adverso regionis Takaku, se contulerunt. Unde Episcopus etiam die 28. Octobris 1599 et die 28 Februarii 1600 epistolas scribit. Sed eodem anno 1600 ad 'suam' civitatem (episcopalem) Nagasaki revertitur.

[7] Higo: nempe Domus in insula Kyūshū (distinctae a Domibus in insulis Amacusanis; quae insulae etiam ad provinciam Higo pertinebant); in feudo Konishi Yukinaga Augustini annis 1599 et 1600 70 000 homines fidem christianam susceperunt; neque 'exaggeratio' in hoc numero timenda est, ut quidam putavit, nam de baptizatorum numeris tunc e libris seu elenchis certo constabat. In feudo Augustini tunc quatuor Domūs Societatis erectae sunt: in locis Uto, Yatsushiro, Nozu, Yabe. Vid. *Introductio* pp. 546-548 (Adde ibi Res. in Nozu).

[8] Yuki Yaheiji Georgius: de hoc intrepido Christiano, qui arte militari excellebat, et tunc (anno 1600) in provincia Higo, sub Konishi Yukinaga

Mimasaca[9], o P.e João Bautista de Baeça — E o P.e Francisco Luís e tres Irmãos japões.

+ Em Vomura Casa Reitoral — Reitor o P.e Affonso de Lucena — Residências sogeitas: Susuta, nella o P.e Baltazar Lopes o pequeno; Cori, nella o P.e António Fernández; Sonongui, nella o P.e Manoel Borralho; Toquitçu, nella o P.e António Álvares, que tinha cuidado de Uchime.

35-36 E o P.e Francisco Luis e tres Irmãos japões] *vel totum hoc, ut videtur, vel saltem* e tres Irmãos japões *postea add., partim in marg. dextero* || 38 Susuta] *corr.* || 40-41 Toquitçu .... Uchime] *vel totum hoc, vel saltem* que tinha cuidado de Uchime *postea add.*

Augustino, feudum sat bonum (10 000 koku) possidebat, vid. in opere nostro *Introductio* p. 1035, praesertim textum adhibitum pp. 518-519.

9 Mimasaka Sakuyemon Didacus (Diogo) = Konishi Mimasaka-no-kami Sakuyemon Diogo: « Hum fidalgo christão, dos mais principais que tem Augustinho Tçunocami-dono, que tem muito boa renta & a superintendência de huma parte daquellas terras, chamado Diogo Sacuyemon. »: ita Al. Valignano ad Gen., e Japonia, 10. Oct. 1599, Orig., *J. 54* 81v. — « Yatçuxiro, la qual [fortaleza] tenía a su cargo Mimasaca, el criado más principal que Augustinho tenía. »: Valentim Carvalho ad Gen., Nagasaki, 25. Febr. 1601, Orig., *J. 54* 110. — « Diogo Mimasaca, o principal capitão de Agostinho. ... com ser tam valeroso e experimentado capitão que grande parte do nome e fama que Agostinho Tçunocami alcançou em muitas batalhas e encontros que asi em Japão como na Coria teve, foi pella prudência e esforço de Mimasaca ... »: Francisco Pasio, Nagasaki, 8. Martii 1604, *História do martírio de seis Japões que forão mortos polla nossa santa fé em Japão no Reyno de Fingo em Dezembro de 1603,* Orig., 1. via, *J. 54* 275v 276v.

De ejus reditu e bello Coreano, visitatione facta Episcopo, Visitatori, Viceprovinciali in civitate Nagasaki, receptione sacramenti Confirmationis: *J. 54* 81v-82 (vid. supra, in hac Adnot.). — De ejus apostolatu in Higo: ibid.; Gabriel de Matos, Annua, 1. Martii 1603, Orig.: *J. 54* 223-223v; Pasio, História do martírio de seis Japões; *J. 54* 275v-278: (vid. supra in hac. Adnot.). —

Post proelium in campo Sekigahara, cum ad feudum Konishi Augustini nuntius de ejus captura et morte allatus esset, Mimasaka, facta capitulatione, cum familia sua, quibusdam amicis e primoribus Augustini ministris, et plusquam 1 500 hominibus, 60 navigiis vecti, ad provinciam Satsuma secesserunt, ubi eis a principibus Shimazu terrae (6 000 koku) adsignatae sunt: *J. 54* 110-112: Valentim Carvalho ad Gen., Nagasaki, 25. Febr. 1601, Orig. —

In illo veluti exilio, anno 1602 piissime mortuus est: de ejus obitu P. Gabriel de Matos Litteris Annuis supra allegatis (1. Martii 1603) relationem intexuit: *J. 54* 223a-223av. Didacus morti proximus filium suum [Konishi Jacobe] [« que seria agora de dez años, poco más o menos », ib. 223a], ac totam familiam, ad fidei constantiam servandam ac christianam vitam gerendam cohortatus est; mulierem Elisabeth (Isabel) filiamque, ut ad civitatem Nagasaki transirent, rogavit; vasallos ad fidelitatem erga filium suum tenendam admonuit; denique, ut post mortem corpus suum in loco sacro in civitate Nagasakiensi sepelirent, disposuit. Unde ejus vasalli corpus ejus ad praedictum locum detulerunt; quod in Misercordia Nagasakiensi tumulatum est. (De anno mortis ejus etiam Pasio in supradicta *História do martírio de seis Japões*: *J. 54* 278v: « aonde na era de 602 faleceo. »).

+ Casa Reitoral do Miyaco — No Ximo-Guio[10]: Reitor o P.e Organtino Soldo, ministro o P.e Francisco Peres — Residências sogeitas: o Cami-Guio[11], nella o P.e Manoel Barreto, e foi o 1º que a começou. Em Vozaca o P.e Pero Morejón.

+ As Residências appartadas: Em Firoxima no princípio deste anno se começou esta Residência, e nella o P.e Celso.

+ Em Yamaguchi — Nella o P.e Pero Paulo.

+ Em Nacatçu, a sombra de Josui[12], o P.e Gregório de Céspedes.

+ Em Curume, a sombra de Fidecan[13] — O P.e Belchior de Moura. / 56v

---

[10] *Shimo-Gyō* = pars inferior urbis Miyako: intellige, quoad substantiam: illa pars, quae a Tertia via (Sanjō-dōri) ad meridiem sita erat. Cf. Yoshida Tōgo, *Dai Nihon chimei jisho,* vol. *Kamigata,* ed. cit., p. 4.

[11] *Kami-Gyō* = pars superior urbis Miyako: ea pars, quae, quoad substantiam, a Tertia via (Sanjō-dōri) ad septentrionem se extendebat. Cf. Yoshida (op. cit. in Adnot. 10), p. 34.

Fui hum anno Companheiro do P.e Provincial, e fui em Novembro de 613 pera o Cami por Reitor, donde nos desterrárão no princípio do anno de 1614 — do qual direi n'outro papel.

De modo que direi em particular:

do P.e Pero Ramón;
do P.e João de Milão;
de Soyemon, sua molher, e filho Safenji;
e do desterro do Miyaco.

Gabr. de Matos.

---

382 *Post* caminho *seq. syllaba: vel* in *vel* ia *vel* no, *del.* ‖ 393 fui] *vid. corr. ex foi* ‖ 394-395 Provincial] *add. sup. lin.* ‖ 397 dar] *seq. syllaba deleta, num* Arr ... ? ‖ 400 casa e] *seq.* de *del.* ‖ 403 de 613] *add. sup. lin.* ‖ 404 n'outro] [*in textu* noutro] *corr. initio*

---

[90] De Navi Nossa *Senhora da Graça,* die 6. Januarii 1610 in portu Nagasakiensi proelio impetita et tandem incendio deleta: vid. inter alia: Madrid, Bibliotheca R. Acad. Hist., *Cortes 566* ff. 97-116v: « Maço 17. Papeis sobre a Nao do Capitão André Pessoa ». cf. Schütte, *Cortes* 96-98. — C. R. Boxer, *The Affair of the « Madre de Deus »,* London 1929.

31 A

MEMORIAE HISTORICAE P. FRANCISCI PÍREZ S. J.

(*Pontos do que me alembrar*)

Introductio

1. Post notas historicas P. Gabrielis de Matos hoc loco Memorias P. Francisci Pírez S. J. proponimus, quae eodem fere tempore (1622/23) [1], eodemque in loco (in Collegio Macaensi) conscriptae sunt; et sicut illae, sic istae de Domibus et personis S. J. in Japonia (1583-1618) et in portu Macaensi (1581-1622, immo, inde ab anno 1562) plurima conferunt: quae aliquando vel ipsa forma Catalogos velut imitari videntur, de caetero Catalogorum lacunas saepe complent: ut eas idcirco optimo jure huic Catalogorum volumini inserendas censuerimus.

2. *Auctor* Memoriarum, P. Franciscus Pírez [2], ex oppido S. Fins, Archiepiscopatus Bracharensis, ortus, anno 1587 adolescens in Indiam profectus est. Cum die 10. Januarii 1619 ad Assistentem Lusitanum P. Nunium Mascarenhas Romae degentem scriberet, de ejus benevolentia gratias agens, ita ait: «Eu o [amor] tive e tenho a V. R. do anno de 78, que V. R. veo cum huns [Irmãos] Italianos à logea da procuradoria en Lisboa, sendo Procurador o Pe Sabino e o Ir. Pero Fernández. Eu era menino que naquele anno vim a India ...» [3]. De vita sua «ipse de se loquatur»: nam in istis Memoriis fere autobiographiam auctoris invenis. Nam die 13. Januarii 1579 in India Societatem ingressus, post biennium Novitiatus et vota emissa, die 28. Aprilis 1581 cum P. Petro Gómez [4] aliisque Goā profectus, die 24. Julii 1581 Macaum advenit. Cum eodem P. Petro Gómez ac sociis die 6. Julii 1582 iter japonicum arripuit; sed naufragio impediti, post sexcenta pericula demum die 4. Octobris 1582 Macaum redierunt [5]. Mense Juli 1583 iterum navim conscendentes, die 25. ejusdem mensis ad portum Nagasaki feliciter pervenerunt. Franciscus Pírez usque ad Octobrem 1595 in Japonia remansit,

---

1 Cf. prologum ad *Doc. 31*, nr. 5, et 8 (praesertin e-h). Cf. etiam editionem nostram P. Afonso de Lucena S. J., *Erinnerungen aus der Christenheit von Ōmura* (Roma 1972). Einleitung: 2. Der Ursprung der Ōmura-Chronik.

2 Vitam ejus in opere nostro *Biographiae* invenies (in praepar.).

3 Francisco Pírez ad P. N. Mascarenhas, Assistentem, Macao, 10. Jan. 1619, autogr., lus., *J. 17* 217 (217-218v). Cf. ejusdem epistolae aliam viam, autogr., lus. *J. 17* 216 (216-216v), minus perspicuam, quia illud 'que' (Eu era menino *que* naquele anno vim a India) omittitur.

4 De P. Petro Gómez vid. initium textūs hujus documenti. De ejus itinere e civitate Goa ad portum Macao habes relationem in *Doc. 19 A*.

5 De illo naufragio (1582) vid. textum hujus documenti, ff. 1v-2v. — Petrus Gómez ad Gen., Macao, 11. Dec. 1582, hisp. autogr., *J. 9 I* 108-109v. — Idem ad P. Petrum da Fonseca, Macao, 13. Dec. 1582, in *Cartas* (Évora 1598) *II* 82v-85v. Al. Sánchez, Relación Breve, *Arch d. Ind. 68 - I - 37*. Cf. Torres y Lanzas - Pastells, vol. II, pp. CLXII-CLXIII. — Frois II, Cap. 35, pp. 273-278.

partim studiis humanitatis, casuum conscientiae, Compendii theologici, partim officiis subministri et oeconomi deditus. Octobri 1595 ad recipiendos ordines sacros Macaum repetiit; unde die 14. Augusti, neopresbyter, cum Episcopo Petro Martins aliisque ad portum Nagasakiensem appulit; statimque ipse ad insulas Amacusanas transiit. Secundum *Memorias* P. Gabrielis de Matos (Doc 31), P. Franciscus Pírez anno 1600 in Residentia Shimabarensi degebat. Quod ipsius Patris Pírez verbis congruit: nam paulo plus quam duos annos se in Shimabara resedisse, antequam anno 1601 ad oppidum Saigo (Ṭakaku) mutaretur, ipse asserit. In Saigo usque ad Majum 1610 remansit; unde Domum Arimanam petiit; sed mense Junio 1612 cum ceteris sociis e feudo Arimano ejectus est. « Partímos em Junho pera Todos os Sanctos »[6]. Tandem Novembri 1614 cum tot aliis Patribus ac Fratribus in exilium Macaense profectus est. « Chegámos por dia de S. Gregório Taumaturgo »[7]. In Collegio Macaensi usque ad mortem, diem 26. Julii 1632, remansisse videtur. Cum in Japonia ageret, per sex annos, partim in Collegio Amacusano, partim in Domo Arimana, munere Ministri functus, Macai per quatuor annos Superior Seminarii Japonici fuit[8].

3. *De loco et tempore,* quibus suas *Memorias* composuit, ex ipso Documento satis constat. Et quidem *in Collegio Macaensi.* Sane, eum Memorias Macai ad finem perduxisse, vel ex eo certum est, quod a fine anni 1614 usque ad mortem in ea Domo vixerit. Neque vero ullo signo probari videtur auctorem istarum conscriptionem Memoriarum per annos protraxisse, vel etiam multo tempore interrupisse; id tantum ex ipso Documento statim apparet: auctorem, scripto jam textu, in margine multas notas adjecisse. Ceterum auctor jam ab initio Memoriarum, ubicumque de civitate vel Collegio Macaensi sermo est, verbo 'aqui' (« hic ») utitur, dum e contra, de Japonia loquens, verbum 'ahi' (« ibi ») adhibet vel locum certum aliquem in Japonia nominat: quo non obscure indicari videtur, totum Documentum, non partem tantum, in Domo Macaensi compositum esse.

Porro, *quo tempore Memoriae* istae redactae sunt? Narratio auctoris, quod Japoniam attinet, annos 1583-1618 comprehendit; sed annis 1615-1618 illi potius eventus recensentur, qui e portu Macaensi originem trahebant, ut profectio sociorum ex illa civitate in Japoniam. Sed fol. 4v, in ipso textu (non in Adnotatione in margine adjecta), etiam martyrii P. Sebastiani Kimura mentio fit: qui die 10. Septembris 1622 simul cum multis aliis in colle Nishizaka, Nagasakii, pro Christo vitam posuit. Quorum mors jam die 15. Decembris 1622 *Manilae* innotuerat[9]; die 15. Martii 1623 P. João Rodríguez Giram *Macai* amplissimam Relationem Martyrum Japoniae anni 1622 suo nomine signat[10] — Domum

---

[6] Vid. textum hujus documenti, fol. 6v, ad annum 1612.

[7] Vid. textum hujus documenti, fol. 7, ad annum 1614.

[8] Cf. Catalogos I. 1614-1623 = *Docc. 42-43 52 68 70 79B.*

[9] García Garcés, Manila, 15. Dec. 1622, Orig., hisp., 3a vía, *Arch. Prov. Tol. Leg. 1052* / nr. 49.

[10] João Rodríguez Giram, Ánnua de Iapam do anno de 1622, De Amacao, e de Março de 1623, Orig., lus., 1a via = *J. 60* 01-108v.

Macaensem quod spectat, auctor in elencho Superiorum Macaensium, sua manu in fine Memoriis istis adjecto, ab ipsis initiis (1562/63) progrediens usque ad tempus Rectoris P. Emmanuelis López pervenit, qui a die 20. Novembris anni 1622 Collegium regere coepit[11], munusque illud, quamvis diu absens in India, usque ad mortem, qua die 16. Octobris 1627 Macai e vivis sublatus est, retinuit[12].

Unde sequitur auctoris narrationem ad finem perductam non esse, antequam e Japonia nuntius de martyrio Nagasakiensi (diei 10. Septembris 1622) Macaum allatus est; neque prius quam P. Emmanuel López officium Rectoris Macaensis suscepit. — In Prologo ad *Doc. 31*, et in introductione ad editionem *Memoriarum P. Alphonsi de Lucena*, quam nuperrime paravimus[13], id etiam ostendimus: et P. Gabrielis de Matos, et P. Francisci Pírez, et P. Alphonsi de Lucena Memorias, uno eodemque fere tempore in Collegio Macaensi factas, historiographo alicui Provinciae Japonicae, quem P. Sebastianum Vieira fuisse illis locis arguimus, debuisse servire; debuisse, dicimus: sed P. Sebastianus Vieira Decembri 1623 in Congregatione Provinciali Japonica, Macai habita, Procurator mittendus Romam electus et Februario 1624 profectus est[14]. Qui cum itinere Romano ab opera historica ei demandata prohiberetur, etiam PP. Matos et Pírez a prosequendis Memoriis cessasse videntur; nam P. Alphonsus de Lucena die 14. Junii 1623 in Collegio Macaensi obierat[15].

4. *De fontibus auctoris* quid? Tota narratio ut *e memoria auctoris* scaturiens proponitur. Neque dubium esse potest auctorem plurima e propria memoria hausisse: eventus, quibus ipse interfuit, loca quae adivit, personas, quas obviam habuit. — Num praeterea alios fontes adhibuit? *Ipse quidem fontes non nominat ullos*. Sed dubitandi ratio inde oritur, quia eventuum, quos narrat, non recentium tantum, sed eorum quoque, qui ante multos annos acciderant, adjuncta sive temporis, sive loci, sive personarum, saepe tam accurate declarat, ut ea usque adeo sola memoria vix potuisse tenere videatur: navium, nauarchorum, sociorum per singulos annos adventum, et profectionem; ultimorum votorum Patrum Fratrumque dies; causas nexusque rerum olim gestarum. Simul tamen fatendum, auctorem in narrandis rebus aliquando ancipitem haerere, ejusque verbis tunc incerti aliquid, vel dubii, inesse. Qua de causa, argumentum certum hac in re proponi vix potest.

Sane, in Collegio Macaensi simul cum auctore tunc multi Patres Fratresque vivebant, qui res in Japonia gestas optime sciebant, quia per plurimos annos, sicut ipse Pater Pírez, in illa Missione degerant: cum quibus, sine dubio, saepe saepius eventus praeteritos in memoriam revocabat, ea quae ipsi meminissent, cum iis, quae ipse recordabatur, comparans. — Sed praeter ea, quae ab illis *ore tenus* sciscitare poterat,

---

11 Ajuda, *49-IV-66* f. 47v.

12 AHU *cod. 1659*, fol. 103, in Libro Defunctorum in ecclesia Macaensi S. J. sepultorum.

13 Prodiit Romae, apud Instit. Hist. S. J., anno 1972.

14 Cf. supra, Adnot. 1 ad praesens documentum.

15 AHU, *cod. 1659*, fol. 102v, in Libro Defunctorum in ecclesia Macaensi S. J. sepultorum.

forsitan scriptas quoque notas historicas prae manibus habebat, sive proprias, sive alienas, ut elenchos navium, Catalogos Breves et Domorum, aliasque. — P. Franciscum Pírez notas historicas P. Gabrielis de Matos adhibuisse, vel e contra P. Gabrielem de Matos Memorias istas P. Francisci Pírez, probari *non* videtur: sane, si inter se comparantur, praesertim in methodo scribendi, similitudines non desunt. Sed uterque ea narrat, quae sibi, usu et experientia, propria fuerunt.

5. Manuscriptum autographum Memoriarum P. Francisci Pírez nunc in Archivo Historico Nationali Matritensi exstat: in sectione *Jesuitas, Legajos: Leg. 271,* nr. 59/1. Quod inter ea manuscripta invenitur, quae olim Archivum Provinciae Japonicae in Collegio Macaensi constituebant. Cum quibus anno 1761 Manilam translatum, anno 1773 Matritum missum est. Quorum manuscriptorum historiam in volumine *El « Archivo del Japón »* [16] accurate descripsimus. Quod etiam simul cum ceteris mss. Archivi Macaensis medio fere saeculo XVIII. Macai transcriptum, postea Manilae cum originali breviter collatum est: unde variae notae, quae hodiedum tam fol. 1 quam fol. 7v documenti originalis leguntur:
f. 1: « Cax, n. 30, Leg. 7, n° (jam non legitur numerus) » / « Copiado t. 6, anno 1579, f. 9 a 21 » / « Quaderno 4 (34?) ».
f. 7v: « Nota. Está copiado al tomo 6, de Varias noticias de Macao, a página nueve hasta veinte y una ».

6. Notae istae directe ad apographum in Archivo Macaensi olim conservatum, deinde simul cum documentis originalibus Manilam missum se referunt: *bina enim exempla* medio saeculo XVIII. Macai confecta sunt; quorum unum fere statim Ulyssiponem expeditum, alterum in Collegio Macaensi conservatum est. Sed *duae series* istae *ordine documentorum transcriptorum fere eaedem* erant, numeratione autem foliorum inter se discrepabant. Series olim Ulyssiponem missa nunc maxima ex parte in Bibliotheca 'Ajuda' Ulyssipone invenitur; series autem olim in Collegio Macaensi simul cum documentis originalibus custodita, dein Manilam missa, ad quam directe notae illae se referunt, disapparuit.

7. Volumen Bibliothecae 'Ajuda', in quo Memoriae P. Francisci Pírez transcriptae sunt, ad seriem 'Jesuítas na Ásia' pertinet: *vol. 49-V-3*, ff. 2-17v, 18-21v. In cujus voluminis initio manu Fr. Johannis Álvares haec verba leguntur:

« Livro de várias notícias tresladadas de vários papeis que se conservão na Secretaria da Província de Japão, do Collégio da Madre de Deos da Companhia de Jesus da Cidade de Macao, aos 5 de Setembro de 1746.

João Álvares »

Ac deinde:

« Este Livro o mando pera a Procuratura da Província de Japão em Lisboa neste Janeiro d[e] 1747 na Nao S. Pedro e S. João. Não sahirá della, se for necessário algum treslado sahir.

João Álvares »

---

[16] Volumen illud *El « Archivo del Japón »* in I. Parte efformationem Arch. Japonici, binam transcriptionem saeculi XVIII., translationem ad civitatem Manilam (Inventarium 4 arcarum Archivi), confiscationem, transmissionem ad Hispaniae metropolim describit.

8. Quamvis, ut diximus, notae Manilenses, in documento originali scriptae, non ad istud transumptum, sed ad aliud nunc deperditum directe referantur, cum utraque series exemplorum eadem ratione et eodem tempore confecta sit, *etiam exemplum, quod nunc in Bibliotheca 'Ajuda' exstat, ab originali nunc Matritensi transcriptum* esse certum est. Quapropter, in edendo documento autographo, exempli in Bibliotheca « Ajuda » conservati, utpote ab illo immediata transcriptione orti, vix rationem habendam esse censebamus.

9. Sed nova indagine facta sententiam mutavimus. — Et primum quidem, margines foliorum documenti originalis aliquando ita laesi sunt, ut pars verborum exciderit. Auctor enim in margine documenti autographi plurimas notas adjecit; quas amanuensis saeculi XVIII. non in margine scripsit, sed ipsi textui inseruit, aliquando loco opportuno, aliquando vero loco minus apto. Verba autem, quae in marginibus documenti autographi exciderunt, e textu amanuensis saeculi XVIII. facile supplentur.

10. Deinde vero, in exemplo, quod in Bibliotheca 'Ajuda' exstat, post integrum textum saeculo XVIII. transsriptum, qui documento originali correspondet, prout nunc Matriti legitur, *octo paginae (ff. 18-19v, 20-21v) adjunctae* sunt, quae ejusdem auctoris sunt et ad idem opus pertinent. Folia 18-19v iterum annos 1582-1587 comprehendunt; sub proprio titulo aliquid de initiis Domus Shikiensis (Amakusa) subjicitur. Folia 20-21v sub titulo *Pontos do que me lembra a cerca deste Collégio* iterum de Superioribus Domũs Macaensis S. J. ab initiis usque ad decimum octavum, P. Emmanuelem López, agunt. Postea denuo exordium Memoriarum, fere sicut in documento autographo, sequitur, omissis tamen iis, quae in margine textus originalis adjecta leguntur, ac mutatis saepenumero non tam rebus quam verbis.

Quid folia ista adjuncta indicant? Cum *medio fere saeculo XVIII.* documenta haec in Collegio Macaensi transcriberentur, praeter textum autographum nunc Matritensem aliqua folia exstabant, quae ejusdem P. Francisci Pírez (ut videtur) manu exarata *partes* Memoriarum continebant; sed *tunc* de singulis dumtaxat foliis, non de integro aliquo exemplari (praeter documentum originale nunc Matritense) agebatur. — Numquidnam auctor ipse saeculo XVII. duo exemplaria integra suarum Memoriarum conscripsit, an aliqua tantum folia, forma paulo mutata, iterum exaravit? An, e contra, folia ista componendo textui Memoriarum praeludebant?

Sane, considerantes textum autographum, auctorem velut in ipso opere componendi Memorias deprehendimus, dum multoties textum jam scriptum corrigit, dum in margine notas easque non breves adjicit. Amanuensis autem, qui saeculo XVIII. documentum originale transcripsit, aliquando ipso manuscripto originali in errorem ductus est. Pluries enim notas in margine adjectas falso loco in textum inserit. Quod praesertim sequenti exemplo apparet. Nam auctor, dum de Macaensi Domo tractare incipit, paginae titulum praefigens scripsit: *Os Superiores de Macao.* Ubi in margine notam sat amplam addit, quae, *sub* dicto titulo, seu inter titulum et initium textus, paginam a parte sinistra ad partem dexteram

percurrit. Qua de causa deceptus, amanuensis saeculi XVIII. a nota in margine addita incipit, ac supradictum titulum loco omnino inepto huic notae inserit. In foliis adjectis, loco tituli supradicti, nunc legitur alius: *Pontos de que me lembrar a cerca deste Collégio.*

Sed notandum est, aliquando textum foliorum adjunctorum vel ipso textu autographo Memoriarum meliorem esse. Nam in ultimo folio documenti autographi, quod de Domo Macaensi agit, auctor sic ait: « O primeiro (Superior) foi o P.e Francisco Pérez, como se veo hum Português o anno de 64 e o P.e Luís de cinco ». Ita etiam amanuensis in apographo Memoriarum. Sed in folio adjuncto[17] verus textus apparet: « O primeiro foi o P.e Francisco Pérez, *como se vê / por huma que de Japão lhe escreveo / hum Português o anno de 64, e o P.e Luis / Fróes / o de cinco ».*

Ipse auctor eo loco inadvertenter textum mutilum ponit: quod indicio esse posset eum alium textum prae manibus habuisse. Quem sua manus transscribens verba aliqua omisit.

11. Nos textum autographum Memoriarum P. Francisci Pírez edimus, ratione habita foliorum adjunctorum, quae in sola transcriptione, Ulyssipone nunc custodita, exstant.

Textus autographus

Jes. Leg. 271, nr. 59/1

PONTOS DO QUE ME ALEMBRAR

O anno de 79 mandou o Nosso P.e Geral Everardo[1]
ao P.e Pero Gómez +

In marg. 1

\+ o qual Pero Gómez[2] [veo a Portugal]
de Alcalá, leo hum [curso a Coimbra],
e despois leo [theologia. Depois]
foi com outros [Padres fundar o Collé-]

---

2 Nosso P.e *seq.* Claudio ge del. || 4-11 *Verba in parenthesi in margine manuscripti autographi exciderunt: ea nos ex exemplo in Bibl. Ajuda supplemus*

---

[17] Ajuda *49-V-3*, fol. 20.

[1] Everardus Mercurian, Praepositus Generalis S. J., electus in III. Congr. Gen., die 23. Aprilis 1573, mortuus die 1. Augusti 1580.

[2] Vitam P. Petri Gómez vid. in opere nostro *Biographiae* (in praepar.). — Praeterea: J. Fr. Schütte S. J., *Drei Unterrichtsbücher für japanische Jesuitenprediger aus dem XVI. Jahrhundert*, AHSI (Roma 1939) pp. 223-256: ib. II. Der Verfasser (P. Petrus Gómez), pp. 235-242. — Ant. Franco, *Imagem da Vertude em o Noviciado ... de Coimbra* (Coimbra 1719) II pp. 523-541.

gio na Ilha Terce[ira e lá andou] pregando alguns oito [annos athé] o fin do anno de 78 que[o Padre Provincial] lhe mandou que visitase aquell[e Collé]gio e se viese pera Portugal e, se lhe fizessem dificuldade, disese tinha papeis de importância que comunicar com o P.e Provincial. Fê-llo assi, mas a cidade o tomou ao embarcar e o tornou ao Collégio. O Reitor, que então hera, estava unido com a cidade. Estando o Padre en grande pena, polo escrúpulo de não obedecer, se veo a elle huma molher santa e lhe disse que entregasse o negócio ao Reitor e se lançase de fora. O Reitor antão se achou obrigado, e como a cidade se temia do Reitor, foi facil fazêllo embarcar.

Foi pera pregar en Évora, e o P.e Luís Alvres em Lisboa; mas, por Luís Alvres se achar mal em Lisboa, tornou pera Évora, [e] o Padre pregou en Lisboa até se emba[rcar] pera a Índia em Abril de 79[3].

---

pera Japão pera ser Reitor de hum Collégio que mandava fazer im Bungo[4], pera recolhimento dos Nossos. Chegou a Goa o mesmo anno em Setembro. Fez a primeira pregação dia das Virgins[5]; e logo o Advento [e] Quaresma, con tanto fruito que vinha muita gente de várias partes a Goa só a ouvir suas pregaçõis. Polo que logo ouve comua murmuração dizendo hera perdido hum Padre de tantas partes in Japão, e assi desejavão todos de o impedir. Sobreveo-lhe huma doença de fivres antes de se embarcar aquele ano, polo que o mandou o P.e Provincial ao Norte, assi pera recuperar as primeiras forças como pera conservar lá milhor a saúde, por ser elle muito calido [cahído?] e não se achar bem en Goa, até ter reposta de Nosso Padre, a quem pedia toda a Índia o não mandase Sua Paternidade a Japão.

Esteve no Norte até o fim do anno de 80, que tornou pera Goa melhorado na saúde; mas tornando-se a sintir mal, obrigou o médico da Casa de S. Paulo ao P. Provincial a o mandar de Goa. E posto que a Cidade, Misericórdia e Vice-Rey lhe puserão muito impedimento, o Padre, propondo sua indisposição, alcançou li-

---

10 oi *seq.* anno *corr. in* fin *postea del.;* fim *sup. lin.* do *corr.; seq.* anno de 78 *que* || 19 se] *in ms. seq.* não *quod videtur supprimendum* || 21 Foi *antea* P. || 36 se *sup. lin.*

---

[3] J. Wicki S. J. *Jesuiten-Indienfahrer* p. 276 347.

[4] De Collegii Funaiensis erectione vid. *Introductio* pp. 555 694.

[5] Die 21. Octobris 1579.

cença do Governador Fernão Téllez[6], que, posto que muito sintia sua partida, o não quis desconsolar. —

Partímos[7] de Goa na Nao de Don João d'Almeida, elle e o P.e Diogo Pinto pera Malaca, e eu e o P.e Pedro Gómez pera Japão, anno de 81, a 28 de Abril, pouco tempo depois de fazer os votos; porque entrei na Companhia a 13 de Janeiro de 79[8]. Chegámos a Malaca em 28 dias[9]. Ali visitou o Padre a Casa, e depois de consolar aos de fora e de casa com suas práticas e pregaçōis[10], nos embarcámos pera Macao. E em lugar do P.e Diogo Pinto que ficou em Malaca, se embarcou Francisco de Chaves, pera aqui ser mestre de latin e escola. Chegámos véspora de S. Tiago[11] de 81.

Achámos aqui recolhido ao P.e Patriarca D. Belchior Carneiro[12] com grande edificação de pobreza e humildade: soo tinha hum moço Jao que o servia e acompanhava quando hia fora. Tinha mais hum moço velho que lhe servia de lhe levar hum sombreiro de pee, quando hia [a] alguma visita, e lhe cozia hum frango às vezes requentado de dous dias, por não poder comer por ser muito doente de asma. Muitas pessoas devotas se lhe oferecião a lhe fazerem de comer em suas casas, mas de ninguém o quis aceitar. Huma vez, hum homem bem rico, por nome Duarte Rodríguez, lhe trouxe cincoenta taeis, dizem ser pera sua mesa; os não quis aceitar, dizendo tinha o necesário. O seu cubículo hera o dum

---

50 a casa *sup. lin.* ‖ 53 se embarcou *sup. lin.* ‖ 64 dizem *seq.* que *del.;* ser *sup. lin.*

---

6 F. FERREIRA MARTINS, *Os Vice-Reis da India 1505-1917*, Lisboa 1935, pp. 93-94: Fernão Teles de Meneses (Conde de Vila Maior), 16º Governador (1581).

7 Hoc loco auctor noster narrationem eorum, quibus ipse interfuit, incipit.

8 P. Franciscus Pírez in Lusitania natus, anno 1578 adolescens in Indiam profectus est: vid. prologum ad hoc Doc., sub nr. 2. In India post aliquos menses in Ordinem receptus est.

9 De illo itinere Goa-Macaum vid. etiam *Doc. 19A*: in quo P. Petrus Gómez se ac socios post 27 dies Malaccam advenisse dicit.

10 Cf. Doc. 19 A.

11 24. Julii 1581. Cf.: P. Petrus Gómez: « En Malaca estuvimos 20 días ... Partimos de Malaca para la China ..., en 37 días llegámos a esta ciudad de Macao ... »: vid. *Doc. 19 A*.

12 D. Belchior Carneiro, Coadjutor cum jure successionis Patriarchae Aethiopiae D. Andreae de Oviedo, medio fere anno 1568 Macaum venit, ubi die 19. Augusti 1583 piissime obiit. Documenta quaedam praecipua de ejus translatione ad Sinas (Macaum), ac de ejus resignatione, de erectione episcopatus Macaensis (23. Jan. 1576), de designatione Episcopi Macaensis (D. Didaci Núnez Figueira, qui ante consecrationem renuntiavit, et D. Leonardi de Sá), et de adventu D. Leonardi Macaum: vid. opus nostrum *Die Wirksamkeit der Päpste für Japan im ersten Jahrhundert der japanischen Kirchengeschichte (1549-1650)* p. 17. — Vitam ejus in nostro opere *Biographiae* (in praepar.) invenies.

Padre particular sem outra cousa mais que sua roupa de que usava, o mais como qualquer Padre, porque de tudo se desfez. A livraria pôs na livraria comua. Faleceo en Agosto [*numerus anni in textu saepius correctus, in margine vero*:] / 83 aos 9 de Agosto [13] / de su'asma; porque, como não comia, não teve força pera lançar hum escarro que se lhe atravesou na garganta.

In marg. f. 1
Deixou pera o Seminário as casas de Estévão Jorge com aquellas boticas e outras aqui na praya abaixo de S. António, y as aqui tinha dado mais de hum anno antes que morresse, ou 2 anos. Hera tido por hum santo. Soo ouví murmurar delle porque renunciara, polo acharem menos no governo.

Achámos aqui mais ao P.e Domingos Alvres por Reitor, homem sancto e tido por tal de todos. Achámos mais ao P.e Fernam Martinz, confessor e perfeito da igreja, e o P.e André Pinto, Procurador de Japão. Estava mais o Ir. António Paes, mestre da escola, já de dias, que tinha vindo com os primeiros Padres, muito amado de todos por sua muita virtude e boa condição. Morreo aqui o anno de 86 [*Etiam in marg.*: 86]

Achámos aqui mais ao P.e Miguel Rogério [14] da Missão da China, Napolitano; tinha sido Ouvidor em Nápoles, e porque D. João d'Austria mandou emforcar em Nápoles a hum Ouvidor seu companheiro por prender a hum homiziado, non obstante ter D. João dado perdão a todo o homiziado que se quisesse achar na batalha naval, o Padre com este exemplo cortado, deixou o mundo, entrou na Companhia, onde estudou teologia; alcançou-lhe o P.e Everardo despensação da iregularidade da justiça. Veo dizer missa nova a S. Roque, e o P.e Francisco Pásio com outros 4, que pera a Índia vierão, o anno de 78. O mesmo anno [1v] en Novembro, ou Dezembro do mesmo anno de 78, o mandou o P.e Rui Vicente

66 de que usava] de *del. et iterum sup. lin.* ‖ 74 y as aqui *le. prob.*; aqui *sup. lin.*; *Aj.* e as que ‖ 79 e tido por tal de todos *sup. lin.* ‖ 86 Ouvidor *corr.* ‖ 88 homiziado *corr.* e

[13] Dom Melchior Carneiro, teste P. Laurentio Mexia, die 19. Augusti 1583 Macai mortuus est: P. Laur. Mexia — P. Emmanuel Rodríguez, Macao, 28. Jan. 1584, lus., *J. 9 II* 262v (261-262v); cf. id. ad Gen., Macao, eodem die, hisp., *J. 9 II* 259 (259-260v).

[14] De P. Michaele Ruggieri vid. Pasquale M. D'Elia S. J., *Fonti Ricciane vol. I* (Roma 1942) pp. XCVII-C, et saepe in textu Ricciano a P. D'Elia edito: vid. III (Roma 1949), in Indice, pp. 247-248.

pera a Costa do Malavar com o P.e Niculao Espínula, mas pedimdo o P.e Visitador Alexandre daqui ao P.e Provincial hum Padre pera aprender a língoa china, o Provincial o mandou pera isso embarcar en Cochim na Nao de D. Miguel da Gama, anno de 79.

Logo aqui com esmolas que lhe derão os Portugueses fez huma Casa de catecúmenos, onde depois se fez a sala do Senhor Bispo, e o corridor do P.e Ministro. Fez logo hum Cathecismo que lhe fez en letra china hum letrado cristão que aqui fez, o qual, tendo esperança de num exame alcançar grao, permitio Deus (parece que pera lhe dar o de cristão) que o não alcançasse; do que a molher desesperada se enforcou; e elle, envergonhado, deixando a casa se encontrou com o Padre, que o recebeo beninamente. Esteve por mestre alguns annos. Mandou o Padre emprimir o Cathecismo en letra sínica que logo foi espalhado pola China; à fama do qual vinhão muitos ter com o Padre, quando hia com os Portugueses a Cantão. Eu fui huma feira[15] com elle; deu-lhe o Aitão huma casinha com hum páteo no campo dos Siames, onde estivemos dous meses que durou a feira. Aqui dizia missa aos Portugueses. Gastava o tempo em aprender a língoa e letra sínica, e satisfazer as dúvidas dos letrados que lhe vinhão por movidos do Cathecismo. Andava buscando modo pera ficar lá huma vez de asento, mas não foi por então posível. Tornou o Dezembro de 81 com os Portugueses [para Macao *in marg.*].

Entrou o anno de 82, en que foi necesário cubrir nossa igreja de telha, porque hera de palha, e punha-se fogo às casas pera furtarem. Acudio a cidade com muitos moços, e se deu tal diligência que em pouco tempo se acabou e forrou de madeira.

In marg. 1v

Cobre-se a igre[ja] da Madre de Deus de Macao de telha a primeira vez, anno de 82, por ordem do P.e Pero Gómez; tinha [sido] feita de taipa o anno de 73 por Dom António de Vilhena, sendo Visitador o P.e Gonçalo Alvres que com elle morreo[16].

---

99 79 *del., et iterum* 79 || 102 Cathecismo *ms. Cathecismos, sed* s *in fine del.* || 120 fogo *corr.* || 125 tinha [sido] *in ms.* sido *deest, sed videtur addendum*

[15] Huma feira; P. Franciscus Pírez, die 24. Julii 1581 Macaum advectus, eodem anno 1581 P. Michaelem Ruggieri ad civitatem Kanton comitatus est.

[16] Vid. infra, Adnot. 214.

O Março de 82 veo de Japão na Nao de Ignátio de Lima o P.e Visitador Alexandre Valignano[17], trouxe comsigo o P.e Mexia, seu Companheiro, e os Irmãos Diogo de Mesquita, Álvaro Dias e Christóvão Moreira pera se ordenarem. Ordenou-os o P.e Patriarca. Trouxe mais ao Ir. Jorge, Japão, com mais 4 Fidalgos pera hirem a Roma[18]. Este mesmo anno en Junho veo aqui de Manilha por via de Cantão o P.e Alonso Sánchez, Espanhol, com negócios a esta Cidade[19]. O qual partio no junco grande pera Japão com o P.e Pero Gómez, o P.e Álvaro Dias, Cristóvão Moreira e eu; porque Diogo de Mesqita ficou por mestre dos 4 pera hir a Roma. Partimos pera Japão en Julho, e com bom vento deu o junco à costa huma segunda-feira ao romper d'alva. E como estava a maré chea d'agoas vivas, e o vento hera esperto, ainda que alijárão muito fato e cortárão o masto, não foi possível sair, antes com as pancadas se abrio e emcheo d'agoa ao junco, en que se perdeo todo o fato[20].

De como desenbarcámos na Ilha Formosa,
e do que pasou até tornarmos a Macao.

Como a gente vio que o junco dava tan grandes pancadas, temérão os homens que se desfizesse o junco, e que a madeira matase a gente. Polo que da madeira, dos hilos e velas fizerão duas jangadas. Numa se meteo o P.e Cristóvão Moreira * com huma cabeça das onze mil Virgens, e chegou a terra quasi morto da muita agoa que bebeo. Porque as ondas viravão a jangada e o levou às vezes debaixo d'agoa, e por isso ficou sempre doente e achacosso.

---

* *In marg 1v*
com a mayor parte dos Japões que no junco hião: o principal delles era Moro João.

---

128 na *corr. ex* Nao || 146 Como *antea* Tanto *del.* || 152 d'agoa *add. sup. lin.* || 155 delles *add. sup. lin.* | era *seq.* Don João de Firando e *del.*

[17] Visitator P. Alexander Valignano die 9. Martii 1582, a prima visitatione Japonica redux, Macaum appulit: vid. opud nostrum *Introductio* p. 1025.

[18] Vid. infra, Adnot. 90.

[19] P. Pablo Pastells S. J., *Historia General de Filipinas,* vol. II, Cap. X: pp. CXLVI-CLXIII.

[20] De illo naufragio (1582) vid. Prologum ad hoc Doc., Adnot. 5, ubi fontes indicantur.

Na champana se meteo o Capitão André Feyo com alguns homens, e os Padres Pedro Gómez, Alonso Sánchez, Álvaro Dias e eu. E como a maré jà vazava, chegámos a terra com muito trabalho, pola costa de areal e os mares grosos. E seria das dez pera as onze do dia. A gente da terra que morava no mato, logo acudio à praya a tomar o fato que se tinha alijado; homens e molheres trazião arcos e frechas. Hum moço, casta Lução, que de Manilha trouxe o P.e Alonso, se entendeo com hum daquelles bárbaros e se foi com elles a sua aldea. Os Nossos, despois de juntos, corérão a praya e achárão hum Português morto com hum calix nosso amarado na cinta que por sua devoção levou. A mais gente se ajuntou, e muitos errão de parecer fóssemos buscar povoado. Os mais prevalecérão que ali estivésemos, tirando os mantimentos até ver o que a terra dava de si. Forão ao junco, aonde inda estavão alguns moços e en/2/trárão nelle a pee enxuto de maré vazia.

In marg. 1^v

Estes bárbaros, a que cha[má]rão Cateos (porque usavão muito desta palavra), dise o moço que lá foi, que comeo arroz que lhe derão e carne de veado crua salgada.

A gente se repartio huma parte pera vigiar e fazer as palhotas, outra parte pera hir tirar o fato do junco; e por derradeiro todos asentárão que quem quisese lavar a seda que estava pola praya, lhe davão a metade /marg. 2/ despois, [em nome] da armação. Ou[ve homens] que trabalhárão m[uito em a tirar] debaixo da area, e [a levavão] longe às costas, pera a la[varem] do sal e enxugarem. Lavárão alguns trezentas a quinhentas madeixas. Não se pode embarcar nenhuma mais que por aderência dous fardinhos pera o Tucão [! Tutão?] Puserão-lhe fogo quando virão que a não podião embarcar, mas despois soubemos o apagárão os bárbaros e a vendérão aos Chinas.

---

158 terra *seq.* que hera *sup. lin., del.;* tudo area *in textu, del.* || 159 costa *seq.* ser brava *del.* || 160 do dia *add. sup. lin.* || 161 molheres *seq.* velhas *vel* velhos *del.* || 170 entrarão *ita in fine fol.* 1^v; *initio fol. 2 denuo* trarão *del. et iterum* trarão || 171 cha[má]rão *ms.: charão* || 177 a metade *repet. in fol.* 2 || 178-182 *verba parentesi* [ ] *inclusa in originali in margine, exciderunt; nos ea ex exemplo Aj supplemus* || 183 alguns *seq.* dozentas *del., et* trezentas *sup. lin.* || 185 fardinhos *seq.* emb - *del.*

Tirárão primeiro os mantimentos e puserão tudo em comunidade, particularmente o arroz de Bengala que a molher do Capitão mandava aos marinheiros, que, ainda que se molhou, como hera cozido nos deu a vida. Os que ficavão en terra guardando o fato, cortárão palha e com a madeira das jangadas fizerão hum bangaçal comprido. Ao dia seguinte depois de darmos à costa, tornou o moço que fora com os bárbaros e com elle alguns satinta homens armados à ligeira, repartidos en dous terços. Saírão alguns dos nossos armados. Recebérão-nos amigàvelmente: mostrárão-lhes as espingardas, atirárão a hum pao novo são que lhes mostrárão, e despois pasado con o pilouro. O que vendo elles, amedorentados se tornárão, pondo o dedo na boca, e nós fomos mais livremente correndo com nossa fábrica de choupanas e tirar o fato do junco pera verem se tinha algum remédio. Mas logo ficámos desenganados porque, o junco despejado, veo huma tormenta que o fez em pedaços.

Despois do junco desfeito, veo a madeira à praya trazida das ondas. O lugar onde estávamos era d'areal escalvado, não tínhamos ali ágoa senão de huma pequena lágoa. Andando alguns homens correndo a terra junto ao mar, derão com huma ribeira que ao entrar no mar fazia huma baiazinha que, com maré chea de mar bonança, podia sair huma soma pequena. Pareceo este lugar cómodo pera da madeira do junco fazermos huma embarcação. E assi nos mudámos pera lá com todo o fato, e a madeira levárão polo mar à toa.

O Padre Pedro Gómez hera dos primeiros que hia pola ágo[a] en calçóis brancos puxando sua corda. Aqui tornámos armar as choupanas: arvorámos huma fermosa cruz, fizemos huma casinha cuberta de palha que servia de igreja, onde se pôs hum altar. Quis Deos que se achou entre os ornamentos que levávamos hum binto[21], achou-se tambem hum boião de farinha; e porque não avia ferros d'óstias, com duas bácias fizemos huma maneira de hóstias, que pera nossa consolação avia cada dia 4 missas. Junto desta capella, ao pé da cruz, determinárão os Padres de me enterrar, cuidando morria de humas fevres que tive, de que não pude

---

190 Bengala que *seq.* Don *del.* || Capitão *seq.* embarcou *del.* || 194 comprido *seq.* com repartimentos *del.* | depois *seq.* que *del.* || 206 d'areal] areal *sup. lin.; in textu:* d- *verbum nunc illeg., del.* || 209 baiazinha *ms.* baizinha, *postea* a *add. sup. lin.* || 219 hum *seq.* todo *del* || 220 maneira de *seq.* os *del.*

---

21 Verbum in textu autographo scriptum est *binto* vel *bint°*, quod amanuensis saeculi XVIII., in transsumpto, quod nunc in Bibliotheca Ajuda exstat (Ajuda *49-V-3*, fol. 5), *bento* legit. Cujusnam linguae? Lusitanae? Japonicae? Sensus e contextu vel unum ex indumentis sacris (*bentinho?*), vel potius vas vino plenum (*bin?*) vel mensuram quandam vini (*pinta?*) significare videtur. (Verbum japonicum bentō, sensu hodierno, contextu excludi videtur).

convalescer por causa do mantimento, que hera hum pequeno de caldo de tocinho ou d'algum marisco. Aqui nos visitavão os bárbaros e nos matárão de noite dous homens gentios e ferião outros. Nós tãobém lhes matámos 1 ou dous, com que nos deixárão viver mais quietos.

A terra desta parte donde demos, dizião que dista da banda da China dizoito légoas; hé terra de pedregulho até o pé do monte, quasi escalvado. Terá perto de huma légoa até o pé do monte; alguns subírão ao alto delle, que às vezes aparece por cima das nuvens; tem muito arvoredo e em parte muita herva, em que se crião muitos veados, alguns de notável grandeza. Hum Português, por nome Balthasar Monteiro, sobia muitas vezes e matava muitos; huma vez vio fazer huma caça pública aos bábaros num escalvado onde pacião. Cercarão nos veados en roda: cada frecha que atiravão ao veado levava hum gancho que prendia ao veado nas ervas ou ramos; são destríssimos en correr. Desta parte não avia outra povoação mais que duas aldeas tres légoas pouco mais ou menos huma da outra, entre si inimigos. Nós, tirado o primeiro dia, não deixamos tomar fato a nenhum, porque pretendíamos resgatar com elle, por isso não ouve

---

In marg. f. 2

Depois no anno de noventa e seis [22] na Nao de Rui Méndez tivemos na ponta da banda do leste grande calmária alguns dias; chegámos perto de terra e vimos que avia terra cultivada e gente que se ocupava nisso. — Os Japõis que mandou Arimadono o anno de 611, diserão que achárão huma grande baia e que têm muitas várgeas e muitas povoações, cada aldea isenta de senhorio nem reconhecimento de vasalagem. São muito pintados polo corpo, e de cima das palmeiras matárão alguma gente com fisgas, entre os quaes foi hum homem de importância por nome [?] [23]. Foi isto traça do Toan [24] pera terem ali comércio com os Chinas.

---

227 nos2 *corr.* ‖ 233 muita *seq.* hr. *del.* ‖ 234 muitos *corr.* ‖ 237 roda *seq.* en *del.* | frecha *seq.* tinhão hum gancho *del.*

[22] Vid. infra in textu, fol. 5, de itinere P. Petri Ramón cum aliquibus Fratribus, Octobri 1595, e Japonia Macaum; et de regressu neosacerdotum (inter quos auctor, P. Franciscus Pírez) cum Episcopo D. Petro Martins, in Navi nauarchi Rui Méndez e portu Macaensi in Japoniam.

[23] Nomen illud jam tempore transcriptionis Macaensis (Ajuda *49-V-3* fol. 5) deerat.

[24] Tõan = Murayama António Tõan, qui per multos annos praecipuus *Otona* seu Administrator civitatis et portus Nagasakiensis fuit. De quo vid.

/2v/ entre nós mais comonicação. Huma vez vierão algumas embarcaçõis pequenas cosidas com raízes como vimes * Trouxerão aroz, abóboras, figos e tínhamos carne salgada, e entre ella huma mão de hum *uso*[25]; mas ou por falta de língoa ou por desconfiança cortárão a cabeça a hum gentio e se forão sen termos mais notícia delles. Da banda mais ao sul, na ponta da Ilha, ouvimos de hum porto en que estavão duas ou tres somas de Chinos que lá hião a pescar e a comprar pelles. Tratámos de comprar huma soma, mas não ouve efeito, de que ficámos bem magoados; porque depois de termos feito a nossa embarcação, veo por S. Matteus[26] huma tormenta e chuiva com que encheo a ribeira tanto que nos levou a embarcação, sen lhe valerem sete amar[r]as com que estava amarrada. Quis Deos que numa volta que fazia o rio, se deteve com pouco dano. Asi estivemos esperando por alguma bonança de ágoas cheas, o que era muito dificultoso por ser costa brava, baixia, e já começavão a ventar os nortes que ali reinão. Aprouve a Nosso Senhor que dia de San Miguel[27] à tarde tivemos ágoas vivas, com huma calada que saío a soma fora, en que todos nos embarcámos e nos pusemos em alto. E dia de San Jerónimo[28] já com bom vento nos fizemos à vella deixando lá a artelharia, hum sino e todo o fato por o não podermos embarcar, temendo-nos quebrase o navio por ser costa brava, como digo. Chegámos a Macao hum domingo à tarde, dia de S. Francisco[29], nós alvoroçados por nos vermos em porto seguro, e a Cidade en grande tristeza por lhe ficar lá seu remédio. Particularmente o P.e Alexandre o sentio muito, porque perdeo ali Japão seu cabedal que era o seu remédio.

---

257 Trouxerão *seq.* trazião *del.* || 267 sen lhe *seq.* pod- *del.* | sete *seq.* cordas *del.* || 273 com *corr.* || saio *seq.* o jun[co] *del.* || 276 fato *seq.* o *sup. lin., quod videtur supprimendum* |por *seq.* o *sup. lin.* | podermos] mos *sup. lin.*

---

plurima in hoc vol., *Doc. 66,* Adnot, 10. — Cf. vol. nostrum *Introductio* p. 969 (in Indice). — Vid. etiam nostram editionem *Lucena, Erinnerungen* P. III, Adnot. 126.

25 *Uso,* seu Kawauso: Lutra, animal amphibium (Otter, Fischotter). Vid. *Illustr. Encyclopedia of the Fauna of Japan,* 14. edit., Tokyo 1955, p. 46: Lutra lutra lutra, cum imag.

26 Festum S. Matthaei = 21. Septembris.

27 Festum S. Michaelis Archangeli = 29. Septembris.

28 Festum S. Hieronymi = 30. Septembris.

29 Festum S. Francisci Assisiensis = 4. Octobris, quod ilo anno 1582 non in Dominicam sed in feriam V, incidebat.

In marg. 2v

* [Eu não as ví], mas ouví vierão [algumas dez] ou onze embarcaçõis. [A cauza por] que se forão, ouví foi, [porque o] capitão deu com huma [cana a] hum moço que se adiantou a ir tratar com elles sem licença, polo que se não comfiárão: cortárão com hum parão a cabeça a hum China que estava resgatando com elles e se forão.

Aqui achámos Aires Gonçálvez de Miranda por Capitão, e com elle vierão os Padres Francisco Pássio, Jorge Carvalhal, que foi muitos annos companheiro do Mestre de novícios em Coimbra e en Goa Mestre, o P.e Damião Marín, Valenciano, também en Goa Mestre de noviços. Achámos mais ao P.e Mateus Rício da Missão da China, e pera Japão ao Ir. Jerardino, Coadjutor, de Ferrara, e o Ir. João Niculao, Napolitano, pintor, e pera Japão ambos. — No fin deste anno en Novembro mandou o Tutão de Xaucheo aqui hum mandarinete a Macao e chamar lá ao P.e Miguel Rogério, pera lhe dar casa. Foi o P.e Rogério, e por Superior o P.e Francisco Pásio, con ordem que, se lá ficase de asento, fosse o P.e Mateus Rício pera Japão e, não ficando lá, fosse a Jappão o P.e Pásio e ficase da China o P.e Mateus Rício. O Tutão recebeo bem aos Padres e lhes deu casa, mas já em Mayo o Tutão tornou a mandar pera Macao os Padres, porque soube lhe vinha socesor. Mas fazendo os Padres in[s]tância por ficar, o Tutão lhes deu de conselho viessem a Macao, e fizessem petição ao novo Tutão, que sen dúvida os chamaria, porque era seu enemigo e avia de desfazer o que elle fizesse, e assi foi, como /se verá adiante/ [30].

No princípio do anno de 83 [31] partio o P.e Visitador Alexandre, Visitador, pera a Índia na Nao de Inácio de Lima com os 4, e o P.e Duarte Leitão pera Malaca, e o P.e Diogo de Mesqita com o Ir. Jorge com os Japõis. +

---

296 Coadjutor *seq.* e *del.* || 309 se verá adiante *add. in marg.* || 313 Japõis *seq.* ficou *del.*

---

[30] Auctor hoc loco de regressu Patrum in Sinas interiores plura se relaturum dicit; quae et in textu originali et in apographo Bibliothecae Ajuda, nunc saltem, desunt. De P. Michaele Ruggieri cf. supra, in textu autogr., f. 1-1v, et in textu parallelo, sed distincto, qui in vol. Ajuda *post finem documenti* sequitur, sub anno 1583 (Macao).

[31] P. Alexander Valignano cum sociis die 31. Decembris 1582 e portu Macaensi profectus est: vid. opus nostrum *Introductio* p. 51, cum Adnot. 59.

In marg. 2v

+ E o P.e Domingos Alvres com o Ir. Fereira pera Malaca na Nao de Simão Fereira, que se perdeo no estreito, e o Ir. Fereira morreo em Mala[ca] porque hia daqui doente de tísica, e por isso não pasou a Japão.

Em Fevereiro veo de Japão no junco pequeno o P.e Francisco Cabral que o P.e Alexandre mandou chamar pera Reitor de Macao. Em Mayo tornou o P.e Pásio, o por isso ficou o P.e Mateus Rício na Missão da China. Partio neste anno em Março o P.e Alonso Sánchez no navio en que viemos da Ilha Fermosa, pera Manilha. Armou-o Bertolomeu Vaz Landeiro; foi a primeira embarcação que daqui pera lá foi.

En Julho partimos pera Japão na Nao os Padres Pedro Gómez, Francisco Pásio, Jorge Carvalhal, Damião Marim, Álvaro Dias, Christóvão Moreira, e os Irmãos João Jerardino, João Niculao e eu. Chegámos a Japão dia do bemaventurado S. Tiago [32]. Achámos ahi por Reitor o P.e António López, Português, o P.e Bastião Gonçálvez en Toqitçu, o Ir. Ambrósio en Nanga-[3]saqi; em Vomura Superior o P.e Afonso de Lucena, o P.e Leão, Espanhol até então em Côri, e o Ir. Francisco Fernández, o Ir. Alonso; em Firando Superior o P.e * Baltasar López, de Vila Viçosa, o P.e Aires Sánchez.

In marg. 3

* Foi pera Firando o P.e João Bautista que veo de Bungo, e o P.e Baltasar López esteve algum tempo em Cuchinot[çu], e de lá foi armar a Residência de Chinjiva no anno de cinco.

Ano de 67. Foi Tristão Vaz [33] a Cuchinotçu — não vendeo a seda — onde estava o P.e Cosme de Torres e os Irmãos Luís d'Almeida e Miguel Vaz. No Janeiro de 68 foi o P.e Cosmo pera o Xiqi com o Ir. Miguel Vas. Ficou Luís d'Almeida em Cochinotçu; forão com o Padre a Xiqi os Portugueses Bertolameu de Gouvea,

---

315 se perdeo no *seq. in fine lin.* est- *del. et iterum* es- *sup. lin.* ‖ 332-333 até então em Côri *add. in marg.* ‖ 338 cinco *seq.* Os Nossos *del.*; O Anno *del.* ‖ 343 Vas

---

[32] Die festo S. Jacobi Apostoli = 25. Julii 1583. Cf. textum adjunctum B, qui in vol. Ajuda documentum ipsum sequitur (f. 18).

[33] Vid. FRÓIS I 322. — Ajuda *49-IV-56*, Elench. B, anno 1567. — Cf. C. R. BOXER, *The Great Ship From Amacon* (Lisboa 1963) p. 33.

Baltesar Gamboa, Gonçalo Falcão, André Soares Maluco, onde estiverão até que veo Dom António de Sousa[34] a Focunda. No mesmo tempo veo de Bungo Francisco Ferreira, feitor que era d'el-rei de Bungo, e os mercadores Suete e Betódono. Todos juntos vierão a Focunda com o P.e Cosme de Torres. Ficou Miguel [Vaz] no Xiqi. En Focunda ouvio o P.e Cosme aos Japõis como estava aquella baia de Nangasaqi[35]. Foi lá com os Portugueses: Fernão de Lemos, Baltasar de Gamboa, Bertolameu de Gouvea, António da [Cos]ta [?] Famiboa, Baltasar Gentil. Forão [a] Nangasaqi, que hera mato d'árvores grandes. Visitárão a Bernardo[36] e ao P.e Vilela que estava en Todos os Sanctos numa igreja. Dali foi o Padre visitar a Dom Bertolameu e acompanhárão-no os Portugueses por terra. Em Vomura se agasalhárão 15 dias en casa dum China por nome Sanquam.

---

corr. ex Vaz || 348 que era de] *seq. sup. lin.*: 1 Rei de Bungo; in textu autem duo verba *nunc deleta, difficilia lectu.* || 350-351 Torres *seq.* Ficou con Miguel Vaz no Xiqi *del. et denuo* ficou *sup. lin.* || 359-360 os Portugueses] os *sup. lin.*

---

[34] Vid. Fróis I 327. — Ajuda *49-IV-56,* Elench. B, anno 1568. — Cf. C. R. Boxer, *The Great Ship From Amacon* (Lisboa 1963) p. 34.

[35] Quae hic dicuntur, fundationi portus Nagasakiensis *praeludunt.* Nam P. Cosmas de Torres Januario 1568 e portu Kuchinotsu (Takaku) ad portum Shiki, adscitis quibusdam Lusitanis, transiit; atque inde ad portum Fukuda, ex adverso sinus Nagasakiensis, in litore occidentali maris, ad quem aestate 1568 navis appulerat, iisdem Lusitanis aliisque mercatoribus etiam Japonensibus quibusdam, stipatus se contulit. In illo oppido P. Cosmas de Torres a *Japonensibus* de sinu maritimo Nagasakiensi edoctus, cum quibusdam Lusitanis locum adiit: ubi silvam arborum incultam invenerunt. Deinde ad (vetus) oppidum Nagasaki atque ad dominum castelli Nagasakiensis veteris, Bernardum nomine, perrexit et P. Gasparem Vilela, in eodem fere loco degentem, visitavit. Auctor P. Cosmam cum comitibus inde dominum Ōmurani feudi, Bartholomaeum, adiisse dicit; quibus in oppido Ōmura Sinensis quidam, Sanquam nomine, hospitium praebuit. Lusitanos per 15 dies, P. Cosmam per aliquot menses, in oppido Ōmura remansisse auctor asserit. Num inter principem Ōmuranum et Lusitanos (vel inter eundem D. Bartholomaeum et P. Cosmam de Torres) etiam de portu aliquo novo in sinu Nagasakiensi tunc fundando aliquid actum ac tractatum sit, hoc loco non legimus: nam P. Cosmam ex oppido Ōmurano post aliquos menses ad parvum portum Amacusanum Sashinotsu, indeque ad portum Shiki rediisse ibique mortuum esse auctor commemorat; adjungit autem, nomine nauarchi Emmanuelis Travaços, qui anno 1570 ad portum Shiki appulit, aliquos Lusitanos Ōmuranum dominum visitasse.

Comparentur autem cum iis, quae auctor de eventibus anni 1568 scribit, epistolae ejusdem anni: Miguel Vaz, Shiki, anno 1568, *Cartas* (Évora 1598) 251v-252v; et Lud. d'Almeida ad Episcopum D. B. Carneiro, 20. Oct. 1568, ib., ff. 252v-254.

[36] Bernardus, castelli Nagasakiensis dominus. Cf. Fróis I 441.

Deu-lhes o Tono a todos hum banquete. O Padre ficou ali alguns meses, até se tornar a Saxinotçu [37] e day ao Xiqi, onde morreo, ano de 70. De Manoel Travaços [38] ao Xiqi o forão a visitar Bertolameu de Gouvea, Francisco Ferreira, Baltesar Gamboa.

O mesmo anno ficou com o P.e Francisco Cabral o Ir. Luís d'Almeida, e o P.e Baltesar López foi a Cuchinotçu.

Nangasaqi já estava povoado cerca da Misericórdia e da igreja, e fora tinha algumas casinhas da banda de Mungui e junto ao *fori* [39], pera a banda do este também se fazia huma rua. O mais campo estava semeado de trigo e cevada, mas aquelle anno e o seguinte se fizerão muitas casas; tinha diante da Nao já huma rua peq[u]ena que chamavão Cabaxima-machi [40], cousa pobre. Dali a pouco tempo veo de Canzusa a Nangasaqi o P.e Gaspar Coelho com o Ir. João de Crasto, procurador, e outro Irmão, e o Ir. Damião, Japão. *Em Fevereiro seguinte de 84* se queimou Nangasaqui: o que era povoado da Misericórdia pera dent[r]o. Só ficárão 4 ou cinco gudões que chamão 'curas' [41], e huma casa num canto junto da igreja, e tambem ficou a igreja milagrosamente, porque se mudou o vento de repente quando o fogo chegou perto. Este mesmo Fevereiro mandou o P.e Vice-Provincial a Macao a se ordenar ao Ir. João de Crasto que tornou o mesmo anno com Aires Gonçálvez.

Neste mesmo anno o P.e Vice-Provincial se fez prestes pera hir a Bungo visitar as casas, mas Arimandono lhe pedio muito o não fizesse então, porque tinha nova certa que Tacanovo [42], seu

---

Quam varius, mutabilis, ac fere semper perturbatus sit hujus Japonicae et Sinicae Viceprovinciae status, facile cognoscet Paternitas Vestra ex catalogis jam pridem ad te missis anno 1593 et 1599[1], et ex hoc, quem modo mittimus, si invicem conferantur. Tanta enim ex omnibus his intelligitur facta mutatio circa domos, residentias, ecclesias atque personas, ut fere nihil eorum, quae in uno ipsorum scripta inveniuntur, reperiatur in altero. Ut tamen qualiscumque nunc sit hujus Viceprovinciae status, Paternitati Vestrae innotescat, primo de iis, quae in hoc quadriennio contigerunt, dicemus breviter, ac deinde, quo in statu res se modo habeant.

Quod attinet ad primum: post ultimum catalogum anni 1599 per hos quatuor annos tam in Japonia quam in Sinico

1-4 *De manu: vide Introd. ad hunc Cat.* ‖ 6 ac deinceps: *De manu vide Introd. ad hunc Cat. — Praeter notam lusitana lingua in fine additam et subscriptionem auctoris textus totus ab eodem amanuensi denso, sed nitido modo scriptus est.*

[1] Catalogi anno 1599 confecti (initio anni, ut videtur) non jam exstant. P. Aegidius de la Mata, cum Februario 1599 e Japonia solveret, Romam iturus, eos secum habuisse videtur; qui, antequam Macaum pervenit, naufragio interiit: cum quo etiam omnia documenta, quae secum ferebat, disapparuerunt, Cf. SCHÜTTE, *Cortes*, p. 22. — *Introductio*, p. 176.

regno magna est nostrarum rerum modo in melius, modo in deterius facta mutatio. In regno enim Sinarum ad duas primas residentias aliae duae nobiliores accesserunt in regiis urbibus Nankino et Pakino, cum magna Societatis nostrae apud Sinas aestimatione et christianae Fidei incremento. In Japonia vero a mense Februario anni 1599 usque ad principium mensis Octobris anni 1600, refrigescente jam ob mortem Taicisamae[2] persecutione, mirum in modum renovata est nostrae Societatis atque totius Japonicae Ecclesiae facies. Domicilia enim Nostrorum ac residentiae omnes, quae anno 1598 jussu ejusdem Taici vel flammis concrematae, vel solo fuerant aequatae[3], in pristinum ac majorem nitorem restitutae fuerunt, ecclesiae fere omnes, quae in variis provinciis ejusdem Tyranni jussu fuerant destructae, nitidioris ac capacioris / 68v formae cum maximo rei christianae incremento fuerunt reaedificatae. Christianorum vero numerus adeo fuerat auctus, ut a mense Februario anni 99 usque ad mensem Octobris anni 1600 plusquam *septuaginta millia* hominum Christo nomen dederint ac baptismum susceperint[4]. Multae praeterea residentiae variis in regnis, in quibus Societas nostra nunquam hactenus aditum habuerat, extructae fuerunt. Nam praeter eas, quas in dominiis Arimensi, Vomurensi, Amacusano, et in aliis regnis semper habuimus, prout ex ultimo catalogo anni 1599 constat, post dictum catalogum in regno Fingi, in ea parte, quae ad Tçunocamindoni Augustini ditione[m] pertinebat[5], quatuor domicilia de novo aedificata sunt, nempe in ejus praecipua arce (quae Uto vocatur) domus rectoralis, et in aliis tribus[6] oppidis aliae tres residentiae illi subjectae, et plusquam quindecim ecclesiae erectae fuerunt,

49 Tçunocamindoni *corr.*

[2] De morte Toyotomi Hideyoshi: vid. *Introductio* 174/5[15]: qui mense Septembri 1598 die 18. (vel. 16.) obiit.

[3] Praesertim in terris Arimanis et Ōmuranis per Terazawa Shima-no-kami: vid. opus nostrum *Introductio* pp. 500 et 736.

[4] *Introductio,* P. II, Sect. 1, Cap. 2: Schema I, p. 413.

[5] Pars meridionalis provinciae Higo in insula Kyūshū, et insulae Amacusanae.

[6] Quatuor domicilia: de Residentiis in civitatibus Uto, Yatsushiro, Yabe aliunde abunde constat (vid. opus nostrum *Introductio* pp. 546-548). Quartam tunc fuisse Residentiam in ea parte provinciae Higo, quae est in insula Kyūshū, quodammodo nobis excludi videbatur. Nam in litteris « Suplemento da Carta Ánnua. De Outubro de 1600 até Fevereiro de 1601 », auctore Valen-

in quibus quam plures ex Nostris degentes curam habebant *sexaginta fere millium* animarum, quae pro majori parte hoc brevi tempore ad Deum fuerant conversae. In Amacusana etiam ditione collegium denuo restitutum [7], in quo Reverendissimus Japoniorum Antistes cum aliis ex nostra Societate japonicae linguae operam dabant [8], ac mediocre seminarium alumnorum japoniorum habebat annexu[m]: quod collegium cum seminario intra spatium sex fere mensium propter mutatam ab Augustino gubernationis rationem in oppido Xiqui translatum fuit [9]. In quatuor vero regnis, nempe Chicugoquensi, Bungensi, Yamagutiano, et Firoximano, aliae quatuor nobiles residentiae magno cum christianae rei fructu de novo erectae fuerunt [10]: ita ut numerus domorum ac residentiarum nostrarum in Japonia (quod hactenus factum non fuerat) usque ad trigesimum pervenerit, et numerus Christianorum ad trecenta millia et eo amplius creverit. — Anno vero sexcentesimo magni bellorum tumultus inter Daifum Japonici imperii praesidem, ac reliquos gubernatores [11] exorti

---

tino Carvalho (1a via, lus., Orig., *J. 54* 134v) septem Domus et Residentias in feudo Augustini (i. e. Higo-Kyūshū cum insulis Amacusanis) fuisse comperimus. Quodsi supra, in *Doc. 31*, enumerationem Domorum P. Gabrielis de Matos pro anno 1600 inspicimus: 4 Domus in insulis Amacusanis, 3 autem in insula Kyūshū (Higo) exstabant. At, ratio haec *non* confirmatur. Nam Litterae Annuae Japonicae, die 25. Augusti 1600 a P. Valentino Carvalho in civitate Nagasaki ad finem perductae, praeter tres Residentias Uto, Yatsushiro, Yabe etiam *quartam* in Nonzu (= Nozu, ab oppido Yoshimoto paulo ad meridiem, prope oppidum Miyabara, a flumine Korigawa non multum distans) nominat (London, Brit. Mus., Add. Mss. 9859, ff. 117 119). Quam Residentiam, sane minoris momenti, auctores raro commemorant; quae etiam nos, cum opus *Introductio* componeremus, latuit. Adde eam ibi, p. 546.

[7] Vid. historiam Domus S. J. in Kawachinoura: *Introductio*, pp. 534-538, praesertim p. 537. — Praeterea hist. Domus S. J. in Shiki: *Introductio* pp. 529-534, praesertim p. 533. — Etiam Capitulum de Domibus Majoribus S. J. in Japonia, sub. III, p. 706.

[8] Vid. opus nostrum *Introductio*, tribus locis in Adnot. praecedenti allegatis.

[9] *Introductio*, iisdem in locis.

[10] De Residentiis (ante proelium in campo Sekigahara, 21. Oct. 1600, existentibus) in civitatibus Kurume (Chikugo), Nakatsu (Buzen), Yamaguchi (Suwō), Hiroshima (Aki) vid. opus nostrum *Introductio*: Kurume = pp. 595-596; Nakatsu = 583-585; Yamaguchi, tertia periodus = 664-670; Hiroshima = 675-678.

[11] Daifu = Tokugawa Iyeyasu: vid. de titulo *Doc. 32 A*, Adnot. 5 ad textum. — De Gubernatoribus ab Hideyoshi moriente pro filio Hideyori constitutis vid. *Doc. 31*, Adnot. 19. ad textum.

sunt, et totius Japoniae dynastae in duas partes sunt divisi, cum alii Daifum, alii vero reliquos gubernatores sequerentur. Inter hos noster Tçunocamidono Augustinus cum aliis praecipuis christianis dynastis, Arimano et Vomurano exceptis, guber- / 69 natorum vexilla sunt secuti. Magnis igitur ex utraque parte exercitibus centum fere triginta millium hominum comparatis, mense Octobri ejusdem anni 1600 inter eos bellum commissum est [12], in quo Daifus victor existens gubernatores ipsos, multosque dynastas, et inter eos Tçunocamidonum Augustinum, vita simul et regno spoliavit. Post hanc victoriam Daifus Japoniae imperio potitus varia regna et dominia hostium suis sequacibus distribuit; ex qua mutatione maximum damnum Societati nostrae totique Japonicae Ecclesiae est subsecutum; dimidietas enim regni Fingi et insulae Amacusanae, quae ad ditionem Augustini pertinebant, traditae sunt duobus principibus ethnicis [13], ejusdem Augustini et nostrae sanctae Fidei inimicis; ex quo factum est, ut duae domus rectorales [14] Fingi et insularum Amacusae cum sex vel septem aliis residentiis illis subjectis penitus deletae et exterminatae fuerint, et nobilissima totius Japoniae, quae in illis regionibus erat, Christianorum ecclesia maximum detrimentum sit perpessa: praecipui enim atque potentiores totius illius Ecclesiae Christiani suis bonis spoliati extra dominia illa sunt ejecti. Reliqui vero partim in varia regna dispersi, partim sub dominium ethnicorum redacti, in magnam paupertatem devenerunt, adeoque Chri-

92 deletae *seq.* sint *del.*

[12] De proelio in campo Sekigahara vid. *Doc. 31*, Adnot. 22 ad textum.

[13] Pars provinciae Higo in insula Kyūshū sita data est Katō Kiyomasa, Kazue-no-kami, qui in civitate Kumamoto residebat: de eo vid. *Doc. 31*, Adnot. 23; et *Doc. 39*, Adnot. 31 ad textum. — Insulae Amacusanae non eidem Katō Kiyomasa, sed Gubernatori Nagasakiensi Terazawa Masanari Hirotaka, Shima-no-kami, attributae sunt: de quo vid. *Doc. 39*, Adnot. 28 ad textum et *Doc. 54*, Adnot. 57 ad textum.

[14] Domus Rectoralis in Higo: in civitate Uto; Domus Rectoralis in insulis Amacusanis (quae etiam ad 'kuni' Higo pertinebant, sed hoc loco ab ea parte distinguuntur, quae in insula Kyūshū sita erat): in portu Shiki: nam mense Augusto 1599 Domus Rectoralis ab oppido Kawachinoura eo translata est, ibique usque ad autumnum 1600 remansit. — Vid. supra, Adnot. 7. — Cf. *Doc. 31* (ad annum 1600).

stianorum numerus in illis partibus diminutus est, ut, cum prius inter Amacusanas insulas et Fingum plusquam octoginta millia Christianorum numerarentur, nunc vix vigenti millia reperiantur. Eadem belli occasione, et dominiorum mutatione residentiae etiam paulo ante extructae [15] in regnis Chicugoquensi, Yamagutiano, et Firoximano cum magno rei christianae damno destructae sunt; ecclesiae etiam, quae in regno Bingensi [16], et in regno Mini [17] paulo ante fuerant aedificatae, eandem injuriam sunt perpessae; quibus addenda est etiam antiqua Firandensis residentia, quae paulo ante bellum exortum anno 1599 Firandensis tyranni impietate solo aequata est, et plusquam septingenti Christiani, cum fidem negare nollent, suis bonis spoliati extra Firandensem ditionem discessere [18]; multae praeterea ecclesiae in omnibus his regnis vel a gentilibus occupatae, vel solo aequatae sunt. Daifus autem in principem totius Japoniae erectus ob odium contra Augustinum et alios dynastas christianos sibi contrarios conceptum tam Nostris quam christianae religioni infensus est. / 69v

Quantas hoc tempore tribulationes, quanta pericula, quam magna damna tam in propria quam in re christiana Societas nostra perpessa sit, facile ex his, quae dicta sunt, conjici potest. Quia tamen Nostri Daifum placare et ad meliorem animum erga nostram Societatem reducere, simulque damna praeterita eo quo melius fieri potuit modo resarcire omni

110 Christiani *seq.* cum *quod correctum est ex* ad

[15] Vid. supra, Adnot. 10.

[16] Ecclesia in regno Bingensi: de illa ecclesia et communitate christiana, quae sub protectione Akashi Kamon Johannis in civitate ejus praecipua Okayama (Bizen) ita creverat, ut fere 3.000 fideles ibi numerarentur, P. Valentim Carvalho in « Supplemento de la Annua de 1600 », *J. 54* 106v-107, refert. — De Akashi Kamon Johanne, ejusque filio Akashi Naiki Paulo vid. *Doc. 60,* Adnot. 2 ad textum.

[17] Ecclesia in civitate Gifu (Mino) Oda Saburō Hidenobu, anteactis annis clam baptizatum, nepotem ducis Oda Nobunaga (filium filii majoris Jōnosuke), protectorem habebat. Qui cum in bello de successione contra Tokugawa Iyeyasu dimicasset, post hujus victoriam exilio multatus, ad montem Kōya se recepit, ubi anno 1602 mortuus est. Cujus exilio ecclesia in civitate Gifu maximo damno affecta est: « Supplemento de la Annua de 1600 », auctore P. Valentino Carvalho, *J. 54* 106v. — *Introductio* 654.

[18] Vid. *Introductio* 469-470 517 738-739. — Vid. supra *Doc. 31,* sub anno 1600 (sed intellige: Julio 1599!) De familia Matsūra vid. *Doc. 54,* Adnot. 55 ad textum.

opere sunt conati, aspirante Dei gratia, quae in majoribus periculis semper suis praesto est, plurimum in utraque re profecerunt: nam et Daifus placatus est et Nostri fere ad pristinum statum sunt restituti, ut ex eo, quem nunc tenet Japonica Ecclesia et jam describetur, cognosci potest, praesertim si cum alio catalogo conferatur.

Habet igitur haec Viceprovincia[19], quae Japoniam simul et Sinicum regnum complectitur, tria collegia formata, et alia tria domicilia principalia, quasi collegia incepta. Duo item seminaria, et viginti quinque residentias, quarum aliae nobiliores et majores sunt, aliae vero minores; et plusquam centum et nonaginta ecclesias. In Sinico regno, in civitate Macaensi, est unum collegium, et in interiori regno sunt quatuor residentiae. Reliqua vero collegia et domus omnes et ecclesiae in Japonia numerantur: in quibus omnibus[20] centum nonaginta ex Nostris degunt..

In Japonia in collegio Nagasaquense triginta sex, et sex in tribus residentiis illi annexis. In domo probationis quindecim. In collegio Arimensi viginti, et in octo residentiis ipsi subjectis quindecim. In domo Vomurensi quatuor, et sex in tribus residentiis illi annexis. In domo Meacensi septem, et septem in tribus residentiis illi subjectis. Alii vero quinque in duabus residentiis Bugeni et Facatensi, quae immediate Viceprovinciali sunt subjectae. In Sinico regno in collegio Macaensi sexaginta, et in interiori regno in quatuor residentiis eidem collegio subjectis novem ex Nostris degunt.

Admissi sunt hoc quadriennio in Societate tredecim, quorum sex sunt Lusitani, vel ex Lusitanis in India nati, septem vero Japonici; totidem dimissi, ex quibus quinque Lusitani in India admissi, reliqui Japonii. Vita functi decem et septem. Triginta ex Europa et India venerunt. Huic Nostrorum numero, si alumnos natu|70|rales Sinas et Japonios (quos *Dogicos*[21] appellamus), qui partim in seminariis, partim in reliquis domibus ac residentiis degunt, fere tercentum numeran-

150 hoc *corr., prob. ex* in

[19] Cf. de singulis Domibus Catalogum praecedentem, *Doc. 32 A.*

[20] In Collegio Macaensi, in Sinis, in Japonia.

[21] *Dōjuku* = lit.: qui in eadem Domo habitant: verbum a monasteriis buddhistarum ad Missionem catholicam derivatum: ii adolescentes et juvenes, qui cum PP. et FF. sub eodem tecto viventes, vel sese ad futurum apostolatum praeparabant, vel in exercendo apostolatu PP. et FF. adjuvabant.

tur, ac ecclesiarum ministros (quos *Cambos*[22] vocant) et numerum centesimum sexagesimum excedunt, ac reliquos domorum famulos adjungas, omnesque in unum colligas, numerum supra millesimum efficies eorum, qui Societatis impensis sustentantur.

Collegium Nagasaquense in Japonia

Sunt in eo triginta sex ex Nostris, sacerdotes undeviginti, Fratres septendecim. Commorantur in eo collegio Reverendissimus Dominus Aloysius, Japoniorum Episcopus[23], et Viceprovincialis cum suis Consultoribus. Ex patribus duo casus conscientiae edocent, quos tum ex Nostris aliqui, tum Episcopi alumni, quos ipse suis impensis sustentat, audiunt. Reliqui vero sacerdotes vel in Christianis huius oppidi, quod magnum est, excolendis et sacrosanctis sacramentis muniendis, vel in variis collegii muneribus occupantur. Ex Fratribus vero septem sunt Lusitani Coadjutores; decem vero Japonii, ex quibus alii Coadjutores sunt, alii vero sermonibus ad populum et cathechizandis gentilibus, aliisque diversis muneribus destinantur. *Dogici* in hoc collegio sunt fere septuaginta, ex quibus pictorum[24] etiam et typographiae[25] seminarium constat; cui sacerdos unus, unusque Frater praeest. Majori enim seminario ad collegium Arimense, ut postea dicemus, anno praecedenti transmisso, minus hoc seminarium in hoc collegio constitutum est, atque in eo translata pictorum officina, quae in insulis Amacusanis fuerat prius collata, ex qua pictorum officina magnum adjumentum et ecclesiis omnibus et Christianis japonicis est

[22] *Kambō* = custodes templorum, maxime ruralium, qui in absentia Patrum etiam quodammodo curam spiritualem communitatis christianae gerebant, sepelientes mortuos, morientibus pie assistentes, infantes (ubi res urgebat) baptizantes, lectione sacra et oratione fideles excolentes.

[23] Episcopus D. Ludovicus (vel Aloysius) Cerqueira, die 5. Augusti 1598 in Japoniam advectus, Martio 1599 cum Visitatore multisque sociis et *Dōjuku* ad Domum Amacusanam in Kawachinoura transiit; unde Augusto 1599 ad portum, item Amacusanum, Shiki transmigravit. Die 28. Februarii 1600 etiam tum ex eodem loco epistolas scribit; decursu ejusdem anni ad sedem suam Nagasakiensem rediit: ubi usque ad annum 1607 in Collegio Societatis residebat; tunc enim juxta Collegium propriam Domum exstruxit et cum omnibus suis (translato etiam Seminario *suo*) in novas aedes ingressus est: vid. ejus vitam inter *Biographias* (in praepar.). Cf. *Introductio* pp. 897-898 (in Indice). — Sedes ejus canonica oppidum Funai (Bungo) erat.

[24] De Seminario Pictorum vid. Doc. 39, Adnot. 5 ad textum.

[25] De Typographia vid. Doc. 39, Adnot. 6 ad textum.

collatum, conferturque in dies. Ecclesiae enim omnes optimis imaginibus sunt ornatae; aliae vero partim typis impressae, partim vero coloribus figuratae in magno numero ad Christianorum devotionem excitandam sunt distributae. Ex typographia etiam varii libri, tam latinis quam japonicis characteribus excusi, magno cum hujus novae Ecclesiae emolumento prodierunt[26]. Auctum est hoc collegium hoc anno insigni / 70^{v}/ amploque templo[27], quale nunquam hucusque in Japonia habuimus: in longitudinem enim continet palmos majores 216, in latitudine vero 102. Stetit fabrica tribus fere millibus nummis aureis, praeter operas, aliaque permulta tanto aedificio necessaria, quae omnia oppidani liberalissime elargiti sunt. Addita est etiam percommoda domus, cum omnibus officinis necessariis ad ministerium Procuratoris, quibus hactenus magna cum totius Viceprovinciae incommoditate carebamus: ex hac enim procuratoria domo singulis Japoniae domiciliis necessaria ad victum atque vestitum subministrantur. Annexae erant huic collegio quatuor residentiae, sed Firandensi extincta tres tantum remanserunt: Focamensis, Uchimensis, et Conguensis, quae alii[s] nominibus Conourensis, Toquitçuquensis, et Ysafaensis appellantur[28], in quibus sacerdotes tres, cum totidem Fratribus ac aliquibus *Dogicis* habitant, praeter necessarios famulos, quorum opera ad res domesticas utuntur, ut a P. Visitatore praescriptum est. Ecclesiae, quae anno 1598 destructae et concrematae fuerant, in hoc quadriennio fere omnes reaedificatae sunt. Itaque sub cura hujus collegii et residentiarum ipsi annexarum plusquam quinquaginta numerantur, quae amplitudine et elegantia fere omnes antecellunt iis, quae saeviente persecutione fuerant eversae. Numerus vero Christianorum, qui sub Nostrorum cura in hac ditione degunt, quinquaginta millia excedit, quorum omnium pietas ac libera-

---

26 Accuratissimam descriptionem librorum, qui e typographia S. J. in Japonia in lucem prodierunt, habes in Parte I. libri *Kirishitan Bunko*, a P. Johanne Laures S. J. composito (^{3}1957, Tōkyō, Sophia University).

27 De nova ecclesia S. J. Nagasakiensi, anno 1601 erecta, vid. opus nostrum *Introductio*, p. 739 (cum fontibus).

28 Hokame = ea pars paeninsulae Nishisonogi, quae 'mare externum' spectat: ubi erat Residentia in oppido Kōnoura; Uchime, ea pars feudi Ōmurani, quae ad 'mare internum', seu Sinum Ōmuranum (Ōmura-wan) sita est: in qua erat Residentia Tokitsu; oppida autem Koga, Arimanae dicionis, et Isahaya tunc in unam Residentiam juncta erant: vid. historiam omnium Domorum praedictarum in opere nostro *Introductio*: Hokame = pp. 484-485; Uchime = pp. 483-484; Koga = pp. 481-482; Isahaya = pp. 486-488.

litas ad ecclesias denuo reaedificandas plurimum attulit adjumenti.

Domus Probationis Omnium Sanctorum

Ut ex aliis catalogis cognosci potest, nobis erat area satis ampla, quae ab Omnibus Sanctis nomen accepit, distans ab hoc oppido mille quingentis circiter passibus: in quam vigente persecutione ad tempus fuerat translatum collegium[29]. Ideoque ecclesia et multa praeterea domicilia in eo erant ad habitandum valde accommodata; locus sane amoenus, et ut a turba populari remotus, ita ad tractandum exercitia animorum aptus. Hic ergo tum propter loci commoditatem, tum propter vicinitatem Nagasaquensis collegii, in quo maxima temporis parte resident Superiores, Domus probationis hoc anno constituta est ipsamet die Sanctorum Omnium. Sunt in ea novitii duodecim[30]: Lusitani quinque, Japonii vero septem: quibus praeter Magistrum adjunctus est Pater alter, tanquam minister, Fraterque antiquus, qui illos adjuvat resque domesticas administrat; aliqui etiam progrediente tempore recipientur, inter quos duo jam erant admissi, sed superveniente ambobus aegritudine eodem die, quo reliqui admissi fuerunt, usque ad recuperandam salutem retenti sunt, speramusque fructum hujus novitiatus una cum numero augendum.

Domus Vomurensis

Cum Vomura-donus praecipuam arcem anno praeterito in meliorem ac tutiorem locum aedificaverit[31], ad quam nobiles

---

[29] De Domo Omnium Sanctorum vid. opus nostrum *Introductio,* p. 1016, ubi (in Indice) facta praecipua ejus historiae indicavimus.

[30] Biennio Probationis die 1. Novembris 1602 initium datum est: numerus Novitiorum *postea* erat *sexdecim* (*J. 54,* 218v-219, Matos, Ánnua; Cat. Br., supra, *Doc. 32 A* <ubi nomina singulorum>). *Cur hoc loco in textu nonnisi 12* numerantur? Additurque alios etiam recipiendos esse? Catalogus iste (Cat. Rerum) Januario 1603 conscriptus est. Quodsi in fine adjicitur: eundem Catalogum mense Septembri 1603 revisum esse, haec Catalogi 'renovatio' non omnes pariter partes ejus affecit; textus (hoc loco) sine dubio Januario 1603 compositus nec emendatus est; itaque ab initio duodecim ingressi sunt; paulo post, etiam alii admissi sunt, ita ut P. Gabriel de Matos in Litteris Annuis, die 1. Martii 1603 signatis, jam numerum sedecim scribat; atque in Catalogo Brevi Octobris 1603 (*Doc. 32 A*) nomina sedecim Novitiorum indicentur.

[31] De constructione novae arcis Ōmuranae vid. LUCENA, Erinnerungen, fol. 134ev; cf. opus nostrum *Introductio* p. 476 (cum fontibus). Cujus arcis moenia hodiedum ex parte conservata sunt.

ac praecipui hujus dominii homines translati sunt, nobis etiam imposita fuit necessitas domus areaeque mutandae, ad quod datus est nobis locus ab ipso *Tono*, paulo ab arce remotus, sed valde accommodatus, quem ex altera parte alluit mare, ejusque accessus et recessus efficit gratiorem; quo non paucis expensis confecta sunt Nostrorum domicilia et officinae, quibus haec Vomurensis domus est ornata et instructa, tum ad Nostrorum habitationem, tum etiam ad ipsum *Tonum* et reliquos hospites excipiendos japonico more. Brevi item spatio temporis magnum in eadem area erectum est templum, egregia capacique forma constructum longeque excedens quod jam destructum fuerat tempore persecutionis; longum est palmos majores centum octoginta, latum vero octoginta quinque: quod anno superiori benignitate *Toni*, in nostram Societatem ab ineunte aetate propensi, et auxilio et opera Christianorum aedificari coeptum est; quod, cum ex optimis solidissimisque lignis compactum et fabricatum sit, firmum diu sta-/71v/ bileque futurum confidimus [32]. In hac domo resident duo sacerdotes et tres Fratres, et alii tres sacerdotes cum totidem Fratribus et aliquibus *Dogicis* in tribus residentiis huic domui annexis, quarum una Corensis, altera Sonoguensis, tertia Suzutensis appellatur. In hac Vomurensi regione quadraginta fere Christianorum millia numerantur [33], aedesque sacrae triginta duae, quae omnes in hoc quadriennio tum Nostrorum industria tum christianae plebis adjumento et eleemosynis extructae sunt; et earum multae opere et magnitudine priores superant, quas Tyranni furor et flamma evertit. Et quoniam populares hujus oppidi incolae in suo primo loco remanserunt, et ob novam arcis mutationem a domo nostra

---

[32] Novae ecclesiae Ōmuranae constructio et benedictio a P. Afonso de Lucena narratur: LUCENA, Erinnerungen, ff. 134ev-134f. — Cf. *Introductio*, p. 476.

[33] Numerus Christianorum *totius feudi* Ōmurani a Visitatore P. Alexandro Valignano *in Summario Indico* (Augusto 1580) fere 50-60.000, *in Summario Japonico* (1581/82) 70 000 indicatur. — LUCENA, *Erinnerungen*, f. 125v pro medio anno 1587 fere 100 000 Christianos computat. Qui numerus restitutas bello terras Hokame-Uchime includit. Cura pastoralis Christianorum Ōmuranorum ita distincta erat, ut major pars a Domo Ōmurana (cum Residentiis suis), minor pars a Collegio Nagasakiensi (ejusque Residentiis) dependeret. Quod in fontibus negligi non debet: aliquando enim numero Christianorum Ōmuranorum omnes feudi Ōmurani fideles, aliquando ii tantum comprehenduntur, qui ab Ōmurana Domo auxiliis spiritualibus juvabantur: in textu hoc loco de Ōmurana Domo ejusque Residentiis dumtaxat sermo est.

longe aberant, alterum sacellum exaedificatum est in area commoda et ampla, quo unus ex sacerdotibus hic residentibus frequenter adit, rem divinam peragit, sermoneque oppidanos eo convenientes et consolatur et adjuvat; eaque ratione fit, ut ecclesia haec quasi altera Vomurae residentia jure ac merito dici possit.

Amacusanae insulae

Tçunocami Augustini infelix interitus[34], cui parebant Amacusanae insulae, non solum earum lumen atque splendorem extinxit, sed maximum christianae rei attulit detrimentum. Nam cum insulae illae omnes Terazave[35], animo a nobis religioneque dissidenti, adjudicatae fuerint, nobiliores Christiani propriis bonis amissis, exules (ut moris est gentis) in alienas terras sunt profecti; reliqui vero populares et agricolae sub ethnicorum dominio positi ad maximam paupertatem devenerunt; domus nostrae et ecclesiae fere omnes, quae superioribus annis in Amacusanis insulis floruerant, partim belli tempore, partim dominii mutatione, dirutae ac destructae sunt. Christianorum numerus, qui triginta millium excedebat, adeo diminutus est, ut jam vix duodecim vel quatuordecim millia numerentur. In his tamen insulis tres adhuc retinemus residentias: Cavachinourensem, Xiquensem, et Cozurensem, in quibus tres Patres ex Nostris cum aliquibus Fratribus /72/ et *Dogicis* commorantur, quae omnes, extincta Amacusana domo rectorali, quae prius in his insulis erat, nunc subjacent Arimensi collegio. Sed quoniam ad alterius dominatum pertinent, hic separatim sunt positae. Cum autem harum insularum loca aspera valde ac montuosa sint, et earum incolae in parvis locis longe lateque disjuncti, fit ut non sine ingenti labore in varias partes excurrant Nostri ad munia nostrae Societatis obeunda, christianamque plebem in fide confirmandam, praesertim hoc tempore, in quo ethnici harum insularum dominatum obtinent. Quoniam vero in oppido Xiqui arx nova in locum commodiorem[36] a Terazava-dono

276 interitus *corr. a principio* e.. || 287 millium *corr. ex* millia

[34] De morte Konishi Yukinaga Augustini (6. Nov. 1600) vid. *Doc. 32 A*, Adnot. 9 ad textum.

[35] Terazawa Masanari Hirotaka (Augustinus): vid. de eo *Doc. 39*, Adnot. 28 ad textum; necnon *Doc. 54* , Adnot. 57 ad textum.

[36] Arx Tomioka: de novae arcis constructione vid. *Introductio*, p. 534. —

translata est, nova etiam nostra domus et ecclesia ad christianos homines excolendos denuo prope arcem constructa est, non sine sumptu, et labore Nostrorum. Exigui autem quidam redditus annalesque fructus, quos in his colligebamus insulis ad Christianorum potius, quam ad Nostrorum, inopiam sublevandam, ab ethnicis occupati calamitate hujus temporis perierunt.

Collegium Arimense

Quod situs domus Arimensis incommodus esset et angustus, ne inutiliter in eo novae fierent expensae, ab Arima-dono commodiorem expoposcimus, et quidem (propter ejus in nostram Societatem propensionem et benevolentiam) facile magno cum nostro commodo impetravimus: aream enim habebat ipse, e regione arcis positam, non ampliorem modo, sed etiam salubriorem, quam attingit mare cum crescit, commodamque reddit et jucundam[37]. In hac area Arima-donus[38],

313 expoposcimus *corr. ex* exposcimus

Cf. YOSHIDA Tōgo, *Dai Nihon chimei jisho* (vol. *Saikoku, Shikoku, Chūgoku*) 2Tokyo 1938, p. 1712.

37 De novo fundo et aedificiis a D. Protasio pro translatione Seminarii e civitate Nagasaki ad locum suae residentiae (Arima) Visitatori oblatis: vid. Litteras Annuas, a P. Val. Carvalho die 25. Oct. 1600 signatas: Brit. Mus., Add. Mss. 9859, ff. 109-111v:

« Fue particularmente ajudada esta Christiandade em este Janeiro passado de 1600 con la ida del P.e Visitador a Arima, a quien Arimandono tiene gran respeito, y detiniéndose allí algunas semanas, seguíronse buenos effectos para honra de Dios y bien de aquelles pueblos.

El primero fue que, teniendo los Padres en Arima, donde el *Tono* reside con su gente noble, sitio /109v/ poco accomodado para la salud, y para lo que se pretendía, que era ajuntar el Seminario (que agora estaa em Nangasaqui) con la Casa de Arima, y deseando el Pe Visitador un lugar maior y mejor, trató esto con Arimandono que tanbién deseava ver más accommodados a los Padres, y movióse a hazer una cosa de grande commodidade y honrra para la Compañía, que fue esta: El año antes, avíase casado Arimandono en el Miaco con una señora mui noble (como ja se escrivió), y queriendo mostrar a ella y sus parientes el grande recibimento que le quería hazer em Arima, mandó edificar de nuevo unas casas mui grandes y nobles *en un sitio el más hermoso que allí ai, junto a la mar en el cabo de una grande plaça que está al pié de la fortaleza* pera recibir en ellas a su muger quando la llevasse a Arima, y aunque tenía en la fortaleza casas mui excelentes, quiso mostrar esta magnificencia y amor a su muger, haziendo de nuevo otras, *donde moró con ella quasi un año,* y salieron estas casas mui bien acabadas, sumptuosas, con grandes aposentos em la delanteira pera los

ut novam uxorem in eam reciperet[39], praecipuam domum, et multa domicilia, quae sibi ac suae familiae usui esse possent, paulo ante exaedificare fecerat, quae, ut ampla et stabilia, sic Nostrorum habitationi facillimo negotio, quibusdam permutatis vel adjectis, ad usus nostros et officinas accom-

---

hóspedes, de la manera que se usa en Jappón, y con otros más adentro pera sí y para las mugeres honrradas que servían su muger que se llama Justa.

Estas casas determinó Arimandono dar al Pe Visitador, con los virgeles y huertas que en ellas ai, y con otras diversas casas de sus criados, para se passar a ellas los Padres de la Compañía, en trucco de sitio y casa que primero tenían, los quales luego repartió a otros sus fidalgos. Y assí embió recado al Pe Visitador, diziendo que él avía echo aquellas casas para sí y para su muger, no solamente para recebirla en ellas quando la truxo del Miaco, más también para morar en ellas después que hiziesse *inquio* entregando la fortaleza y govierno a su hijo (como es costumbre en Jappón), mas que agora, deseando hazer algun servicio a la Compañía, y viendo la incommodidad del sitio y casas em que estavan los Padres, determinava darles aquellas casas con todo aquel sitio, haziéndolo aún mucho maior, si fuesse necessario, para hazer en él tambien el Seminario, y que, si le contentasse, luego las mandaría disocupar.

Grandemente holgó al Pe Visitador y todolos más Padres con este recado del *Tono* de tanta comodidad y provecho para la Compañía, *especialmente por tres causas*: *La primera*: porque demás de quedar allí /110/ la Compañía tanto mejor accommodada de lo que estava en el otro sitio, se escuzavan muchos y grandes gastos, que no se podían dexar de hazer, si uviera de passar el Seminario para el sitio que antes teníamos: porque demás de que en él no teníamos casas sufficientes, aviéndose hecho la traça del modo que se podía acommodar en aquel sitio, allamos por nuestra cuenta que necessariamente se avían de deshazer todas las casas que en él estavan edificadas, y que se avían de alevantar todas de nuevo para dar al Seminario lugar acommodado; y que aún con tudo esto, el sitio quedava mui estrecho; por el contrario, en este nuevo sitio allamos primeramente echas las casas para la habitación de los Padres, y esto sin gastar en ellas nada; y demás desto, quedava sitio mui espacioso y de mui buena vista para hazer junto a ellas el Seminario. —

La segunda causa de consolarnos tanto con este recado, fue porque (demás de que con esto todos sus criados y vasallos se unirían más con la Compañía, viendo la cuenta que hazía su señor de los Padres, lo qual ajuda mucho para el fruito que se pretende cojer de sus almas, y para animarse ellos también a dar aiuda para la fábrica de las demás iglesias) luego el Pe Visitador recibió grandes esperanças de que, con dar nos aquellas casas tan buenas, se movería también a hazer la iglesia y el Seminario, creciendo cada dia más el amor y familiaridad con la Compañía, y que después, andando el tiempo, ternía siempre más cuidado de conservar aquellas casas en qualquiera acontecimiento como casa suia propria. Y a la verdad, no le enganó al Pe Visitador su esperança, porque, como luego diremos, él se determinó a hazer también la iglesia, y prometió que, ella acabada, haría tanbién las casas del Seminario. —

La tercera causa fue porque, aunque algunos señores y nobles avían echo, y aiudado a hazer, algunas iglesias, todavía hasta agora no uvo ninguno

modari poterant. Hanc aream, quae triplo major est ea, quam reliquimus, cum omnibus aedificiis non solum benevolo et 325 liberali animo in locum prioris commutavit, sed insuper nobilissimum templum suis expensis extruxit, quod, licet Nagasaquensi amplitudine cedat (ipsius enim longitudo / 72v /

325 benevolo *ms.* benevoli

que de propósito se puziesse a hazer una Casa formada para [la] Compañía, con su iglesia y más aderencias necessarias, con la descencia y comodidad con que lo acostumbran hazer semejantes señores, quando toman esto a su cuenta. Porque, parte por aver poco tiempo que se hizieron Christianos y estar siempre ocupados en continuas guerras, parte por durar esta persecución cerca de trezes años, no uvo lugar para aplicarse ninguno a esto. Por onde, sendo agora Arimandono el primero /110v/ que começasse a hazer cosa como esta tan de propósito, pareciale al Pe Visitador que todos los demás señores christianos lo hirían imitando, no sufriendo quedarle inferiores, ni mostrar que tenían menor amor y estima de la Compañía.

Recebido el recado que Arimandono embió al Pe Visitador, luego le embió a darle las gracias con re[s]puesta conveniente, e dallí a mui poco tiempo vino Arimandono en persona a verse con el Padre, con tanta alegría, y contento, que luego mandó desocupar las casas, y que los Padres se passassen a ellas. Y yendo el mismo Pe Visitador a verlas, dió traça como se acommodassen a nuestro modo, sin deshazer cosa ninguna de lo que estava hecho; y solo con abrir algunas puertas de una parte para otra, quedavan aquellas casas tan acommodadas, como si ouvieran sido hechas para un Collegio, com lo qual quedó Arimandono mucho más contento, teniendo por honrra suia que no se les deshiziesse nada dellas y que quedassen tan acommodadas que pudiesse la Compañía satisfazerse y servirse dellas assí como estavan, y assí en solo un día y medio se hizo esta mudança, por no ser necessario más tiempo para ello que lo que se gastó em desocuparle las cosas, y passar para ellas las halajas y provimento de los Nuestros.

Y aviéndose passado el Pe Visitador con todolos Padres a morar en ellas, vino luego Arimandono y Justa, su muger, y después dellos toda la nobleza de la ciudad, con diversos presentes, a dar los parabienes desta mudança a los Padres, cosa que fue materia de grande y universal alegría pera todos. Y luego començó el Padre a animar Arimandono para que se puziesse tanbién a hazer la iglesia y el Seminario: a lo qual mostró él grande voluntad, recibiendo todo lo que el Padre le dezía con muestras de grande alegría y contento». ... /111/ ...

[Seguióse tanbién] « entrar Arimandono en grande fervor de hazer luego una mui noble iglesia... de tres naves, con sus varandas alrededor... en un lugar mui acommodado junto a las casas que nos avía dado, de fronte de la fortaleza, con un /111v/ patio mui grande de la parte de la mar, y con buena vista, patente a los vientos saludables, y guardado de los frios prejudiciales... ».

38 Arima Harunobu Protasius.

39 Prima mulier Protasii, nomine Lucia, filia Arima Yoshizumi, fratris majoris (jam defuncti) Protasii, nempe primogeniti Arima Yoshinao Andreae, anno 1597 in Corea obiit; cujus corpus postea inde Arimam translatum est. (Arborem genealogicam vid. apud ÁLVARES, *Sum. Jap.*, p. 83; de ejus morte:

centum tantum et octoginta palmos continet, latitudo vero nonaginta quatuor), ornatu tamen ac forma pulchrius esse censetur, aspectuque jucundius. Continet in praesenti collegium hoc Sacerdotes octo, Fratres duodecim, praeter alios quindecim, qui dispersi sunt in octo residentias huic collegio annexas. Ad hoc collegium seminarium alumnorum japoniorum, quod urgente persecutione ad tempus Nagasaquio collocatum fuerat, tamquam ad commodiorem locum anno praeterito translatum est[40], ita tamen, ut a collegio omnino separatum, propria domicilia et officinas adeo accommodatas habeat, ut nunquam hactenus in Japonia tam commode extiterit: tres enim magnas aulas continet, in quibus tam majoris quam minoris et mediae aetatis alumni separati habitant. Numerus autem eorum pervenit fere ad centesimum. Sacerdos unus tanquam seminarii Superior et tres Fratres in eo degunt; tres autem Fratres ex collegio linguam latinam ipsos alumnos in tribus classibus docent; alii vero duo japonicas litteras, quae ad concionandum et ad catechizandos ethnicos multum conferunt, itemque modum scribendi et componendi epistolas, quae ad varios dynastas scribuntur. In eodem collegio Nostri, qui ex Europa et India veniunt, japonicam linguam et mores addiscunt. Sub hoc collegio in hac Arimensi ditione aliae quinque sunt residentiae, praeter tres Amacusanas, quae ad aliud dominium pertinent, quamquam, ut dictum est, illae etiam huic collegio pareant; quarum una Ariensis, altera Ximabarensis, tertia Saigoensis, 4ª Chigivaensis, quinta Cazzucensis nuncupantur. Et in his octo residentiis quindecim ex Nostris, et plusquam viginti quinque *Dogici* numerantur, ecclesiae vero quinquaginta novem in hac Arimensi ditione in hoc quadriennio denuo sunt excitatae: quae omnes grassante

---

Pírez, *Pontos* = Doc. 31 A, 1597 et 1598). — Anno 1599 Arima Harunobu Protasius, e regno Coreano redux, et e metropoli Japonica ad suas terras regrediens, filiam cujusdam nobilis viri (alicujus Kuge) e Gokinai secum adduxit; quae, postquam doctrinae christianae explicationem magno cum fructu audivit, a Visitatore P. Alexandro Valignano baptizata et Justa vocata est; et continuo, inter missarum solemnia, cum D. Protasio in facie Ecclesiae, ante eundem Visitatorem, matrimonium iniit: Valignano ad Gen., e Japonia, 10. Oct. 1599, *J. 54* 82-82v.

[40] Post incendium civitatis Nagasaki (27. Oct. 1601) (cf. *Introductio* 707 740), Seminarium ex illo portu fere statim, mense Novembri 1601, ut videtur (*J. 14 I* 101: Valign., 15. Febr. 1602: ante 4 menses) ad oppidum Arima translatum est. Cf. *Doc. 31,* Adnot. 44 ad textum; *Doc. 39,* Adnot. 5 et 18 ad textum.

persecutione funditus fuerant deletae [41]; et fere omnes majori ornatu et amplitudine sunt extructae. Numerus vero Christianorum ejusdem ditionis ad sexaginta quinque millia plus minus accedit. Denique nullibi modo in Japonia commodius Societas nostra versatur quam in hoc Arimensis dominatu. /73/ Hujus etiam collegii Rectori commissa est cura reliquiarum concussae Figoensis Ecclesiae, quae tantam stragem Augustini interitu et dominii mutatione perpessa est, quantam supra jam diximus; atque ex hoc collegio ad illam afflictam gentem consolandam per vices Patres mittuntur, occulte tamen, ac habitu dissimulato, ne furor ejus, qui huic regno nunc dominatur, in Christianos magis ac magis exardescat [42].

Domus Miacensis

Urbs Miacensis, quae Japoniensis imperii caput est ob regiam Curiam et principum ac dynastarum omnium concursum, in duas partes dividitur, quarum altera urbs superior [43], altera vero inferior [44] nominatur. In hac inferiori parte, grassante etiam persecutione, domum, mutata exteriori facie, semper retinuimus, in qua nonnulli ex Nostris remanserunt, ministeria nostrae Societatis exequentes, non minori cum labore quam fructu. Post mortem autem Taici [45] mitigata paulisper, licet non omnino sedata, tempestate, aucta est domus haec, et aliae tres residentiae in tribus aliis locis confectae, quarum una est in urbe Vozaca, inter japonicas illustri, in qua una cum Taici filio [46] gubernatores omnes et ipse Daifus,

---

373 dynastarum *corr., forsitan ex* pri ...

---

41 Terazawa, Shima-no-kami, Februario 1598 in terris Arimanis et Ōmuranis plusquam 130 ecclesias cum Domibus adjacentibus destruxit: vid. opus nostrum *Introductio* pp. 500 et 736 (cum fontibus).

42 Katō Kiyomasa, cui post proelium in campo Sekigahara etiam altera pars provinciae Higo (quae erat Augustini Konishi) data erat. Vid. de eo *Doc. 31*, Adnot. 23 ad textum; et editionem nostram: LUCENA, Erinnerungen, Adnot. 86 ad Partem III.

43 Miyako, urbs superior, a Sanjō-dōri ad septentrionem. Cf. *Doc. 31*, Adnot. 11 ad textum.

44 Miyako, urbs inferior, a Sanjō-dōri ad meridiem. Cf. *Doc. 31*, Adnot. 10 ad textum.

45 Taikō (quem titulum ab anno 1592 gerebat): Toyotomi Hideyoshi: qui mense Septembri 1598 mortuus est, die 18. (vel 16.): vid. *Doc. 31*, Adnot. 18 ad textum. — *Introductio*, pp. 174/75, Adnot. 15.

46 Toyotomi Hideyori, filius ducis Toyotomi Hideyoshi: vid. de eo *Doc. 39*, Adnot. 50 ad textum. — De Gubernatoribus pro eo puero constitutis a patre:

nunc totius Japoniae imperator, morabantur. Domus haec eleganti admodum pro tempore aedificio constructa est, ita ut inter omnia, quae in illis partibus habemus, domicilia primatum teneat, in eaque Nostrorum etiam Rector degebat communiter. Post bellum vero commissum Daifus victoria potitus ad urbem Fuximensem [47] novem passuum millia a Miacensi distantem regiam transtulit, et in ea residens Japonici imperii gubernacula administrat; ex quo factum est, ut novam in hac urbe residentiam extruere compulsi simus, dissimulata quadam et humili fabrica. Ipse vero Nostrorum Superior in domo inferioris partis Miacensis modo residet cum altero sacerdote et tribus Fratribus. Verum, cum etiam in superiori parte multi reperiantur Christiani, quos excolere et aliorum conversionem procurare difficile admodum poterant Nostri in inferiori urbe existentes, tertia residentia in parte superiori [48] anno praeterito extructa est; quae omnes Rectori /73v/ domus inferioris urbis parent, et inter haec quatuor domicilia sex Patres ex Nostris et septem Fratres cum multis *Dogicis* sunt dispersi, et ex his quatuor veluti propugnaculis nostri milites per diversa loca amplioris illius ditionis discurrunt, in quibus ut minus decem millia Christianorum excolunt atque doctrina et sacramentis in Fide nostra confirmant, praeter alios multos, quos, per diversa Japoniae regna dispersos, per epistolas et internuntios in Fide sustentant.

De Residentiis Bunguensi, Yamagutiana, Bugensi, et Facatensi.

Praeter jam dictas residentias, quae rectoralibus domibus sunt annexae, aliae quatuor residentiae in diversis regnis hoc quadriennio sunt excitatae, quae longe a rectoralibus domibus existentes, immediate Japoniae Viceprovinciali sunt subjectae. Prima est in regno Bunguensi, in quo Francisci

386 quae *bis positum* ‖ 390 distantem *corr. ex* distin... ‖ 400 inferioris *corr. in principio*

Doc. 31, Adnot. 19 ad textum. — De proelio in campo Sekigahara: *Doc. 31*, Adnot. 22 ad textum.

[47] De palatio et urbe Fushimi vid. *Introductio*: habes imaginem antiquam inter pp. 176/177, cum explicatione p. XXVI; 616-619 (cum fontibus europaeis). — Sansom II 383-384. — Cf. *Taikō-ki,* vol. 16, ff. 17-19.

[48] Residentia S. J. in urbe superiore Miyacensi (Kami-gyō): *Introductio* pp. 615-616 (ejus historia).

Regis tempore, optime de christiana religione meriti, principalia nostrae Societatis domicilia, et septuaginta fere Christianorum millia continebantur. Sed post ejus mortem ejus filius, a paterna virtute degenerans, Fidem simul et regnum amisit [49], et nostrae domus et ecclesiae omnes in persecutione dirutae sunt, et numerus Christianorum sic imminutus est, ut vix in praesenti tempore duodecim millia numerentur, reliquis partim bello, fame, et morbo pereuntibus, partim exilio mulctatis et in varia loca dispersis, partim denique ad infidelitatem cum suo dynasta revertentibus. Quamvis autem, dominio hujus regni ad ethnicos delato [50], adhuc non liceat nobis in eo libere versari, tamen studiose curatum est, ut quotannis aliqui ex nostris Patribus eo irent, regionemque lustrarent, ac reliquias Christianorum huc illucque dispersas colligerent. Ad haec variis in locis nonnulli ex incolis, prudentia et christiana religione insignes, constituti sunt tamquam magistri reliquorum: qui doctrina consilioque vel morti vicinos adjuvant, vel labantes in Fide confirmant, vel par-

---

[49] Ōtomo Yoshimune, anno 1578 a patre Ōtomo Yoshishige regimen feudi accepit; Julio 1581 residentiam suam e castello Niūjima (Usuki) ad civitatem Funai mutavit; die 27. Aprilis 1587 a P. Petro Gómez baptizatus, exorta persecutione in fide titubare coepit; sed anno 1591 cum Ecclesia pacem renovavit. In expeditione Coreana inconsiderate se gerens, feudum amisit (1593); in quod quidem anno 1600 ab adversariis ducis Tokugawa Iyeyasu restitutus, sed mox ab hostibus captus, exilio mulctatus est. Anno 1605 post sinceram conversionem ut Christianus obiit. Vid. de eo *Introductio*, pp. 984-985 (in Indice). — De ejus morte Litterae Annuae, die 10. Martii 1606 in civitate Nagasaki a P. João Rodriguez Giram signatae (Orig., lus.) referunt: *J. 55* 199-200.

[50] Post victoriam principis Tokugawa Iyeyasu (Sekigahara, 21. Oct. 1600) et alteram destitutionem Ōtomo Yoshimune, provincia ('kuni') Bungo inter complures vasallos iterum divisa est. —

1. Takenaka Shigetaka a castello Takata (15 000 koku) ad civitatem Ōita (+ 20 000 koku) mutatus est (= 35 000 koku). —
2. Inaba Sadamichi feudum Usuki obtinuit. —
3. Mōri Takamasa ab oppido Hita ad oppidum Saeki translatus est. —
4. Ogawa Mitsuuji oppidum Hita (20 000 koku) ut feudum recepit. —
5. Kurushima Michichika ad oppidum Mori destinatus est. —
6. Kinoshita Nobutoshi ad castellum Hiji (25 000 koku) vocatus est.
7. Praeterea Katō Kiyomasa, provinciae Higo praepositus, loco insularum Amacusanarum, in Bungo terras quasdam sibi additas habuit.
8. Hosokawa Tadaoki simul cum tota provincia Buzen etiam tertiam fere partem provinciae Bungo obtinuit.

Cf. *Sōgō Chihō-shi Dai Nempyō*, Tōkyō 1967, pp. 1518-1519. — Ibi etiam feudorum distributionem anno 1593, post primam destitutionem Ōtomo Yoshimune, factam, atque iterum anno 1594 emendatam, invenies.

vulis sacramenta baptismi impertiunt, et Christianos ad suas aedes, in quibus altaria constituta sunt, ad orandum congregant[51]. /74/

In Yamagutiana civitate nobilis residentia post mortem Taici fuerat extructa, et in ea per tres annos continuos Pater unus ac Frater ex Nostris cum tribus *Dogicis* et reliquo famulato uberem fructum collegerunt, cum fere duo millia ethnicorum nostrae religioni manus dederint. Verum hoc anno Moridonus, qui huic regno et alteri illi conjuncto dominatur, ethnicorum bonziorum suasu Nostros ab urbe ejecit, et magnam in Christianos persecutionem excitavit. Ejus tamen gubernator, qui secreto Nostris favet, aedes nostras adhuc servat intactas, spoponditque se eodem modo servaturum, donec placatus Moridonus iterum eos admittat, quod interim enixe a Nostris et ab aliis Christianis curatur[52].

In regno Bugensi nobilis etiam ante triennium fuerat extructa residentia[53], quam Yechudonus[54], hoc regno post bellum potitus, licet ethnicus, nobilissimae mulieris, quae Gratia appellabatur, maritus, et idcirco Nostris bene affectus, nobiliorem hoc anno reddidit: arce enim in munitiorem locum mutata[55], suis impensis nostram etiam residentiam jussit transferri, et in ea varia domicilia, tum ad Nostrorum habitationem, tum ad ipsum Yechudonum, qui domum nostram frequentat, et ad altos excipiendos hospites accommodata. Est hic dynasta inter alios Japoniae principes in magna existimatione, et christianae Fidei catechismum curiose a Nostris est edoctus, eisque sic favet, ut et ipse animo Christianum se esse dicat, et ab aliis congruenti tempore nostrum baptisma suscepturum esse existimetur: quod faxit Deus: principem enim ipsum Tçunocami Augustino potentiorem es-

445 se *add. sup. lin.* || 455 Yechudonum *corr.*

[51] Munera ista ex officio templorum custodibus (quos *Kambō* vocabant) committi solebant; aliquando tamen viri religione et virtute conspicui ex ipsa communitate christiana ad haec pia servitia praestanda designari poterant.

[52] Cf. historiam Residentiae in civitate Yamaguchi (de tertia periodo, 1599-1602, agitur): *Introductio* pp. 664-670. Residentia proprie dicta postea instaurata *non* est.

[53] Vid. historiam Residentiae in Nakatsu: *Introductio* 583-585.

[54] Hosokawa (Nagaoka) Tadaoki, Etchū-no-kami: vid. de eo *Doc. 39,* Adnot. 41.

[55] Anno 1602 Tadaoki castellum ex oppido Nakatsu ad oppidum Kokura transtulit: vid. historiam Residentiae in Kokura: *Introductio,* pp. 586-587.

semus recuperaturi. Hanc residentiam unus Sacerdos et duo ex nostris Fratribus cum quatuor vel quinque *Dogicis* inhabitat, quos Yechudonus omni officiorum genere et amore complectitur, et trium fere millium Christianorum, qui in hoc regno degunt, curam habent.

In regno Chicugensi nobilis est urbs, Facata nomine [56], quae tum multitudine incolarum, tum etiam nobilitate ac frequentia omnibus hujus Ximi opibus antecedit, praesertim postquam Cainocamidonus [57], qui post bellum hujus regni dominus effectus est, arcem, quae prius in alio loco posita erat, prope hanc urbem transtulit, cum omnibus hujus regni proceribus. In hac urbe anno praeterito nova residentia erecta est, /74v/ quae modo Sacerdotem unum ac Fratrem alit, qui trium fere millium Christianorum in hoc regno degentium curam habent. Estque hic locus valde Nostris et rei christianae accommodatus, totiusque hujus regni conversio facile expectari poterat, si Cainocamidonus, ut fuerat a pueritia baptizatus ante persecutionem, ita post eam firmus in Fide permansisset. Verum, partim timore mundano, ne displiceret Taicosamae, partim carnalibus illecebris et vitiis irretitus, quo magis in dignitate crevit, magis etiam a nostra religione se alienavit. Ejus tamen pater Quambioyedonus [58] se christianum profitetur, quamvis et hic etiam utroque pede claudicet; ejus tamen frater [59], qui inter omnes hujus regni proceres primum locum obtinet, fortiter et Fide et moribus christianam religionem amplexus est, speramusque ejus ope, et auxilio divino, futurum, ut tam pater quam filius resipiscant.

Quod vero ad redditus attinet, quibus Japonica Provincia sustentatur, habet primo mille aureos annuos, quos Se-

[56] Descriptionem et brevem historiam civitatis Hakata vid. in Dictionario Geographico *Dai Nihon Chimei jisho* (vol. II: *Chūgoku, Shikoku, Saikoku*) auctore YOSHIDA Tōgo, [2] Tōkyō 1938, pp. 1500-1501 (cf. etiam pp. seqq., praesertim p. 1506: Fukuoka-jō). — De destructione civitatis per milites Ryūzōji Takanobu (1581), ejusque velut novam fundationem, anno 1587 a Toyotomi Hideyoshi factam, necnon de Residentia S. J. Hacatensi: vid. opus nostrum *Introductio* pp. 588-591.

[57] Kai-no-kami = Kuroda Nagamasa Damianus: vid. de eo *Doc. 39*, Adnot. 36 ad textum. — Nagamasa post bellum de successione a Tokugawa Iyeyasu totam provinciam Chikuzen ut novum feudum obtinuit, et mox arcem Fukuoka-jō construere coepit.

[58] Kuroda Yoshitaka Kambyōye Josui Simeon: vid. de eo *Doc. 31*, Adnot. 12.

[59] Kuroda Soyemon Michael Luís: vid. de eo *Doc. 39*, Adnot. 37.

renissimus olim Portugalliae Rex Sebastianus, pro fundatione unius collegii, in civitate Malaca perpetuo solvendos assignavit [60], qui quidem difficillime ac tardissime exigi a Nostris possunt, ita ut semper plurium annorum census debeatur. Accedit hoc incommodum, quod, cum pecuniae species, quae Malacae, solvitur, deterior multo sit sinensi pecunia, in ejus transmissione ad Macaensem portum plusquam triginta aurei pro quolibet centenario amittuntur. Ex quo fit, ut numerus mille aureorum vix reducatur ad septingentesimum, quae summa olim Bunguensi collegio fuerat per Vestram Paternitatem applicata. Translato autem collegio pecunia etiam ad Nagasaquense vel Arimense collegium transferri debuit; verum nomine potius quam re est dicenda collegii: cum enim tam male exigatur, collegia ipsa sicut reliquae domus et residentiae annua quadam pensione per P. Viceprovincialem assignata sustentatur. Praeter hanc summam habet etiam in India haec Japonica Provincia prope Collegium Bazainense tria praedia [61], praeter certam aliam quandam pensionem sive censum, propria pecunia coempta, e quibus alii plusquam mille aurei annui excipiuntur, qui quidem ratione monetae idem detrimentum patiuntur ut in transmissione vix ad septingentesimum numerum reducantur. Quae summa /75/ fuerat Domui Probationis attributa. Praeter hos redditus habet etiam haec Provincia annuam pensionem quatuor millium ducatorum Camerae, per felicis recordationis Gregorium XIII. in Hispaniae Collectaria solvendam, japonicis collegiis ac seminariis attributam anno 1583 [62]; quam Sixtus Pontifex [63] aliis duobus millibus aureis annuis auxit ac pro sustentatione eorundem collegiorum ac seminariorum perpetuam fecit anno 1585: quam quidem, vix uno anno solutam, varias ob causas reliquo sui pontificatus tempore ab ejus solutione supersedere jussit, donec anno 1591 Gregorius XIIII. eandem ad quatuor millia ducatorum juxta Gregorii XIII. concessionem redactam restituit. Clemens vero Octavus per

[60] Documentum datum « Lisboa, XXVI de Feuereiro, mil quinhentos setenta quatro anos », « Ao Pe Visitador de Japam e China », pergam., Madrid, Bibl. R. Acad. Hist., *Jes. Leg. 21* ff. 959-960v: vid. opus nostrum *El « Archivo del Japón »*, p. 266.

[61] Caranja, Ponvem, Condotim: vid. supra *Doc. 24*.

[62] Vid. Schütte, *Die Wirksamkeit der Päpste für Japan*, p. 31 (205) 74 (248) 78-79 (252-253).

[63] Ibid., p. 31 (205) 77 (251).

quatuor fere annos continuos hoc suo tempore solvi vetuit, donec anno 1602 ad quatuor mille aureos hispanicos reduxit, magno cum totius Japoniae detrimento [64]. Ex eo enim factum est, ut tota ea pecuniae summa, quam loco reddituum Japonica Provincia tanquam depositum habebat, consumpta sit, et in maximam necessitatem devenerit. Cum enim horum reddituum, quos habere haec Provincia Japonica dicitur, altera pars tam est incerta, altera vero tam male exigitur, altera denique in India expenditur, et quod reliquum est, adeo periculose per tot maria in Japoniam transmittitur, ut vix minima totius ejus pars quotannis ad eam perveniat, nec ad tertiam partem japonicarum expensarum sufficiat: factum est, necessitate et caritate cogente, ut ad novam hanc Ecclesiam sustentandam Summi Pontificis permissu, ac facultate per Patres Generales concessa, haec Provincia semper usa sit adjumento sericarum mercium, quae per externos ex Sinis coemptae et per eosdem in Japonia venditae magnum emolumentum ad reficiendos japonicos sumptus attulerunt [65]; qui sumptus quotannis ad summam duodecim millium aureorum accedunt; et hi sericarum mercium redditus omnium sunt certissimi, quos Japonica Provincia possidet. Habebat autem ad hoc mercimonium sustentandum in pecunia numerata circiter viginti millia aureorum, quorum plusquam media pars per haec japonica et sinica maria in continuo periculo versabatur. Quae summa, cum tam parva esset ad tantam domiciliorum, ecclesiarum, ac personarum multitudinem sustentandam, /75v/ vere nervus erat rerum temporalium totius hujus Provinciae: quae partim abhinc quarto anno tempestate maris absorpta est cum Lusitanorum navi, in quo et P. Aegidius Mata mortuus est [66], partim hoc anno, ut inferius dicemus, ab Olandensibus pyratis ablata est [67]: ex

556 et *add. sup. lin.*

[64] Solutionem annuam 1603-1641 vid. in SCHÜTTE, *Cortes*, pp. 57-70.

[65] Vid. infra, Doc. 89, Adnot. 67 ad textum.

[66] *Introductio* 60-61 (cum fontibus); 176; 338 (die 26. Febr. 1599 profectus: *J. 14 I* 7, Em. Dias); 665. — SCHÜTTE, *Cortes*, pp. 21-22 (cum fontibus).

[67] Vid. infra, *in hoc Doc.*, f. 76v. — De illa navi perdita: Valign. ad Gen., Macao, 6. Martii (intellige: Aprilis!) 1604, 1a via, Orig., hisp., *J. 14 I* 158-159v. — Cf. (inter alia multa) PÍREZ, *Pontos*, Madrid, Arch. Hist. Nac., *Jes. Leg. 271/59* = supra, Doc. 31 A, ad annum 1603. — C. R. BOXER, *The Great Ship from Amacon*, Lisboa 1963, pp. 67-68. — Cf. supra, prologum ad hoc Documentum, in parte generali, sub nr. 2.

quo Provincia haec Japonica in maximas necessitates et angustias totius fere remedii expertes adducta est. Et haec sunt, quae de domibus et residentiis japonicis occurrunt dicenda.

Collegium Macaense

In Sinensi vero regno, in urbe Macaensi, quae in Sinarum portu a Lusitanis est constructa [68], ex parva domo, quam aliqui de Societate incolebant [69], novum collegium primo constructum est anno 1593 [70], ita capax, ut quinquaginta et eo amplius de Societate facile capiat. In quo non modo qui ab Europa et India veniunt nondum emenso studiorum cursu, incoeptum opus absolvunt, verum huc etiam ex Japonia japonii Fratres mittuntur, litteris ac virtutibus erudiendi. Qui vero jam confectis studiis illuc accedunt, eorum partim japonicam linguam, partim sinicos characteres ediscunt, donec suam quisque Provinciam adeat. Ex quo fit, ut collegium hoc, multo sumptu et sudore fundatum, tam Sinarum quam Japoniorum seminarium appellari merito possit. Morantur in hoc collegio communiter [71] quinquaginta fere ex Nostris, nunc autem sexaginta numerantur, quorum triginta sunt Sacerdotes, Fratres vero totidem, ex quibus octo sunt Japonii, Coadjutores vero sex. Auctus est hoc anno Nostrorum numerus, tum ex adventu plurimorum, quos Paternitas Tua destinavit, tum etiam, quoniam ex Olandensium pyratarum concursu impedita hoc anno fuit ad Japoniam navigatio [72]: ad quam duodecim ex Nostris destinati fuerant, praeter alios sex pro Sinica Missione nominatos. Habet collegium hoc, nullo tamen obligationis debito, varias classes, in quibus duo ex nostris Patribus scholasticam theologiam docent, alii vero duo casus conscientiae, unus item philosophiam, duo vero

---

[68] Cf. C. R. Boxer, *The Christian Century in Japan 1549-1650* (ed. 1951), 91-92. Idem, *The Great Ship from Amacon*, Lisboa 1963, p. 24. — A. Montalto de Jesus, *Historic Macao*, Hongkong 1902, pp. 18-29.

[69] De fundatione Domus Macaensis S. J. (1565) vid. amplam expositionem in opere nostro *Introductio*, pp. 797-798, Adnot. 11. Cf. p. 381.

[70] Collegii Macaensis ortum, atque descriptionem verbis ipsius fundatoris Alexandri Valignano, videas in opere nostro *Introductio* pp. 162-166.

[71] Numerum sociorum in Collegio Macaensi viventium, per singulos annos, 1594-1655, habes in Schemate V., pp. 383-386, operis nostri *Introductio*.

[72] C. R. Boxer, *The Great Ship from Amacon*, ed. cit., pp. 67-68. — Cf. *Introductio*, p. 975 (anno 1603).

humanitatem et grammaticam; demum unus ex Fratribus Abecedarii prima elementa litterarum dignoscendi atque pingendi pueros studio erudit, ac brevi decem annorum spatio / 76 / mirum est, quot doctos viros in philosophia et theologia collegium hoc produxerit, cum ex eo tam Japonica quam Sinica Provincia quamplures nunc habeat, quibus fere carebat ante hujus collegii fundationem.

In hoc quadriennio aliqua huic collegio successerunt incommoda, quae tamen aspirante divina gratia in majorem commoditatem sunt conversa. *Primum* illud fuit, quod mense Novembri anni 1600 (quo casu, adhuc ignoratur) domus quaedam a tergo ecclesiae nostrae conjuncta parvo incendio coepit ardere, quod veteri lignorum materia vires ministrante, adeo brevi tempore corroboratum est, ut tota nostra ecclesia cum omni altarium ornatu atque imaginibus combusta sit [73], totaque civitate accurrente vix locus fuit ad Sanctissimum Sacramentum cum suo tabernaculo eripiendum ab illa voraci flamma. Et ne ad comburendum collegium etiam se extenderet, pars etiam domus antiquae a Nostris et ab externis concurrentibus diruta est. *Secundum* incommodum anno sequenti sequutum est. Tyfonius enim ventus septies variis in diebus tam furiose totam hanc civitatem concussit [74], ut maximam partem domorum, quae terreis parietibus constant, ad terram dejecerit. Inter reliquas vero magnum damnum ea pars collegii passa est, quae ex veteri antiquae domus fabrica adhuc remanserat, ita ut omnino ad habitandum inhabilis redderetur. Ex quo factum est, ut Nostrorum habitatione diminuta, et ecclesia in loco scholarum ad remedium pro tempore accommodata, Nostri hoc fere triennio maximam incommoditatem sint perpessi. Hoc autem anno Lusitanorum liberalitate nova est constructa ecclesia [75], quae priorem et

---

590 *in imma pagina, in angulo sinistro, alio atramento scriptus est numerus 3, sicut jam in imma pagina 68r.*

---

[73] De illo incendio ipse Visitator refert: Valign. ad Gen., Macao, 6. Oct. / 12. Nov. 1603, lit. C, *J. 14 I* 137 (137-139v). — Valign.-Gen., Macao, 7. Aprilis 1604, lit. D, 3a via, *J. 14 I* 162 (160-161v).

[74] In iisdem epistolis Valignano etiam de vehementibus ventis (Taifu) scribit (vid. Adnot. praeced.).

[75] De nova illa ecclesia 'Matris Dei' plurima inveniuntur in codice AHU 1659: vid. opus nostrum *Introductio* pp. 302-306. Petra fundamentalis hanc inscriptionem habet: « Virgini Magnae Matri / Civitas Macaensis Libens / Posuit An. 1602 » (cf. ib. p. 305). — Die 24. Decembris 1603 Sanctissimum

forma et amplitudine maxime antecellit, ac prope eam alta turris erecta est ad campanas sustinendas, simulque novum cubiculorum aedificium exaedificatum est ad Nostros commode recipiendos. Itaque, quae huic collegio acciderant incommoda, in majorem utilitatem redundarunt.

Habet hoc collegium in interiori Sinico regno quatuor residentias, in quatuor distinctis provinciis. Prima est in civitate Xaucheo, quae ad Cantoniam provinciam pertinet. 2ª est in civitate Nanchan in provincia Quansi, reliquae duae in hoc quadriennio sunt erectae in duabus regiis civitatibus Nankino et Pakino, magno cum Nostrorum honore et rei christianae / 76v / incremento: ultra enim omnem spem, postquam Nostri habitum litteratorum sinicorum, et christianae legis doctorum nomen assumpserunt, relicto bonziorum apud Sinas infami nomine, in tantam opinionem et venerationem apud sinicos magistratus (quos Mandarinos appellant) devenerunt, ut, qui antea vix genibus flexis ad colloquendum cum ipsi Mandarinis admittebantur, nunc sedentes et tanquam aequalem gradum habentes cum omni patria urbanitate colloquantur, ab eisdemque solitis inter eos munusculis invisantur, et ad convivia urbanissime invitentur. Ex quo factum est, ut, crescente Nostrorum fama et opinione, ab ipsis Mandarinis prius in regia civitate Nankino, in qua olim reges residebant, sint excepti, ac demum anno praeterito etiam ipso Rege sciente in regiam Pakim, in qua nunc reges morantur, sunt admissi, et in omnibus his quatuor civitatibus plures non infimae notae homines Domini Nostri Jesu Christi gregi se ascripserint. Apertumque est ostium non solum ad Christi Evangelium promulgandum, sed ad plures ex Nostris in Sinicum regnum introducendos, cum maxima omnium admiratione. Hoc tam congruenti tempore, divina Providentia sic statuente, percommode P. Visitator ex Japonia ad visitandum hoc collegium venit[76], atque ad Sinicas residentias cor-

648 introducendos *corr. ex* introducendum

Sacramentum in eam primum illatum est. — Cf. de ea *Doc. 39*, Adnot. 56 ad textum.

76 P. Alexander Valignano die 15. Januarii 1603 e Japonia solvens, die 10. vel 11. Februarii 1603 Macaum regressus est: Valign. ad Gen., 12. Nov. 1603, Macao, Orig., hisp., *J. 14 I* 137. — Secundum epistolam Episcopi L. Cerqueira ad Assistentem Lusitanum J. Álvarez, Nagasaki, 20. Febr. 1603, Autogr., lus., 1a via, *J. 20 II* 158 Visitator die 18. Januarii 1603 profectus est. — Cf. supra, p. 435, adnot. 3. — Cf. *Introductio* p. 1037 (= Add. ad pag. 177).

roborandas, in quibus novem tantum ex Nostris reperiebantur, alios sex sacerdotes destinavit, et alios duodecim in Japoniam, magna cum omnium gratulatione et hujus collegii existimatione, cum ex eo una die decem et octo ex Nostris, fere omnes theologi, ad propagandum Evangelium mitterentur.

Verum tanta laetitia (quod proprium est instabilis mundi hujus) statim in magnam tristitiam conversa est: eodem enim temporis momento, quo Patres nostri in Japoniam navigaturi ad conscendendam navim accedebant, repente duae Olandensium pyratarum naves prope navim apparuerunt[77], eamque, duce et militibus vacuam et omni fere auxilio destitutam, eo quod nondum navim ascenderant, brevissimo temporis momento in suam potestatem redegerunt, preciosissimis onustam mercibus, magno cum totius hujus civitatis et nostrae Societatis detrimento. Merces enim in ea positae plusquam quatercentum millibus aureorum aestimabantur: inter quos Nostri viginti mille aureorum summam amiserunt, quae summa nervus erat nostrae Societatis in his partibus, ad Japoniam, Si-/77/nicas Missiones et hoc collegium sustentandum: quae omnia loca, amissa hac pecuniae summa, in maximam paupertatem ac necessitatem devenerunt. Ex quo etiam factum est, ut et Japonia hoc anno impensarum et ministrorum adjumento caruerit (ad eam enim navigaturi in hoc collegio remanserunt), et Sinica Missio sit etiam intercepta, cum ad eam ituri necessariis expensis careant, quibus sustententur. In tanta autem rerum omnium penuria spes duplex relinquebatur: altera fundationis hujus collegii, quam expectabamus, procurante Vestra Paternitate apud Regem Catholicum; altera vero, adventuras ex India naves aliquod auxilium allaturas ex ea pecunia, quam Summi Pontifices ex Hispanica Collectaria ad sustentandam Japoniam destinarant; quae, quoniam his quatuor annis praeteritis soluta non fuerat, hoc anno redditus horum quatuor annorum expectabamus. Sed utraque haec spes etiam nos fefellit. Nam de collegio fundando nihil actum esse cognovimus; et [in] Hispanica Collectaria pensio, quae erat sex millium aureorum

687/8 *verbum* in *deletum est in ms., ita ut* hispanica collectaria *sint adjectiva apposita ad verbum* pensio

[77] Cf. supra Adnot. 67.

Camerae, ad quatuor tantum millia aureorum hispanicorum redacta est, conditione etiam apposita, ut ne hi quatuor mille aurei solverentur, nisi prius Vestra Paternitas duo mille aureos, quos Sixtus Quintus auxerat, et decursas pensiones, hoc toto tempore debitas, remitteret [78]. Ex his vero quatuor mille aureis, quos Procurator noster in Hispania exegit, variis casibus succedentibus vix duo mille et quingenti ad sinicum portum pervenerunt. Unde P. Visitator in maximis angustiis positus est, nesciens, quo pacto tanto malo possit remedium adhibere. Quod autem commodius sese obtulit, hoc fuit, naviculam quam citissime in Japoniam mittere [79], quo successus navis P. Viceprovinciali et Nostris omnibus innotesceret, et expensas sic minuerent, ut duodecim mille aurei, quos quotannis expendebant, ad quinque tantum millia reducerentur, atque ad hoc praestandum ducentos *Dogicos* et duas partes famulorum e domibus nostris dimitterent, et Patres residentiarum ad majores domos revocarentur, ac demum domorum et ecclesiarum fabrica omnis cessaret, hospitum convivia et munuscula etiam necessaria intermitterentur; denique cum terrarum dominis, ac reliquis Christianis agerent de aliquo subsidio Patribus in hac necessitate tribuendo, ita ut pecunia illa duodecim fere millium aureorum, quae apud ipsos remanserat in hujus anni sustentationem, saltem per tres sequentes annos sufficeret: nullum enim huic malo proximius remedium / 77v / invenire poterat. Hoc autem, quamvis nostrae Japonicae Societatis et ipsius etiam Ecclesiae Christianae maximum sit futurum detrimentum, ne tamen omnino pereant, necessarium est. Et hic status est hujus Provinciae, qui ad Vestram Paternitatem describi potest, et a Procuratore, qui ex hac Provincia Romam mittitur, melius intelligetur. Mense Septembri ejusdem anni 1603 hic Catalogus renovatus est a P. Visitatore.

Depois deste Catalogo feito veo reposta de Japão [80], em que o P.e Viceprovincial escreveo, que se tinhão apertado no gasto. Mas não tinhão despedidos se não mui poucos *Dogicus*

710 duodecim *bis positum* || 721/6 *De manu vide Introd. ad hunc Cat.*

[78] Vid. supra, Adnot. 62-64.

[79] Vid. opus nostrum *Introductio,* p. 340 (cum fontibus).

[80] Fr. Petrus de Monteagudo die 18. Octobris 1603 Macaum regressus est: vix dubium quin ad litteras ab eodem e Japonia allatas Visitator alludat. Cf. *Introductio,* p. 340. — Vid. supra, prologum ad Catalogos 32 A-C.

e moços, conservando inteiras todas as casas e residências, porque alguns senhores christãos os ajudão perà sustentação deste anno, até chegar a Nao.

Alexandro Valignano

727 *Subscriptio est autographa.*

32 C

J. 25, 78-82v

Textus

J. 25, 79

Catálogo das Informações Commuas dos Padre e Irmãos do Collégio de Macao, feito a 25 de Janeiro de 1604

1. P. Valentim Carvalho, Português, de Lisboa, do mesmo arcebispado, de 45 annos de idade, de 27 da Companhia, de medíocres forças. Acabou os estudos de philosophia e theologia, Mestre em Artes por Coimbra. Leo latim, rhétorica, hum curso de philosophia e theologia. Hé agora Reitor deste Collégio. Foi feito Professo de 4 votos no anno de 1596.

2. P. Francisco Luís, Português, da vila da Vidigueira, do arcebispado de Évora, de idade de 30 [annos], da Companhia 20, de medíocres forças. Estudou casos. Hé ministro deste Collégio. Foi feito Coadjutor formado Spiritual no anno de 1604.

3. P. António Rodríguez, Português, de Montemor o Novo, arcebispado de Évora, de 53 annos de idade, de 30 da Companhia, de medíocres forças. Acabou os estudos de philosophia e theologia. Leo hum curso de philosophia; leo, e lee agora, casos. Foi feito Professo de 4 votos no anno de 1596.

4. P. Lázaro Cattánio, Italiano, da cidade de Sorozava, de idade de 43 annos, da Companhia 23, de medíocres forças. Acabou os estudos de philosophia. Ouvio dous annos de theologia. Fez profissão de 4 votos no anno de 1596.

5. P. Baltezar Borges, Português, da vila de Aguiar, arcebispado de Braga, de 37 annos de idade, 21 da Companhia, de boas forças. Acabou os estudos de philosophia e theologia. Leo latim, rhetórica, e hum curso de philosophia; e agora lê theologia. Fez profissão de 4 votos no anno de 1603.

6. P. Manoel Gaspar, Português, de Lamego, de idade de 48 annos, da Companhia 28, de boas forças. Estudou philosophia, e theologia tres annos e meio. Leo casos em Goa. Foi Procurador no Collégio de Goa, e agora o hé de Japão. Fez profissam de quatro votos no anno de 1601.

7. P. Diogo Pinto, Português, de Quintella, bispado de Miranda, de 57 annos de idade, 38 da Companhia, de medíocres forças. Acabou seu[s] estudos de philosophia. Ouvio dous annos de

2 25] *vid. corr. ex* 15

theologia. Leo latim, e casos. Foi prefeito da igreja de Malaca, e ministro deste Collégio de Macao. Foi feito Coadjutor Espiritual no anno de 1588. / 79v

8. P. Francisco Laguna, Castelhano, natural de Entreva, bispado de Callahorra, de idade de 51 annos, da Companhia 33, de medíocres forças. Acabou seus estudos de theologia e philosophia. Foi ministro nesta Casa da Madre de Deus de Macao. Agora lee casos. Fez profissão de 4 votos no anno de 1603.

9. P. Fernão Martínez, Português, de Évora, de 60 annos de idade, de 38 da Companhia, de fracas forças. Estudou casos. Foi ministro no Collégio de Cochim, e no de Goa. Foi prefeito da igreja neste Collégio. Fez os votos de Coadjutor Spiritual no anno de 1590.

10. P. Francisco Pacheco, Português, de Ponte de Lima, arcebispado de Braga, de 36 annos de idade, 18 da Companhia, de medíocres forças. Acabou os estudos de philosophia e theologia. Leo latim. Agora lee theologia. Fez profissão de 4 votos no anno de 1603.

11. P. Diogo Antunes, Português, do Crato, priorado de S. João, de 51 annos de idade, 33 da Companhia, de medíocres forças. Acabou o curso de philosophia, e ouvio dous annos de theologia. Leo latim. Foi ministro no Collégio de Cochim, e na Casa de Macao. Foi feito Coadjutor Spiritual formado no anno de 1590.

12. P. Zacharias Campioni, Placentino, da cidade de Placência, de idade de 32 annos, da Companhia 14, de forças medíocres. Acabou seus estudos de philosophia e theologia. Agora preside aos theologos.

13. P. Sebastiam Vieira, Português de Lamego, de 32 annos de idade, da Companhia 15, de medíocres forças. Acabou os estudos de philosophia e theologia, e agora hé Mestre dos noviços.

14. P. Francisco Lopes, Português, natural de Proensa a Nova, do priorado do Crato, de idade de 30 annos, da Companhia 15, de boas forças. Acabou os estudos de philosophia e theologia. Lê agora curso.

15. P. Francisco Lameira, Português, da vila de Chamuscado, arcebispado de Lisboa, de idade de 44 annos, da Companhia 25. Estudou casos dous annos e meio. De medíocres forças. Fez os votos de Coadjutor Spiritual no anno de 1600.

16. P. Francisco Carvalho, Português, de Lisboa, de 38 annos de idade, da Companhia 18, de medíocres forças. Estudou tres annos de casos. Tem a cargo a escola de ler e escrever.

---

41 forças] *corr. ex* fuerças || 58 formado] *del., sed linea delens postea videtur denuo deleta*

17. P. Guilhelmo Pórtico, Toscano, da cidade de Luca, de idade de 31 annos, da Companhia 9, de boas forças. Acabou os estudos de philosophia; vai no 4. anno de theologia. / 80

18. P. Bastiam Fernández, Português, de Lobam, do bispado de Viseu, de idade de 34 annos, da Companhia 13, de medíocres forças. Acabou os estudos de philosophia e theologia. Lê agora latim.

19. P. Joam Mattheus Adami, Siciliano, natural da cidade de Mazara, de idade de 27 annos, da Companhia 9, de boas forças. Acabou os estudos de philosophia. Vai agora no 4. anno de theologia.

20. P. Joam Baptista Zolla, Lombardo, da cidade de Brexa, de idade de 29 annos, da Companhia onze, de boas forças. Acabou os estudos de philosophia. Leo rhetórica 4 annos. Vai agora no primeiro anno de theologia.

21. P. Jerónimo Centimano, Neapolitano, de Potência, de idade de 44 annos, da Companhia 26, de boas forças. Ouvio hum anno lógica, e tres annos de casos. Foi feito Coadjutor Spiritual no anno de 1598.

22. P. Joam Coelho, Português, da vila de Góis, do bispado de Coimbra, de 31 annos de idade, da Companhia 11, de boas forças. Acabou os estudos de philosophia; estudou quasi hum anno theologia. Foi ministro em Goa, em S. Paulo. Agora hé Perfeito da igreja, e Procurador do Collégio. Foi feito Coadjutor Espiritual neste anno de 1604.

23. P. Tarquínio Agnésio, Italiano, da cidade de Tíbuli, de 26 annos de idade, da Companhia 10, de boas forças. Estudou philosophia, e vai no 1° anno de theologia.

24. P. Joam Vicente, Italiano, da cidade de Tárento, de 27 annos de idade, da Companhia 7, de boas forças. Acabou os estudos de philosophia, e vai no 2° anno de theologia.

25. P. Pero Marques, Português, de Mouram, arcebispado de Évora, 29 annos de idade, da Companhia doze, de boas forças. Acabou os estudos de philosophia. Leo latim 3 annos, e vai no primeiro anno de theologia.

26. P. Sabatino de Ursis, Italiano, de Lechi, de 29 annos de idade, da Companhia 6, de medíocres forças. Ouvio hum anno de mathemática. Acabou os estudos de philosophia, e vai no 3. anno de theologia.

27. P. Bento Fernández, Português, de Borba, arcebispado de Évora, de 25 annos de idade, da Companhia 9, de boas forças. Acabou os estudos de philosophia, e vai no 1° anno de theologia.

---

83 philosophia] so *sup. lin.* || 93 Centimano] *corr. ex* Centinoano ? || 109 arcebispado] *abbreviatio* arcebpo *corr. in* arcebpdo || 113 Sabatino] *vid. corr.*

28. Irmão Francisco Taveira, Português, de Macao, porto da China, de 29 annos de idade, da Companhia 7. Acabou os estudos de philosophia e theologia. Ensina latim. / 80v

29. Irmão Jerónimo Rodrigues, Português, de Montemor o Novo, arcebispado de Évora, de 28 de idade, 12 da Companhia, de boas forças. Ouvio philosophia. Vai agora no 4º anno de theologia. Leo hum anno de latim.

30. Irmão Vicente Ribeiro, Português, de Oeiras, arcebispado de Lisboa, 27 annos de idade, 7 annos da Companhia, de medíocres forças. Ouvio philosophia. Vai agora no 4º anno de theologia.

31. Irmão João da Fonseca, Português, de Lisboa, de 32 annos de idade, 15 da Companhia, de boas forças. Ouvio philosophia, e estudou tres annos de theologia.

32. Irmão Joam da Costa, Português, de Azeitam, arcebispado de Lisboa, de 27 annos de idade, de 12 annos da Companhia, de medíocres forças. Ouvio philosophia, e vai no 4º anno de theologia.

33. Irmão Joam Gonçálvez, Português, de Sancta Maria, arcebispado de Braga, de 32 annos de idade, de 14 annos da Companhia, de medíocres forças. Ouvio philosophia. Vai no 3º anno de theologia.

34. Irmão Músio Roque, Toscano, da cidade de Cena, de 32 annos de idade, da Companhia 12, de medíocres forças. Acabou os estudos de philosophia, e vai no 2º anno de theologia.

35. Irmão Pero de Montagudo, das Casnárias, do mesmo bispado, de 34 annos de idade, de 7 annos da Companhia, de boas forças. Ouvio casos.

36. Irmão André, Japão, de Chicungo, de 34 annos de idade, da Companhia 15, de boas forças. Estudou dous annos casos.

37. Irmão Itto Máncio, Japão, de Fiunga, de 35 annos de idade, da Companhia 14, de medíocres forças. Estudou 3 annos casos.

38. Irmão Juliam, Japam, de Figen, de 37 annos de idade, da Companhia 14, de boas forças. Estudou tres annos casos.

39. Irmão Diogo, Japão, de Ava, de 28 annos de idade, da Companhia 7, de boas forças. Estudou 3 annos casos.

40. Irmão António, Japam, do Tacacu, de 34 annos de idade, da Companhia 16, de boas forças. Estudou 3 annos de casos.

41. Irmão Agostinho, de Omura, Japam, de idade de 38 annos, da Companhia 18, de medíocres forças. Estudou 2 annos casos.

42. Irmão Christóvão Ferreira, Português, de Torresvedras, do arcebispado de Lisboa, de 24 annos de idade, da Companhia 7, de boas forças. Vai no derradeiro anno de philosophia. / 81

150 Fiunga] *ms.* *Fuinga*

43. Irmão Martinho, Japão, de Arima, de 26 annos de idade, da Companhia 7, de boas forças. Vai no derradeiro da philosophia.

44. Irmão Máncio, Japão, de Bungo, 29 annos de idade, da Companhia 7, de fracas forças. Vai no 3. anno de philosophia.

45. Irmão Diogo Carvalho, Português, de Coimbra, de 25 annos de idade, da Companhia 10, boas forças. Vai no 3. anno de philosophia. Leo hum anno gramática.

46. Irmão Miguel Cabral, Português, de Vila Real, do arcebispado de Braga, de 28 annos de idade, da Companhia 9, boas forças. Vai no 3. anno de philosophia.

47. Irmão Simão Antunes, Português, da villa de Manteigas, do bispado de Guarda, de 24 annos de idade, da Companhia 4, boas forças. Estuda rhetórica.

48. Irmão Pero Martínez, da villa Estremôs, do arcebispado de Évora, de 19 annos de idade, da Companhia 4, boas forças. Estuda rhetórica.

49. Irmão Lourenço Méndez, Português, de Feira, bispado do Porto, de 22 annos de idade, da Companhia 4, mediócres forças. Estuda rhetórica.

50. Irmão Joam Bernardes, Português, de Lisboa, de 44 annos de idade, da Companhia 26, boas forças. Fez os votos de Coadjutor Temporal formado no anno de 1602.

51. Irmão Amador Gonçálvez, Português, de Aveiro, bispado de Coimbra, de 75 annos de idade, da Companhia 17, mediócres forças. Fez os votos de Coadjutor formado Temporal no anno 1602.

52. Irmão Gonçalo Francisco, Português, de Villareal, arcebispado de Braga, de 37 annos de idade, 14 da Companhia, boas forças. Faz os offícios de casa. Foi feito Coadjutor Temporal neste anno de 1604.

53. Irmão Diogo Leitam, Português, de San Martinho de Mouras, bispado de Lamego, de 38 annos de idade, de 11 da Companhia, boas forças. Faz os offícios de casa. Foi feito Coadjutor Temporal formado neste anno de 1604.

54. Irmão Joam Dias, Castelhano, de Prado, arcebispado de Toledo, de 29 de idade, de 12 da Companhia, boas forças. Faz os offícios de casa. Foi feito Coadjutor Temporal neste anno de 1604.

55. Irmão Manoel Romeiro, Português, de Tanila, do bispado dos Algarves, de 33 annos de idade, da Companhia 4, boas forças. Faz os offícios de casa.

---

183 boas forças] *alia manu add. sup. lin., vid. manu P. Valentini Carvalho (auctoris)* || 201 *in marg. dext. parvum signum* + (*pro*: defunctus ?)

56. Irmão Gaspar Cardoso, Português, natural de Lamego, de 21 anno de idade. Hé noviço. Faz os offícios de casa.

57. Irmão Felipe Rodríguez, Português, de Montemor o Novo, arcebispado de Évora, de 21 de idade. Hé noviço. Faz os offícios de casa. / 81v

58. Irmão André Pinto, Português, de Lamego, de 22 annos de idade. Hé noviço. Faz os offícios de casa.

59. Irmão António da Sylva, Português, da villa de Mondin, bispado de Lamego, de 21 annos de idade. Hé noviço. Faz os offícios de casa.

60. Irmão João Bras, Português, natural de Monteiras, conselho do Castrodairo, bispado de Lamego, de 35 annos de idade. Hé noviço. Faz os offícios de casa.

Residência de Paquin

61. P. Mattheus Rício, Italiano, de Macerata, do mesmo bispado, de 50 annos de idade, 32 da Companhia, de medíocres forças. Acabou o curso de philosophia, ouvio dous annos de theologia. Foi feito Professo de 4 votos no anno de 1596. Agora hé Superior da Missam da China.

62. P. Diogo Pantoja, Español, de Valdemoro, arcebispado de Toledo, de 33 annos de idade, da Companhia 15, mediocres forças. Acabou seus estudos de philosophia e de theologia. Fez profissão de 4 votos no anno de 1604.

63. P. Gaspar Ferreira, Português, natural da vila de Fornos, de 30 annos de idade, 16 da Companhia, medíocres forças. Começou a philosophia em Coimbra e acabou em Goa; ouvio theologia 3 annos. Leo 4 latim.

64. Irmão Domingos Mendes, China, natural de Macao, de 23 de idade, boas forças. Hé noviço. Estuda as Letras chinas.

65. Irmão António Leitam, natural de Macao, de 22 de idade, boas forças. Estuda Letras chinas. Hé noviço.

Residência de Nanquin

66. P. João da Rocha, Português, de Sanctiago dos Piscos, arcebispado de Braga, de 38 annos de idade, da Companhia 19, medíocres forças. Acabou os estudos de philosophia e theologia. Hé agora Superior da Residência de Nanquin. Fez profissão de 4 votos neste anno de 1604./82.

---

204 Lamego] *corr., e sup. lin.* || 209 58] *corr. ex* 56 || 210 noviço] *vid. corr. ex* novicio || 214 conselho] *corr. ex* concelho || 218 Rício] *nomen in textu non adeo clare scriptum, propterea del., et manu P. Valentini Carvalho denuo positum super lineam* || 229 ouvio] vio *add. sup. lin.* || 231 *Post* Irmão *seq.* Dom *del., dein* Domìngos

67. P. Pero Ribeiro, Português, da villa de Pedrogam, de 31 annos de idade, 13 da Companhia, medíocres forças. Ouvio em Braga hum anno e meio de casos. Depois estudou philosophia, e ouvio quasi tres annos de theologia em Goa e em Macao.

Residência de Nancham

68. P. Manoel Dias, Português, de Alpalham, bispado de Portalegre, de 43 [annos] de idade, de 26 da Companhia, medíocres forças. Acabou os estudos de philosophia e theologia. Foi Superior em Chaul, e Reitor deste Collégio de Macao, e agora hé Superior das Residências de Nancham, Nanquin e Xaucheo. Foi feito Professo de 4 votos no anno de 1595.

69. P. João Soeiro, Português, de Montemor o Velho, bispado de Coimbra, de 37 annos de idade, da Companhia 20, medíocres forças. Acabou os estudos de philosophia e theologia. Fez profissão de 4 votos este anno de 1604.

70. Irmão Sebastiam Fernández, China, natural de Macao, de 42 de idade, da Companhia 15, medíocres forças. Occupa-sse na christiandade.

Residência de Xaucheo

71. P. Nicolao Longobardo Siciliano, de boas forças, de 36 annos de idade, da Companhia . Leo humanidade e rhetórica. Estudou philosophia. Ouvio dous annos de theologia. Hé Superior da Residência de Xaucheo. Foi feito Coadjutor Espiritual no anno de 1599.

72. P. Bertolameu Tedesqui, Italiano, de Fiuizano, de 31 annos de idade, da Companhia 9, de boas forças. Ouvio philosophia, parte em Roma, parte em Coimbra. Ouvio theologia perto de 3 annos em Goa e em Macao. / 82v

73. Irmão Francisco Martínez, China, natural de Macao, 34 de idade, da Companhia 15, medíocres forças. Est[ud]ou latim. Occupa-sse na christandade.

Valentim Carvalho.

---

251 1595] *vid. corr. ex* 1596 || 259 *ms.* Residencias || 260 *Post* Siciliano *seq.* natural *del.* || 261 *Post* Companhia *deest numerus* || 272 *Subscriptio autographa*

33

CATALOGUS BREVIS VICEPROVINCIAE JAPONICAE
1606

[Inter 1. III. et 15. VIII.]
probabiliter mense Martio
1606

1. Catalogus Brevis Viceprovinciae Japonicae, quem hic edimus, in volumine manuscripto *Add. Mss. 9860* Musaei Britannici invenitur, quod pertinet ad manuscripta, quae a Marsden nomen habent: constat duobus foliis chartae japonicae, altis circiter 36 cm., latis 25,4 cm., scl. foliis 111/111v et 116/116v. Textus duabus columnis scriptus est: in folio primo (recto et verso) et in folio secundo (recto, prima columna); folii secundi altera columna vacat. Folium alterum versum hanc habet inscriptionem: « Catálogo das casas e pessoas da Companhia de Jesu de Jappão do anno de 1606. Pera o Pe Provincial da Índia ». Cum textus integer tum hic titulus *scripti sunt manu Patris Francisci Pasio, tunc Viceprovincialis,* ita ut plenissimo sensu de *documento originali* agatur; quod ad Provincialem Indiae, i. e. Goanum, destinabatur. Quare mirum non est, illud inter manuscripta Mardeniana inveniri, quae olim ad Secretariatum Provincialis Indiae Orientalis pertinuisse videntur.

2. Ordo, quo variae domus inter se sequuntur, perspicuus est: nam auctor incipiendo a Domo Nagasakiensi, primum provincias seu 'regna' insulae Kyūshū percurrit: Hizen (Ōmura et Arima), Higo (Amakusa), Bungo, Chikuzen, Chikugo (in ceteris illius insulae provinciis tunc nulla domus existebat); inde ad insulam Hondo transilit, ubi a provinciis occidentalibus ad orientales et septentrionales pergit: Aki, Settsu, Yamashiro, ac tandem 'Hokkoku', qui terminus 'terram septentrionalem' (Echizen, Kaga, Noto) significat.

Ordo autem personarum in singulis domibus is est, ut primo loco Patres, dein Fratres, i. e. Non-sacerdotes, enumerentur: inter Patres vero ii praecedant, qui vi muneris aliquam in regimine partem habebant. Principium illud ponendi, sive inter Patres, sive inter Fratres, primo loco Europaeos, dein Japonenses, in isto Catalogo aliquo modo deseritur.

3. Ex titulo liquet Catalogum anno 1606 compositum esse. Sed quo anni tempore? Id e solo textu erui nequit, sed cognitis ejus anni eventibus aliquo modo deducitur. Nam die 14. Augusti 1606 ad portum Nagasakiensem Navis Macaensis appulit, in qua sex e Societate in Japoniam advenerunt [1]. E quorum numero sociorum quatuor saltem nomina perspecta habemus: sunt autem PP. Benedictus Fernández, Johannes

---

[1] Johannes Rodriguez Giram ad Gen. Nagasaki, 15. Februarii 1607, lus., Orig. = *J. 55* 296.

Baptista Zola, Zacharias Campioni; et Fr. Johannes Bernardes[2]. Ad quorum manipulum etiam Fr. Hirabayashi Mantius pertinuisse videtur[3]. Qui omnes in praesenti Catalogi desiderantur. Unde eum *ante diem 15. Augusti 1606* compositum esse sequitur. — Alia ex parte, Ōmurani principatus Dominus die 24. Februarii 1606 omnes Evangelii praecones e suis terris discedere jussit: qui ante diem 1. Martii, relictis Residentiis, quas in Ōmura, Kuri, Susuta, Sonogi habebant, in alias Domos se receperunt; aliqui tamen, saltem ad tempus, clam inter Christianos Ōmurenses remanserunt[4]. Quodsi Catalogum praesentem inspicis, jam istum statum rerum in eo describi facile invenies: ubi nullae in Ōmuranis terris Residentiae recensentur. Quare non immerito asseritur Catalogum istum post diem 24. Februarii 1606, vel potius post diem 1. Martii 1606, compositum esse. Cumque eo anno Naves tum Macaum tum Manilam petiturae mense Martio e Japonia profectae[5] sint, vix dubium est, quin Catalogus iste *mense Martio 1606* conscriptus sit.

4. Vide: Doi Tadao, *1606/7nen Nihon Jesuskai mokuroku* (Catalogi S. J. in Japonia 1606 et 1607), in: *Kirishitan Kenkyū III.*

---

[2] Eādem Annuā teste (vid. Adnot. praecedentem), P. Zacharias Campioni 17 diebus post adventum in Japoniam (qui fuit dies 14. Augusti 1606 [ib. *J. 55* 296]) subitanea morte abreptus est: ib. *J. 55* 307v-308. Ceteri omnes, dum in Catalogo Brevi anni 1606 etiam tum desiderantur, in Catalogo Brevi Februarii 1607 jam in Japonia recensentur: quo utique post terminatum ventorum tempus e civitate Macaensi venire non poterant; tempus autem ventorum mense Augusto ad finem vergere solebat (cf. opus nostrum *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan* I, 1 p. 127).

[3] De quatuor sociorum adventu etiam aliunde constat; pro Fr. Hirabayashi Mantio alia argumenta desiderari videntur: sed illum tunc advenisse, comparatis inter se Catalogis satis probatur.

[4] Franciscus Pasio ad Gen., Nagasaki, 9. Martii 1606, hisp., Orig. = *J. 14 II* 240-240v.

[5] « Não pode crer V. Ra o grande trabalho que temos nestas monções, avendo de escrever em tempo limitado, porque as embarcações não esperão por ninguém, pera tão diversas partes, e por tantas vias, e *nesta monção particularmente me acho muito alcançado do tempo,* e assi serey breve nesta ... »: Ludovicus de Cerqueira ad P. Johannem Álvarez, Assistentem Lusitanum, Nagasaki, *10. Martii* 1606, lus., Orig., *J. 21 II* 115.

« Polla Nao do trato da China, querendo Deos, ei de escrever a V. Paternidade, e o tenho feito *em Março passado* deste presente anno de 1606, assi polla via ordinária da Índia Oriental, como pollas Philippinas »: idem ad Gen., Nagasaki, 20. Octobris 1606, lus., Orig., *J. 21 II* 119.

Textus

Brit. Mus. *Add. Mss. 9860*,
ff. 111-11v + 116

†

Catálogo das Casas que a Companhia tem em Japão neste anno de 1606, e das pessoas que nellas morão.

Nangasaqui

O P.e Viceprovincial
O P.e Diogo de Mesquita, Reitor
P.e Nicolao da Costa, ministro
P.e Belchior de Mora, prefeto das cousas spirituais
P.e António Francisco, prefeto da igreja
P.e João Rodríguez Tzuzu, procurador
P.e João Rodríguez Jirão, secretário da Viceprovíncia
P.e Manoel Bareto, companheiro do Bispo
P.e Gonçalo Rebelo
P.e João Francisco
P.e Nicolao de Ávila
P.e Rui Gómez
P.e Pedro de Montagudo
P.e Organtino
Ir. Ambrósio Fernández, *yacunin* e sotoministro
Ir. Leonardo, ajudante ao sotoministro
Ir. Gaspar de Paiva, ajuda ao P.e Viceprovincial
Ir. Diogo Perera, [tem] cuidado da campainha das molheres
Ir. João Baptista, impressor e enfermero
Ir. Thome Tzuji, pregador
Ir. Fiunga Francisco, ajuda ao P.e Viceprovincial
Ir. Mathias, ajuda ao Procurador
Ir. Vicente Caruba
Ir. Martinho Campo, estuda casos
Ir. Gómez, corre com a portaria e com o *Machi* [= Cidade]
Ir. Jorje, tem cuidado dos hóspedes
Ir. Cosme
Ir. Pero João, mestre da escola
Ir. Moriyama Miguel, roupero
Ir. Cofan Lião } com o Bispo
Ir. Baltasar Corea } com o Bispo
Ir. Domi[n]gos Díaz, tem cuidado do hospital
P.e Gaspar Carvalho, na Misericórdia
P.e Gaspar de Crasto, Fucafori
P.e Rui Bareto, Isafai
P.e António Álvarez, Uracami e dei acode a Uchime com o Ir. Nixi Romão
P.e Baltasar López, Conga, Yagami e Fimi e dey acode às suas inacas de Omura
P.e Bartolomeu de Siqueira } acodem a Focame
Irmão Júlio } acodem a Focame

Na christandade de Omura

P.e Affonso de Lucena
P.e Manoel Boralho

P.e António Fernández
Ir. Francisco Fernández
Ir. Gaspar
Ir. Lorenço
Ir. Toma [de Ikitsuki = Ir. Thomás de Figueiredo]
Ir. [Alei]xo / 111v

Arima

P.e Francisco Calderón, Reitor
P.e João Pomério, ministro
P.e Álvaro Díaz, mestre da língua, prega e confessa
P.e Luís, Japão, tem cuidado das *inacas*
P.e Vicente Ribero, mestre da língoa, do canto, e confessa
P.e João de Milão, tem cuidado do Seminário
P.e João Coelho
P.e João Baptista Porro
P.e João da Costa
P.e Camillo Constâncio
P.e João Vicente
Ir. Romão, *yacunin*
Ir. Ito Máncio, ajuda no Seminário
Ir. Yuqui Diogo, Ir. Constantino Dourado } mestres do latim

Cansusa

P.e António Cordeiro
P.e Celso Confaloneiro, compõe o *Sermonário*
Ir. André de Amacusa, Japão
Ir. Manoel Rodríguez, escreve ao P.e Celso

Arie

P.e Pero Rodríguez
P.e João de Fonseca
Ir. Vota Agostinho

Ximabara

P.e João Baptista
Ir. Roque
Ir. Sanga Mathias

Chijiva

P.e Ambrósio de Barros
Ir. Yamanda Justo

Taira e Saigô

P.e Francisco Pyrez
Ir. Josefo

Xiqui

P.e Garcia Garcés
P.e João de Frias
Ir. Mizocuchi Máncio

Côzzura

P.e Marcos Feraro
Ir. Inhácio

Bungo

P.e Pero Paulo
P.e João Matheus
P.e Bastião, Japão
Ir. Nixi António

Facata

P.e Pero Ramón
P.e Francisco Luís, acode a Aquinzuqui em ausência do P.e Ma[tos]
Ir. Nicolao
Ir. Julião

Aquizzuqui e Yanagava

P.e Gabriel de Matos
Ir. Yama João

76 *Ad calcem paginae 111* Arima *quod nomen initio pag. 111v repetitur*

Cuocura

P.e Gregório de Séspedes
Ir. João de Torres
Ir. Saito André / 116

Firoxima

P.e Matheus de Couros
P.e Bastião Viera
Ir. Ixida António

Vôzaca

P.e Francisco de Paiva
P.e Francesco Pacheco
Ir. Bartolomeu, Japão
Ir. Xisto, Japão

Ximoguio i. e. Miaco de Baixo

P.e Pero Morejón,Reitor
P.e Carlos Spínola, ministro
Jrmão Tôin Vicente
Ir. Fabião
Ir. Dioguo
Ir. Tadeo
Ir. Rafael

Miacŏ de Riba

P.e Balthasar de Torres
Ir. Quimura Miguel

Fuximi

P.e Jerónimo de Ángelis
Ir. Fancan Lião
Ir. Simião
Ir. Rioin Paulo

Foccocu

P.e Jerónimo Rodríguez
Ir. Jião

34

CATALOGUS BREVIS MACAENSIS

15. Novembris 1606

Nonnisi unum istius Catalogi exemplar cognoscimus, quod in eodem codice Musaei Britannici ac Catalogus praecedens invenitur: *Add. Mss. 9860*, 112/2v et 115/5v. Duobus foliis chartae japonicae, 34,9 cm. altis, 22,5 cm. latis, constat. Textus primum folium rectum et quartam fere partem folii primi versi occupat; folium alterum rectum (fol. 115) vacat; folium vero secundum versum hunc titulum exhibet: « Catálogo dos Padres e Irmãos do Collégio de Macao. 1606 ». Auctor Catalogi sine dubio est vel Rector Collegii vel alius, qui eius auctoritate et mandato Catalogum confecit. Ipse P. Valentinus Carvalho duobus locis aliqua verba sua manu adjecit: ad nomen Patris Lazari Cattaneo: « pouco há que partio »; ad nomen Patris Sabatini de Ursis: « já partio pera as Residências ». Quare, etsi desit et subscriptio auctoris et sigillum et inscriptio, tamen de documento originali agitur, quod ab ipso Rectore

157 Irmão] *corr. ex* Padre

recognitum et emendatum, et ut videtur, ad Provincialem Goanum missum est.

Textus, praeter pauca verba a P. Valentino Carvalho addita, totus una manu scriptus est, a qua differt manus, quae fol. 115^{v} titulum adjecit.

Ordo nominum est communis: primo loco ponuntur Patres, dein Scholastici, postea Coadjutores Temporales, tandem Novitii.

Textus

Br. Mus., Add. Mss. 9860,
112-112^{v}, 115-115^{v}

Catálogo dos Padres e Irmãos que estão em Macao anno de 1606. feito em 15 de Novembro.

Padre Reitor Valentim Carvalho.
Padre João Gonçálvez, ministro
Padre António Rodríguez, admonitor e consultor do P.^{e} Reitor, confessor dos Irmãos, lente de casos.
Padre Manoel Gaspar, procurador de Jappão.
Padre Lázaro Catáneo, estuda letras chinas, e corre como Pay dos Christãos chinas, e está avisado pera tornar pera as Residências da China. *Pouco há que partio.*
Padre Diogo Pinto, consultor, confessor dos Irmãos, pregador.
Padre Francisco Laguna, consultor, confessor dos Irmãos, perfeito da igreja, pregador.
Padre Francisco Lopes, lente de cazos, consultor, perfeito dos estudos, pregador.
Padre Diogo Antunes, perfeito dos enfermos, confessor, às vezes prega.
Padre Jerónimo Centimano, confessor.
Padre Francisco Carvalho, mestre da escola.
Padre Sabatino de Ursis, Mestre dos noviços. *Já partio pera as Residências.*
Padre Manoel Dias, lente de theologia.
Padre Francisco Taveira, procurador do Collégio, prega às vezes.
Padre Pedro Marques, pregador.
Padre Domingos Gonçálvez, lente do curso.
Padre Bastião Fernández, lente de theologia.
Ir. Diogo Carvalho, theólogo do 3.º anno.
Ir. Francisco Lobo, mestre de latim.
Ir. Christóvão Ferreira, theólogo do 2.º anno.

Ir. Miguel Cabral.
Ir. André Gómez, cursista.
Ir. Simão Antunez, cursista.
Ir. Pedro Martinz, cursista.
Ir. Lourenço Mendes, cursista.
Ir. João Alberto, cursista.
} Todos estes do 2.º anno.
Ir. Agostinho de Teves, casuísta.
Ir. Manoel Gonçálvez, casuísta.
Ir. André, Jappão, ajuda o Procurador de Jappão.

Irmãos officiaes.

Ir. André Pinto, sotoministro.
Ir. Gonsalo Francisco, comprador.
Ir. Amador Gonçálvez, porteiro.
Ir. João Bras, refeitoreiro.
Ir. Diogo Leitão, enfermeiro.
Ir. Christóvão Dias, Jappão, sanchristão.

Noviços

Ir. Gaspar Cardozo, dispenceiro.
Ir. Manoel Pinto, roupeiro.
Ir. Jacobe, pintor.

São por todos 38.

/115ᵛ/
« Catálogo dos Padres e Jrmãos do Collégio de Macao. 1606 ».

35

CATALOGUS BREVIS VICEPROVINCIAE JAPONICAE

mense Februario anni 1607 exaratus

1. In eādem Marsdeniana collectione Musaei Britannici ac duo praecedentes Catalogi exstat unum quod notum est exemplar Catalogi Brevis Japonici Februario 1607 exarati. Continetur in eōdem volumine *Add. Mss. 9860*, 113-114ᵛ. Duobus foliis chartae japonicae componitur, altis 36,1 cm., latis 25,3 cm. Textus tres paginas occupat; quartā paginā (fol. 114ᵛ) haec sola verba leguntur: « Catálogo das Casas e pessoas da Viceprovíncia de Japão, feito em Fevereiro de 1607. 2ª via. / Gavet. n. 32 ». Quae verba (praeter indicatam collocationem in Archivo: 'Gavet. n. 32') scripta sunt *manu P. Francisci Pasio*, tunc Viceprovincialis Japoniae:

ita ut documentum istud, etsi desunt subscriptio manu auctoris, sigillum, inscriptio, indubitanter 'originale' dici debeat, cum Catalogus ab ipso Viceprovinciali mittatur (nam etiam 'via' indicatur). Quem vel ipse P. Franciscus Pasio, vel ejus nomine et auctoritate alius, composuit. Ad quem mittatur, verbis supradictis non exprimitur: sed ad Provincialem Goanum dirigi videtur. Textus totus in Japonia manu unius amanuensis scriptus est.

2. Domorum distributio a praecedenti Catalogo Viceprovinciae Japonicae non multum differt; attamen, absque re non erit, explicandi gratia ea, quae sequuntur, notare:

a) De nova Residentia *Tone*:

« Tone, em que reside hum só Padre, hé hum lugar do estado de Omura que cae da banda de Nangasaqui, distante daqui quatro légoas portuguesas, e hé de huma Irmaa mais velha de Dom Sancho Omuradono, chamada Marina, a qual... quando seu Irmão os annos atraz lançando os Nossos de todas suas terras pretendeo de fazer também aos principais de seus vasallos deixar a Lei de Deus, alcançou delle licença pera ter ali hum Padre, e de quando em quando o chamar a Omura... Tone, que de Omura dista sinco légoas por mar... »[1].

b) *Fudōyama* una ex illis Residentiis erat, quae, expulsis Patribus e principatu Ōmurano, in illius feudi confinibus, atque pro Christianis Ōmuranis non longe ab illo loco viventibus, fundatae erant[2].

« Esta Residência cae nas terras do reino de Figen [Hizen] quasi na arraya onde ellas partem com as de Omura, e perto de Caratçu...; os Nossos que nella estam... cultivão os fieis que vivem espalhados pellas povoações... Foi o Padre algumas vezes visitar os Christãos de Omura das aldeas que caem pera aquella banda... »[3].

c) *Domus Novitiatūs* intelligitur Domus Omnium Sanctorum (Casa de Todos os Santos) prope Nagasaki, in qua die 2. Februarii 1607 novitiorum Probatio iterum initium habuit[4].

d) De Residentia in oppido *Saki(no)tsu* [Sashinotsu], quae primum in isto Catalogo occurrit, haec nota: Ineunte anno 1603, circa initium Anni Novi japonici. Terazawa Shima-no-kami Hirotaka, qui multis ab annis gubernium civitatis Nagasaki nomine eorum, qui totius Japoniae regimini praeerant, gesserat[5], illo munere privatus est[6]. Qui quidem

---

[1] Matthaeus de Couros ad Gen., Nagasaki, 12. Januarii 1613, lus., orig., (Litterae Annuae), *J. 57*, 196.

[2] *Narração Breve*, 1609, *J. 23*, 34v: vide inferius, in Doc. 39: Título dos Estados de Vomura.

[3] *J. 57*, 197/7v: vide notam 1.

[4] Johannes Rodríguez Giram ad Gen., Nagasaki, 25. Februarii 1608, lus., Orig., (Litterae Annuae), *J. 55*, 386v, cf. 385v.

[5] Terazawa officio isto fungi coepit anno 1592, probabiliter mense Julio vel Augusto: nam mense Augusti 1592 jussu Toyotomi Hideyoshi ipse Terazawa in civitatem Nagasakiensem venit; ubi templum majus, Dominae Nostrae in caelum Assumptae dicatum, quod magnis sumptibus inde ab anno 1585 extructum fuerat (*Cartas*, Évora 1598, *II* 128v-130v: Lud Fróis ad Gen., Nagasaki, 1. Octobris 1585), destruxit. Vide supra, Cat. III., mense Januario 1593 confectum (*J. 25*, 44v/45), in quo tempus expresse indicatur; et Litteras An-

mense Julio vel Augusto anni 1595, vel paulo tardius, sed ante diem 12. Octobris, a Viceprovinciali Japoniae, P. Petro Gómez, in civitate Nagasaki baptizatus[7], postea a Fide christiana iterum defecerat[8]. In gratiam principis Tokugawa Iyeyasu, e qua duabus ante annis exciderat, anno 1604 denuo admissus, beneficium suae restitutionis non Dei Providentiae, sed numinibus ethnicis referens, christianam religionem persequi coepit: ita ut, duabus Residentiis Shiki et Kōzūra interim parcens, ceteras omnes ecclesias (apud quas Patres stabili modo habitare non solebant, praeter Residentiam in oppido Kawachinoura exstructam) vel deleri vel in alios usus converti, simul cruces in multis locis publicae venerationis causa erectas detrahi, Christianos a Fide retrocedere juberet[9]. Quo factum est, ut plus quam viginti ecclesiae vel destructae vel saltem Christianis subtractae, et multae cruces dirutae sint[10]. Sed propter animi fortitudinem, quam Christiani demonstraverunt, persecutio illa post breve medii anni tempus aliquo modo quievit[10a]. At, etiam sequenti anno (1605) duae tantum in Amacusanis insulis Residentiae Patrum exstabant: Shiki et Kōzūra[11]. Qui rerum status in Catalogo Brevi anni 1606 perdurat[12]. Deinde vero, dum nova templa, loco deletorum, erigere non licet, compluribus in oppidis domus parantur ad excipiendos Patres, ad offerendum Missae sacrificium, ad curam animarum exercendam[13]. Pro ea autem Residentia, quae antea in litore orientali insulae Amacusa Inferioris, in oppido Kawachinoura exstabat, in opposita parte ejusdem insulae alia erecta est, in oppido

---

nuas Lud. Fróis ad Gen., Nagasaki, 1. Octobris 1592, lus., apogr. contemp. ex Oriente missum, *J. 51*, 364, ubi nomen ejus et officium, et destructio illius ecclesiae Nagasakiensis (non vero tempus) legitur.

6 Franciscus Pasio ad Gen., Nagasaki, 3. Octobris 1603, hisp., Orig., *J. 14 I* 129v.

7 Baptizatus est in civitate Nagasaki post adventum navis Macaensis, quod Julio 1595 appulit; erat tunc juvenis fere 27 annorum: Litterae Annuae, Lud. Fróis ad Gen., Nagasaki, 20. Octobris 1595, lus., apogr. contemp., ex Oriente missum, *J. 52*, 88 (nomen, aetas, baptismus) et 86 (tempus adventus navis); Petrus Gómez ad Gen., Nagasaki, 12. Octobris 1595, hisp., Orig., *J. 12 II* 270.

8 Jam in epistola Valentini Carvalho, die 25. Februarii 1601 e portu Nagasakiensi data, aperte ut ethnicus habetur, qui christianos Hiradenses, propter Fidem in exilium profectos et tunc in principatu Ōmurensi prope Nagasaki incolentes, non solum ad pristinum dominum, christianae religionis inimicum, reverti, sed etiam a Fide catholica retrocedere jussit: epistola originalis, hisp., *J. 54*, 114/6v.

9 Johannes Rodríguez Giram ad Gen., Litterae Annuae, Nagasaki, 23. Novembris 1604, Orig., lus., *J. 55*, 87v-94.

10 Ibidem, *J. 55*, 93v.

10a Ita jam tempore Litterarum Annuarum 23. Novembris 1604, ib., *J. 55* 93v.

11 Johannes Rodríguez Giram ad Gen., Litterae Annuae, Nagasaki, 10. Martii 1606, Orig., lus., *J. 55*, 222v/3v.

12 Cf. supra, Doc. 33: Cat. Br. Japon. 1606.

13 Litterae Annuae (cf. annot. 11), 10. Martii 1606, *J. 55*, 223; Johannes Rodríguez Giram ad Gen., Litterae Annuae, Nagasaki, 15. Februarii 1607, orig., lus., *J. 55*, 326v/7.

Sashinotsu, *alias* Sakinotsu[14]. Quae in Litteris Annuis et in Catalogis deinceps semper apparet, usque dum in Annua Relatione die 10. Martii 1612 data tandem omittitur[14a].

e) In civitate Sakai, in superioribus Japoniae partibus, in qua ab anno 1585[15] usque ad annum 1588[16] Domus Societatis exstiterat, quae persecutionis tempore diruta est: ab anno 1606 denuo Societatis Patres habitare coeperunt[17], ita ut primum in isto Catalogo Brevi Februarii 1607 Residentia Sacaiensis iterum recenseatur.

3. Vide: Doi Tadao, *1606/7nen Nihon Jesuskai mokuroku* (Catalogi S.J. in Japonia 1606 et 1607), in: *Kirishitan Kenkyū III*.

Textus

Brt. Mus., *Add. Mss. 9860*, ff. 113-14v

IHS

Catálogo das Casas da Companhia desta Vice-Província de Japam e dos Padres e Irmãos que nellas morão, feito em Fevereiro de 1607.

Collégio de Nangasaqi

P.e Francisco Pássio, Viceprovincial
P.e Diogo de Mesquita, Reitor
P.e Bartolomeu Siquera, ministro
P.e João Rodríguez, procurador de Viceprovíncia
P.e João Rodríguez Giram, secretário da Viceprovíncia
P.e Belchior de Mora, prefeito das cousas spirituaes
P.e Francisco Luís, prefeito da igreja e também tem cuidado da christandade de Focame
P.e António Francisco

---

[14] Residentia illa in Litteris Annuis P. Johannis Rodríguez Giram ad Gen., Nagasaki, 25. Februarii 1608, orig., lus., *J. 55*, 404v expresse nominatur. Probabiliter jam in Litteris Annuis 15. Februarii 1607 (cf. annot. 13), *J. 55*, 326/9 de eãdem Residentia (ut de Residentia Amacusana) sermo est.

[14a] Johannes Rodríguez Giram ad Gen., Litterae Annuae, Nagasaki, 10. Martii 1612, Orig., lus., *J. 57*, 149/9v: «Ategora ouve tres Residências nestas ilhas [Shiki, Kōzūra, Amakusa], mas por Terazava Ximanocami, senhor dellas, tam contrário a nossa santa Ley, não consentir mais que dous Padres nellas, não são ao presente mais que duas, scl. a do Xiqi e Cozzura». Similiter in Litteris Annuis Matthaei de Couros ad Gen., Nagasaki, 12. Januarii 1613, orig., lus., *J. 57*, 221v/2v Residentia Sashinotsu non invenitur.

[15] Organtino ad Gen., Sakai, 6. Decembris 1585, ital., autogr., *J. 10 I* 91-91v.

[16] Summário dalgumas novas de Jappão, *J. 45 II* 128. — L. Fróis, História (Aj *49-IV-57*) anno 1588: ff. 10v-12v, 17-19v, 23-23v.

[17] Johannes Rodríguez Giram ad Gen., Litterae Annuae, Nagasaki, 15, Februarii 1607, Orig., lus., *J. 55*, 356v.

P.e João Francisco
P.e Gonçalo Rebello } São velhos e cansados.
P.e Organtino Soldo
P.e João Nicolao, tem cuidado da Pintura
P.e Nicolao de Ávila, tem superintendência da Impressa
P.e João Coelho
P.e Manoel Barreto, companheiro do Sõr Bispo
P.e Manoel Borralho
P.e Pedro de Monteagudo
P.e Gaspar Carvalho, está na Misericórdia
P.e Rui Gomes, tem cuidado do Hospital
Irmão Ambrósio Fernández, sotoministro
Ir. Diogo Pereira, porteiro
Ir. João Baptista, infirmero e livreiro, digo, impressor. / *col. b.*
Ir. Cosmo, japão
Ir. Vicente Carruba, faz o offício de tornero
Ir. Baltazar Correa está com o Sõr Bispo
Ir. Francisco Fernández, está no Hospital
Ir. Lião, Japão, está com o Sõr Bispo
Ir. Francisco, Japão, está com o P.e Viceprovincial
Ir. Gaspar de Paiva, está com o P.e Viceprovincial e lhe escreve
Ir. Gómez, Japão, corre com a christandade
Ir. Pedro João, Japão, mestre da escola
Ir. Miguel, Japão, roupeiro
Ir. Fara Martinho, Japão, prega
Ir. Thomé, Japão, prega
Ir. Mathias, Japão, ajuda ao Procurador
Ir. Domingos Díaz

Residências sojeitas a Nangasaqi

Isafai, o P.e Rui Barreto
Fucafori, o P.e Gaspar de Crasto
Conga, o P.e Baltazar López
Uracami, o P.e António Álvarez
Tone, nas terras de Vomura, o P.e Affonso de Lucena e o Ir. Gaspar, Japão
Fudôyama, nas terras de Figem, o P. António Fernández e o Ir. Alexo / 113v

Casa do Noviciado

P.e Celso Confalonero, Mestre dos novícios
P.e Nicolao da Costa, ministro
Ir. João Bernardes, sotoministro
Ir. Manoel Rodríguez, ajudante do Mestre dos novícios
Ir. Júlio, Japão
Ir. Nixi Romão, Japão } Occupão-se en tresladar e traduzir em língoa japónica hum livro de pregação

Noviços

Ir. Funamoto Thoma
Ir. Ychiji Thoma
Ir. Naitô Luís
Ir. Matçuvo Luís
Ir. Toi Gaspar
Ir. Matçuda Miguel
Ir. Machida Mathias
Ir. Noma André
Ir. Saitô Paulo } Todos Japões.

Ir. Xivozzuca Luís
Ir. Taichiqu Máncio
Ir. Jorge
Ir. Tçuruda Baltazar
Ir. João de Arie
— Todos Japões.

Ir. Gonsalo Viera
Ir. Salvador de Bairos
— Portoguezes

/ *col. b*

Collégio de Arima

P.e Francisco Calderón, Reitor
P.e João Pomério, ministro e prefeito dos estúdios
P.e Álvaro Díaz, prefeito da igreja a mestre da língoa
P.e Vicente Ribeiro, mestre do canto e tecla e lê huma lição de latim no Seminário
P.e João de Milão, tem cuidado do Seminário
P.e João Baptista Porro, confessor do Seminário
P.e João Rodríguez, doente
P.e Luís Japão, prega e ajuda na christandade
P.e Bento Fernández
P.e João Baptista Zola
— Estudão a língoa
Ir. Romão, sotoministro
Ir. Diogo, prega e ajuda a christandade
Ir. Máncio Ytô
Ir. Pedro
— Ajudão no Seminário
Ir. Constantino Dourado, mestre do latim
Ir. Simeão, mestre de Japão no Seminário

Residências sojeitas ao Collégio de Arima

Ariye — O P.e João da Fonceca; Ir. Augustinho

Ximabara — O P.e João Baptista; O Ir. Roque; O Ir. Sanga Mathias

Saigŏ — O P.e Francisco Píriz; O Ir. Joseph

Chigiva — O P.e Ambrósio de Barros; O Ir. Cazariya Justo

/ 114

Canzusa — O P.e António Cordero; O P.e Bastião, Japão; O Ir. Amacusa André

Xiqi — O P.e Grácia Garcéz

Saxinotçu — O P.e João de Frías; Ir. Mizoguchi Máncio

Cŏzzura — P.e Marcos Ferraro; Ir. Ignácio

Bungo

P.e Pedro Paulo Navarro
P.e João Vicente
Ir. Firabaixi Máncio
Ir. Vomachi Lourenço

Facata

P.e Pedro Ramón
Ir. Nicolao
Ir. Diogo

Aqizzuqi — P.e Gabriel de Matos; Ir. Nixi António

Yanagava — P.e João Matheus; Ir. Yama João

Cocura

P.e Gregório de Séspedes
P.e Camillo Constâncio

Ir. João de Torres
Ir. Saitô Andre / *col. b.*

Partes do Cami
Casa do Miaco

P.e Pedro Morejón, Reitor
P.e Carlos Spínola, ministro
P.e [*leg.*: Ir.] Vicente
Ir. Thoma, sotoministro
Ir. Fabiam
Ir. Julião
Ir. Martinho
Ir. Tadeo
Ir. Jião
Ir. Yùqi Diogo

Residências sojeitas
à casa do Miaco

Camiguiò	P.e Baltazar López [*leg.* de Torres] Ir. Raphael
Fuximi	P.e Jerónimo de Ángeles Ir. Amacusa Paulo Ir. Fancão Lião
Vozaca	P.e Francisco de Paiva Ir. Xisto
Sacai	P.e Francisco Pacheco Ir. Bartolomeu
Foccocu	P.e Jerónimo Rodríguez Ir. Miguel
Firoxima	P.e Matheus de Couros P.e João da Costa Ir. Yxida António

Em todas as sobreditas Casas e Residências estão muitos *dôjucus* pregadores que fazem officio de Irmãos. / 114v

Catálogo das Casas e Pessoas da Viceprovíncia de Japão, feito em Fevreiro de 1607.

2a via

[« gavet. n. 32 »]

36

CATALOGUS BREVIS VICEPROVINCIAE JAPONICAE MENSE OCTOBRI 1607 CONFECTUS

In eodem volumine Collectionis Marsdenianae Musaei Britannici, e quo antecedentes Catalogos hausimus, *Add. Mss. 9860* 118-119ᵛ, Catalogus Brevis Japoniae, Octobri 1607 exaratus, exstat. Duobus foliis chartae japonicae, 37,1 cm. altis, 25,5 cm. latis, continetur. Textus tres primas paginas (fol. 118, 118ᵛ, 119), et quartem fere partem quartae paginae (119ᵛ) occupat. In ultima pagina (fol. 119ᵛ) inscriptio legitur: « Catálogo dos Padres e Irmãos de Japam, repartidos pollas Casas [que lá tínhamos] [1]. Manus, quae haec scripsit, videtur esse P. D. de Mesquita, Rectoris Collegii Nagasakiensis. Super verba ista, forsitan alia manu, scriptum est: « Está respondido ». Iterum, sub toto, manu alicujus archivistae: « Dubᵃ. Gavet. n. 32 ».

Textus, praeterquam in quarta pagina, duabus columnis dispositus est. Subsignatio desideratur. Compositionis tempus in titulo indicatur; locus vero, ubi exaratus est, vix dubium quin sit Collegium Nagasakiense, in quo Provincialis sedem habebat: unde omne epistolarum commercium ad exteras terras fieri solebat. Auctor Catalogi non nominatur; sed certum est Catalogum auctoritate Provincialis compositum esse, sive eum P. Franciscus Pasio per se, sive per alium Patrem, concinnaverit.

Ordo, quo variae Domus inter se sequuntur, fere idem est ac in Catalogo praecedenti. Sed inter Residentias a Collegio Nagasakiensi dependentes clarius (proprio titulo) Residentia 'Misericordiae' et Residentia Hospitalis (S. Jacobi) enumerantur. Loco Residentiae Koga Residentia Yagami ponitur, sed eadem regio designatur [2]. Missio 'regni' Bungo Residentiis in Chikuzen, Chikugo, Buzen postponitur. Residentia, quae per errorem 'Em Yamaguchi' inscribitur, non est alia nisi Residentia in oppido Yanagawa. Residentia provinciae Buzen in oppido Kokura sedem habebat.

Vide: Doi Tadao, *1606/7nen Nihon Jesuskai mokuroku* (Catalogi S. J. in Japonia 1606 et 1607), in: *Kirishitan Kenkyū III.*

---

1 Verba uncis inclusa probabiliter ita legenda sunt: quodsi in hac lectione non fallimur, ea ab eodem forsitan tempore posteriore adjuncta sunt.

2 Koga et Yagami, oppida sibi vicina, non longe distant ab Isahaya: cf. descriptionem geographicam in Anesaki, *Concordance*: quorum locorum cura Patri Balthassari López incumbebat: cf. supra Catalogum Brevem Japoniae anni 1606; in Catalogo Brevi Jap. Februarii 1607 solum Koga nominatur, ubi idem P. Balthassar López operatur, dum in praesenti catalogo eius loco Yagami ponitur. In Annuis Litteris 1606 (15. Februarii 1607, ad Gen., Nagasaki, a P. Johanne Rodríguez Giram conscriptis, lus., orig., *J. 55,* 314ᵛ) solum Koga, in L. Annuis 1607 (25. Februarii 1608, ad Gen., Nagasaki, ab eodem compositis, lus, orig., *J. 55,* 391ᵛ) similiter solum Koga scribitur, dum Litterae Annuae 1608 (14. Martii 1609, ad Gen. Nagasaki, eodem auctore, lus, orig., *J. 56,* 24ᵛ) oppidum Yagami referunt.

Textus

Br. Mus., Add. Mss. 9860, 118-119v

†

Catálogo dos Padres e Irmãos de Japão repartidos pollas Casas e Residências em que cada hum delles reside, feito em Octubro de 1607.

Collégio de Nangasaqui

P.e Vice-Provincial
P.e Diogo de Misquita, Reitor
P.e Bertholameu de Cequeira, ministro
P.e João Rodríguez Girão, secretário da Província
P.e Belchior de Moura
P.e António Francisco
P.e Francisco de Payva
P.e Francisco Luís, perfeito da igreja
P.e Gonçalo Rebello
P.e João Francisco
P.e João Nicolao, mestre dos pintores
P.e João Rodríguez, que corre com a Corte
P.e João Coelho, procurador
P.e Manoel Barreto
P.e Manoel Borralho
P.e Nicolao d'Ávila, que corre com a emprensa
P.e Organtino
Ir. Ambrósio Fernández, sotoministro
Ir. Gaspar de Payva, está com o P.e Viceprovincial
Ir. Cosme, Japão
Ir. Xibata Diogo
Ir. Fiunga Francisco, Japão, está com o P.e Viceprovincial
Ir. Gomes, Japão
Ir. Domingos Díaz
Ir. João Baptista, impressor
Ir. Gião, Japão
Ir. Leonardo, Japão
Ir. Miguel Moriyama, Japão
Ir. Fara Martinho, Japão / *col. b.*
Ir. Mathias, Japão
Ir. Máncio Firabaxi, Japão
Ir. Pero João, Japão, mestre da escola
Ir. Thomé Tçuji, Japão
Ir. Vicente Carruba

Na casa do S.or Bispo

P.e João Baptista Baeça
Ir. Balthazar Correa
Ir. Leão Cofão, Japão

Residências sogeitas à Casa de Nangasaqi

Na Misericórdia

P.e Gaspar Carvalho

No Ospital

P.e Rui Gómez
Ir. Francisco Fernández

Em Santa Clara de Uracami

O P.e António Álvarez

Fucafori

P.e Gaspar de Crasto

Em Yangami

P.e Baltasar López

No Issafai

P.e Ruy Barreto / 118v

Em Tone

P.e Afonso de Lucena
Ir. Gaspar, Japão

Em Fudoyama

P.e António Fernández
Ir. Aleixo, Japão

Todas estas Residências estão debaixo da Casa de Nangasaqui.

Casa de Provação em Todos-os-Santos

P.e Celso Confaloneiro, Mestre dos noviços
P.e Nicolao da Costa, ministro
Ir. João Bernárdez, soto-ministro
Ir. Manoel Rodríguez, companheiro do Mestre dos noviços
Ir. André Noma
Ir. Baltasar Tçurunda
Ir. Gonçalo Viera
Ir. Gaspar Toy
Ir. Jorge Joren
Ir. João de Ariye
Ir. Luís Naitó
Ir. Luís Matçuvo
Ir. Luís Xivozuca
Ir. Miguel Matçuda
Ir. Mathias Machida
Ir. Máncio Taichiqu
Ir. Paulo Sayto
Ir. Salvador de Barros
Ir. Thoma Funamoto
Ir. Thoma Izichi
Ir. Miguel Maqui
Ir. Julio, Japão
Ir. Romão Nixi

Este dous não novícios, mas estão / *col. b.* / no Noviciado occupandos (!) em traduzir em japão hum libro de pregações pera os Irmãos pregadores.

Casa de Arima

P.e Francisco Calderón, Reitor
P.e Álvaro Dias, ministro
P.e Vicente Ribeiro
P.e João Baptista Porro, mestre do Seminário
P.e Luís, Japão
Ir. Romão, Japão, soto-ministro
Ir. Pedro Chicuam, Japão
Ir. Symeão, Japão, mestre do Seminário

No Seminário

P.e João Pomério
Ir. Máncio Ito, Japão
Ir. Julião Nacaura, Japão
Ir. Constantino Dourado, Japão

Canzuça

P.e António Cordeiro
P.e Bastião, Japão
Ir. André Japão

Em Ariye

P.e João de Fonseca
Ir. Augustinho Vota, Japão

Em Ximabara

P.e João Baptista Zola
P.e Pedro Rodríguez
Ir. Roque } Japões
Ir. Sanga Mathias }

Em Saigo

P.e Francisco Pírez
Ir. Jozeph, Japão / 119

Em Chijiva

P.e Ambrósio
Ir. Justo Yamada, Japão

No Xiqui

P.e Garcia Garcés

Em Conzura

P.e Marcos Ferraro
Ir. Ignácio, Japão

Em Saxinotçu

P.e João de Frías
Ir. Máncio Mizzucuchi, Japão

Todas as sobreditas Residências estão sogeitas ao Collégio de Arima.

No Facata

P.e Pedro Ramón, Superior daquella casa
P.e Pedro de Monte Agudo
Ir. Nicolao, Japão

Em Aquizuqui

P.e Gabriel de Matos
Ir. Nixi António, Japão

Em Yamaguchi [*leg.*: Yanagava]

P.e João Matheus
Ir. Yama João, Japão

Estas duas Residências estão debaixo do Facata

Em Bujem [= Cocura]

P.e Gregório de Céspedes
P.e Camilo Constâncio
Ir. Diogo Pereira
Ir. João de Torres } Japões
Ir. André } / *col. b.*

Em Bungo

P.e Pedro Paulo
P.e João Vicente
Ir. Lorenço Vomachi, Japão

Casa do Miaco

P.e Pedro Morejón, Reitor
P.e Carlos, ministro
Ir. Paulo Reoin
Ir. Fabião
Ir. Martinho Xiquimi
Ir. Thomás de Fig[uei]redo
Ir. Vicente Toin
Ir. Tadeu

Todos estes Irmãos são Japoens.

No Camiguiô

P.e Bento Fernández
Ir. Raphael, Japão

Em Fuximi

P.e Hyerónimo de Ángelis
Ir. Fancão } Japões
Ir. Yuqi Diogo }

Em Ozaca

P.e Baltazar de Torres
Ir. Xisto, Japão

Em o Sacay

P.e Francisco Pacheco
Ir. Bartholameu, Japão

No Foccoqu

P.e Hyerónimo Rodríguez /119v
Ir. Miguel Quimura

Em Firoxima

P.e Matheus de Couros
P.e João da Costa
Ir. Ixida António

Todas estas Residências estão debaixo da Casa do Miaco.

Inscriptio: « Está respondido. // Catálogo dos Padres e Irmãos de Japam repartidos pollas Casas [que lá tínhamos] ».

Alia manu: « Dub.a Gavet. n. 32 »

37

CATALOGUS BREVIS COLLEGII MACAENSIS

1608

[Primis mensibus anni]

Olim inter documenta Archivi Goani, nunc in Collectione Marsdeniana Musaei Britannici, unum quod nobis notum est exemplar istius Catalogi Brevis Macaensis anni 1608 exstat: qui uno folio continetur: *Add. Mss. 9860* 117-117v, quod c. 34 cm. altum, c. 24,5 cm. latum est. Textus nonnisi unam paginam occupat (fol. 117); in folio 117v haec nota tantum invenitur: « Catálogo dos Padres e Irmãos do Anno de 1608 do Collégio. 2a via ». Manus, quae textum descripsit, est incerti auctoris[1]; similiter etiam manus, quae supradictam notam adjunxit.

Tempus in titulo indicatur: est enim Catalogus Collegii Macaensis anni 1608. Sed quo anni tempore factus est? Si Catalogum istum cum sequenti Catalogo, die 15. Januarii 1609 facto, comparamus, ea, quae sequuntur, statui posse videntur.

Ac primum quidem, ex iis, qui in praesenti Catalogo ut Fratres recensentur, in sequenti autem jam Patres vocantur, unum, nempe

---

1 Eadem manus etiam in aliis documentis ejusdem temporis, Macai descriptis, occurrit: e. g. in Testimonio P. Valentini Carvalho, die 1. Novembris 1606 Macai subsignato, de genuinitate cujusdam epistolae P. Alexandri Valignano: *J. 14 II* 250v; similiter in epistola ejusdem P. Valentini Carvalho, die 17. Januarii 1608 Macai scripta: *J. 14 II* 291-294v, saltem in ultima pagina (fol. 294v).

Christophorum Ferreira, die 25. Decembris anni 1608 primum sacrum litasse novimus [1a]. De aliis neosacerdotibus forsitan idem dicendum erit.

Deinde, e sequenti Catalogo constat: Patrem Franciscum Pacheco die 30. Novembris 1608 munus Rectoris Macaensis suscepisse [2]; in praesenti autem Catalogo Rectoris officium etiam tum P. Valentinus Carvalho tenet.

Praeterea, anno 1608 loco consuetae Navis Onerariae Macaensis ('Nao da carreira'), minus quoddam navigium ('Fregata') e Macaensi portu in Japoniam missum est, in quo Pater unus et unus Frater pervenerunt [3]. Atqui trium Patrum nomina in sequenti Catalogo Macaensi, die 15. Januarii 1609 facto, desiderantur, quae in praesenti Catalogo recensentur. E quibus duo Patres, Franciscus López et Antonius Rodríguez, in Indiam abiere [4]. Tertius vero, nomine Franciscus Eugenî, anno 1608 e Macaensi Collegio in Japoniam se transtulit [5], estque ille Pater, de cujus adventu in Litteris Annuis Japonicis sermo fit [6]. Qui non ad tempus, sed per stabilem destinationem translatus, ulterius in Collegio Macaensi recenseri non potuit. Unde, cum iter in Japoniam quotannis circa mensem Junium vel Julium (raro ante vel post) fieri soleret: Catalogum praesentem *ante discessum* navigii Macaensis in Japoniam confectum esse concludimus.

Porro, in praesenti Catalogo recensetur (et in sequenti Catalogo deest) Fr. Amador Gonçálvez. Qui die 1. Maji 1608 Macai mortuus est [7]. Propterea praesentem Catalogum *ante diem 1. Maji 1608* compositum esse oportet.

E duobus illis Patribus, quos in Indiam abiisse diximus, P. Fran-

---

1a Antonius Rubino ad Christophorum Ferreira, s. t. [1642], s. l. [Manila], lat. apogr. = *J.18 II* 280.

2 Vide infra, *Doc. 38*, initio textus.

3 Johannes Rodríguez Giram ad Gen., Nagasaki, 14. Martii 1609, Litt. Ann., lus., Orig., *J. 56* 1.

4 *De missione P. Francisci López*: P. Valentinus Carvalho ad Gen., Macao, 20. Januarii 1608, lus., Orig., *J. 14 II* 298-301v; idem ad P. Johannem Álvarez, Assistentem, Macao, 28. Januarii 1608, lus., hologr., *J. 14 II* 304-305v; P. Franciscus López ad Gen., Macao, 19. Januarii 1608, lus., Orig., *J. 14 II* 296-297v; idem ad P. Johannem Álvarez, Assistentem, Macao, 24. Januarii 1608, lus., hologr., *J. 14 II* 302-303v; P. Didacus (Diogo) Pinto ad Gen., Macao, 6. Februarii 1608, lus., hologr., *J. 14 II* 306-307v. — *De missione P. Antonii Rodríguez*: Valentinus Carvalho ad Provincialem Goanum, Macao, die 29. Novembris 1606, apogr. pro Gen., cum subsignatione authentica ejusdem Valentini Carvalho, *J. 14 II* 265-267v; idem ad P. Johannem Álvarez, Assistentem, Macao. 17. Januarii 1608, lus., Orig., *J. 14 II* 291-295v.

5 Quem sub finem anni 1609 in oppido Akizuki in locum P. Gabrielis de Matos successisse, e Memoriis ejusdem P. Gabrielis de Matos novimus: vid. supra, *Doc. 31* (= *J. 25* 59v). Sed cum jam in Catalogo Macaensi diei 15. Januarii 1609 omittatur, sino dubio anno 1608 in Japoniam transiit.

6 Cf. supra, notam 3.

7 Lisboa, Arch. Ultramar., *Ms. 1659* 101v: «Dos Defuntos da Companhia que estam enterrados nesta igreja [da Madre de Deus, em Macao]».

ciscus López sub finem Januarii 1608 in procinctu erat proficiscendi [8]. Qui cum in praesenti Catalogo recenseatur, forsitan Catalogus ante ejus discessum in Indiam compositus est. Fatendum tamen, ejusmodi argumento plus aequo fidem non esse habendam. Nam cum ille ad Collegium Macaense, cujus negotia tractanda susceperat, etiam absens pertinere non desisteret, etiam post discessum in Indiam in Catalogo Macaensi recenseri poterat.

Quod simili modo de Patre Antonio Rodríguez verum est. Nam is mense Novembri 1606 ad gravia quaedam Collegii Macaensis negotia dirimenda in Indiam abierat [9]. Malaccae Indiae Proregem et Episcopum Macaensem invenit; ac rebus, propter quas iter instituerat, cum Prorege collatis, in Indiam profectus est [10]. Qui in praesenti Catalogo anni 1608 recensetur: sive quia etiam tum ad Collegium Macaense pertinebat, sive quia eodem anno 1608 redux exspectabatur. In Catalogo Goano, Novembri 1608 exarato, inter Patres in India residentes etiam tum enumeratur [11]; in Catalogo Macaensi, die 15. Januarii 1609 confecto, non invenitur [12].

Ceterum, ut singulas ejusmodi considerationes praetereamus, attentione dignum videtur, *praecedentem* Catalogum Macaensem *die 15. Novembris 1606* confectum esse, eum vero, qui praesentem *sequitur, die 15. Januarii 1609!* Ignoramus quidem, num Catalogi intermedii exstiterint, sed id praesumendum non est. Quare quasi 'a priori' suspicari licet: praesentem Catalogum *non in fine anni 1608* confectum esse; nam initio sequentis anni (die 15. Januarii 1609) alius Catalogus compositus est; *neque in fine anni 1607;* nam annus 1608 in titulo indicatur; sed *initio anni 1608,* ita ut inter Catalogum diei 15. Novembris 1606 et Catalogum diei 15. Januarii 1609 medium locum teneat. Quod etiam factis illis particularibus supra expositis optime congruit.

Concludimus ergo: Catalogum istum *certo ante diem 1. Maji 1608, probabiliter initio ejusdem anni, ut puta mense Januario vel Februario,* esse conscriptum.

Locus compositionis haud dubium quin sit Collegium Macaense. Auctor non indicatur; sed est vel ipse Rector Collegii, P. Valentinus Carvalho, vel alius Pater, nomine Rectoris ac cum ejusdem approbatione.

---

8 Cf. Documenta, quae in adnot. 4a de Missione P. Francisci López allegavimus.

9 Cf. Documenta, quae in adnot. 4a de missione P. Antonii Rodríguez indicavimus.

10 Valentinus Carvalho ad P. Johannem Álvarez, Assistentem, Macao, 17. Januarii 1608, lus., Orig., *J. 14 II* 291-292v.

11 « Catálogo Io da Provincia de Goa da India Oriental, feito em Novembro de 1608 », *Goa 24 II* 457.

12 Cf. infra, Doc. 38.

Textus

Brit. Mus. add. 9860, f. 117-117v

F. 117

†

Catálogo dos Padres e Irmãos do
Collégio de Macao do anno de 1608.

P.e Valentim Carvalho, Reitor
P.e João de Milão, ministro
P.e Diogo Pinto, pregador, consultor e confessor dos Irmãos e prefeito do spiritu
P.e Francisco López, lente de theologia e consultor
P.e Francisco Laguna, confessor dos Irmãos
P.e António Rodríguez, admonitor
P.e Manoel Gaspar, consultor e prefeito da igreja
P.e Diogo Antunes, pregador e confessor
P.e Hierónimo Centimano, confessor
P.e Manoel Dias, lente de theologia
P.e Sebastião Vieira, procurador de Japão e China
P.e João Gonçálvez, prefeito da saude
P.e Pedro Marques, pregador e confessor
P.e Domingo Gonçálvez, lente do Curso
P.e Francisco Boldrino, lente de theologia
P.e Francisco Taveira, procurador do Collégio
P.e Francisco Carvalho, mestre da eschola de ler e escrever

Theólogos

P.e Francisco Eugénio, Mestre dos noviços
P.e João Bautista [Machado]
P.e Jácome António
P.e António d'Abreu
Ir. Diogo Carvalho
Ir. Christóvão Ferreira
Ir. Francisco Lobo
Ir. Miguel Cabral

Casuístas

Ir. Agostinho de Teves
Ir. Manoel Gonçálvez / *col. b.*

Artistas

Ir. Simão Antunes
Ir. Lourenço Méndez
Ir. João Alberto
Ir. Pero Martins
Ir. Manoel Fernández
Ir. André Gómez, mestre de latim

Irmãos officiaes

Ir. Amador Gonçálvez, porteiro
Ir. Diogo Leitão, companheiro do P.e Procurador de Jappão

Ir. Gonçalo Francisco, comprador
Ir. André, tem cuidado da Ilha Verde
Ir. André Pinto, enfermeiro
Ir. João Bras, despenseiro
Ir. Christóvão, roupeiro
Ir. Manoel Pinto, samchristão

Irmãos Noviços

Irmão Jacobe, pintor
Ir. Bérnabé Rodríguez, refeitoreiro
Irmão António Dias, ajuda o roupeiro
Irmão Jorge Vaz
Irmão Manoel Preto

117v

« † Catálogo dos Padres e Jrmãos do Collégio, do anno de 1608. 2ª via ».

38

CATALOGUS BREVIS COLLEGII MACAENSIS

Die 15. Januarii 1609 factus

Nonnisi unum, quod hic edimus, exemplar Catalogi Brevis Macaensis anni 1609 novimus: quod exstat in Bibliotheca Nationali Ulyssiponensi (*Mss., Caixa 29 nr. 1*). Duobus foliis chartae japonicae, 33, 3 cm. altis, 24,1 cm. latis, continetur. Textus solum primum folium occupat; primum folium versum et folium alterum rectum vacant; in secundo folio verso haec verba leguntur: « Catálogo dos Padres e Irmãos que residem no Collégio de Macao da Companhia de Jesus. Para ver o Padre Álvaro Lobo. Manda-lhe o Padre Valentim Carvalho. Da China ». Manus illa, quae et istam notam et textum Catalogit transcripsit, est manus amanuensis vel secretarii Superiorum illis annis (saltem annis 1606-1613) Macai degentium [1].

Tempus compositionis in titulo indicatur. *Locus* sine dubio est Collegium Macaense. *Auctor* non subscribit; sed est vel ipse Rector Collegii, vel alius, jussu et auctoritate Rectoris. E nota in altero folio verso adjecta suspicari quis posset (forsitan non immerito), Patrem Valentinum Carvalho, qui usque ad diem 30. Novembris 1608 officio Rectoris Macaensis functus erat, in componendo Catalogo partem habuisse. P. Alvarus Lobo, ad quem ille Catalogum istum misit, unus e gravioribus Provinciae Lusitanae Patribus, per 3 annos Collegii Portuen-

---

1 Multa sunt documenta ab isto amanuensi descripta, e. g. *J.14 II* 131-132v 298-301v 331-331v; *J. 15 I* 26-27v 30-31v 36-36v; J. 15 II 319-320; *J. 38* 32-36v, ut aliqua saltem indicemus. Cum saepius de documentis secretis agatur, quae Superioribus destinabantur, sine dubio amanuensis ille vir magnae fiduciae erat.

sis (Oporto) Rector fuerat, per 15 annos Praefectus studiorum, Collegia Provinciae Lusitanae Visitator adierat, ultimo vitae tempore in Collegio Conimbricensi degerat; ceterum, quo tempore Catalogus iste allatus est, jam e vita decesserat: mortuus enim erat Conimbricae, die 23. Aprilis 1608[2].

Textus

Lisboa, Bibl. Nac., Fundo Geral,
Mss. C. 29 N. 1.

Catálogo dos Padres e Irmãos que residem no Collégio de Macao, feito aos 15 de Janeiro de 609.

Padre Francisco Pacheco, Reitor, começou a correr com o offício aos 30 de Novembro.

P.e Jácome António, Italiano, ministro, está avisado pera ir a Japão na primeira monção.

P.e Diogo Pinto, consultor e mónitor, confessor dos Irmãos e pregador.

P.e Manoel Gaspar, Professo de 4 votos, consultor e prefecto da igreja.

P.e Francisco Laguna, Professo de 4 votos, lente de Casos e confessor dos Irmãos, serve de consultor em lugar do P.e António Rodríguez que está na India.

P.e Diogo Antúnez, confessor e pregador.

P.e Francisco Boldrino, Italiano, lente de theologia; o mais provável hé que vá pera [Japão?].

P.e Sebastião Vieira, pregador, serve de consultor em lugar do P.e Manoel Dias [que deve?] vir pera este Collégio.

P.e Manoel Dias Junior, pregador, lente de theologia, prefeito dos estudos.

P.e Jerónimo Centimano, confessor, Italiano.

P.e Domingos Gonçálvez, pregador, substituto de theologia.

P.e Pedro Marques, pregador, está avizado pera Japão.

P.e João Coelho, confessor e procurador de Japão.

P.e Francisco Taveira, confessor e pregador.

2 « Primeiro Catálogo trienal da Província de Portugal, feito no princípio de Março do anno de 1606 », *Lus. 44 I* 219 (= Collégio de Coimbra); et (de ejus morte) ibidem, Lus. 44 I 236[h] (= « Defuntos no Collégio de Coimbra no anno de 608 »).

P.e Francisco Carvalho, confessor, mestre da escolla de ler, escrever e contar.

P.e João Gonçálvez, confessor, procurador do Collégio e prefeito da saúde.

P.e Diogo Carvalho, pregador, avisado pera Japão.

P.e Christóvão Ferreira, theólogo do 4.º anno.

P.e Francisco Lobo, avizado pera Japão.

P.e Miguel Cabral, theólogo do 3.º anno, avizado pera Japão.

P.e João Baptista, theólogo do 3.º anno, avizado pera Japão.

P.e António de Abreu, theólogo do 3.º anno e Mestre dos noviços.

P.e Agostinho de Teves, confessor.

P.e Valentim Carvalho, avizado pera Japão.

P.e João de Milão, confessor, parece que tornará este anno pera Japão.

Padres — [25]

Irmão Simão Antunes, theólogo do 1.º anno.

Ir. Pedro Martinz, theólogo do 1.º anno.

Ir. João Alberto, theólogo do 1.º anno.

Ir. Lourenço Mendes, theólogo do 1.º anno.

Ir. André Gómez, theólogo do 1.º anno.

Ir. Manoel Fernández, mestre de humanidade.

Irmão Diogo Leitão, soto-ministro, serve de enfermeiro.

Ir. Gonçalo Francisco, comprador.

Ir. André Pinto, samchristão.

Ir. João Bras, dispenceiro.

Ir. Manoel Pinto, porteiro.

Irmão Christóvão, roupeiro, parece que irá pera Japão donde hé natural.

Ir. André, Japão, ajuda ao Procurador de Japão.

Noviços

Irmão Bernabé Rodríguez, Quoadjutor Temporal, ajuda ao enfermeiro.

Irmão António Dias, Quoadjutor Temporal, ajuda ao Ir. roupeiro.

Irmão Jorge Vaz, Quoadjutor Temporal, refeitoreiro.

São por todos — 41.

39

BREVIS ENARRATIO NUMERI DOMORUM, PERSONARUM REDDITUUM ET EXPENSARUM SOCIETATIS IN JAPONIA

[12. Novembris 1609]

Enarratio ista *non* est proprii nominis Catalogus Ordinis sicut ceteri. Neque enim a Praeposito Provinciae vel a Superiore alicujus Domūs facta est, neque eorum jussu et auctoritate vel concinnata vel saltem approbata et usui Societatis destinata. Nam auctor ejus est P. Johannes Coelho, qui, cum die 12. Novembris 1609 in Collegio Macaensi documentum istud subsignaret, Macai munere Procuratoris Viceprovinciae Japonicae fungebatur [1]. Qui, cum antea etiam in ipsa Japonia Viceprovinciae Procurator fuisset [2], se necessaria ad ejusmodi descriptionem scientiā et experientiā non carere, jure in fine asserit [3]. Intentio autem auctoris, istam Enarrationem conscribentis, eadem fere fuit ac illa, quam ante oculos habuit Visitator P. Alexander Valignano, cum in fine Summarii Japonici adjiceret summam domorum Societatis Jesu in Japonia, cum numero alendarum in eis personarum [4]: ostendere enim satagebat uterque, quibusnam auxiliis Missio illa (Viceprovincia, Provincia) ad suam suorumque operum sustentationem indigeret.

Unum exemplar documenti istius nobis notum exstat in volumine J. 23 (ARSI), quod volumen varias fundationes, rationes, legata et donationes, aliaque id genus documenta, complectitur. Descriptio ista 8 foliis chartae europaeae, 30,-30,4 cm. altis, 21,0-21,3 cm. latis (*J. 23* 33-40v) constat. Textus autem sex prima folia occupat, sed in folio sexto verso (fol. 38v) solam quartam partem paginae. Folium septimum (fol. 39-39v) vacat, folium octavum rectum (fol. 40) similiter; in folio octavo verso (fol. 40v) duabus brevibus notis, lusitanā unā, alterā latinā, quid documentum istud contineat, exprimitur. Nota lusitana est haec: « Jappam. Emformação dos gastos que em hum anno faz a Companhia em Japam. 2a via ». Verbum 'Jappam' non eādem manū scriptum est ac alia illa verba. Nota latina: « Japonia - 1609. Narratio de domibus Residentiis, redditibus, expensis, et caeteris hujusmodi spectantibus ad Societatem »: verba haec sunt temporis multo posterioris, sive a tabellario quodam, sive ab aliquo historiographo adjecta [5].

---

1 *J. 23* 38v, in fine documenti.

2 Ibid.

3 Ibid.

4 Vid. supra, *Doc. 21*.

5 Alia exempla ejusdem manūs in eodem volumine *J. 23*:

1668 = *J. 23* 131v;	1659 = *J. 23* 248v;
1670 (?) = *J. 23* 165v;	1621 = *J. 23* 314v;
1691 = *J. 23* 171v;	1610 = *J. 23* 324v;
1649 = *J. 23* 176v;	1670 = *J. 23* 356v.

Textus totius Enarrationis unã manũ scriptus est, quae in fine subscriptionem « João Coelho » adjunxit (fol. 38^{v}). E sola tamen scriptura non constat, num de originali, an de apographo agatur; sed e ceteris istius documenti qualitatibus potius de apographo contemporaneo agi videtur.

Enarratio Patris Johannis Coelho divisa est 12 titulis, quibus variae Japoniae regiones (et civitas Macaensis) tractantur, in quibus tunc illa Viceprovincia Domos habebat. Quae vero sub dictis titulis indicantur, ea in fine descriptionis breviter resumuntur. Deinde vero, proventus Viceprovinciae Japonicae per summa capita recensentur. Sequuntur expensae annuae. Tandem, comparatis inter se proventibus et expensis annuis, demonstratur annuus rei familiaris defectus (' deficit '). Tres in fine Enarrationis conclusiones de modo sustentandi Domos in Japonia erectas deducuntur.

Textus

J. 23, 33-40^{v}

†

NARRAÇÃO BREVE DO NÚMERO DAS CASAS, DA GENTE, DA RENTA, E GASTOS DA COMPANHIA DE JAPPÃO

Título da Cidade de Nangasaqui, de que hé senhor o Emperador de Jappão [1]

Temos em Nangasaqui hum Collégio [2], hum Noviciado [3], e huma Residência fora da cidade [4], em que averá milhoria de sincoenta mil Christãos.

2 da1] *fors. corr. ex* de || 4 hé senhor] *corr.*

[1] ' Emperador de Japão ': anno 1587 Toyotomi Hideyoshi proscribens Legem christianam, portum Nagasaki, ab Ōmura Sumitada Bartholomaeo Ecclesiae oblatum, sibi assumpsit. Qui etiam, Hideyoshi defuncto, ' Coronae ' remansit, ita ut a principibus Tokugawa Iyeyasu et Hidetada tunc dependeret, cum auctor noster hanc ' Narrationem Brevem ' anno 1609 componeret. *Introductio* pp. 969-972. — ' Emperador ' hoc loco *non Dairi* seu *Tennō* intelligitur.

[2] De Collegio studiorum in Japonia vid. opus nostrum *Introductio,* Parte II^{a}, Sect. 2^{a}, Cap. 2um De Domibus Majoribus, pp. 693-708; et (in Indice) pp. 902-903.

[3] De Novitiatu S. J. in Japonia vid. idem Cap. operis nostri *Introductio* pp. 693-708, et conspectum locorum et temporum, quibus Novitiatus in Japonia exstitit, in Indice, pp. 976-977. — Tempore, quo auctor noster suam Narrationem Brevem scripsit, jam ultimus novitiorum cursus cessaverat: qui a die 2. Februarii 1607 in Domo Omnium Sanctorum per biennium usque ad diem 2. Februarii 1609 perduraverat. Postea vero, superveniente persecutione, non amplius coeptus est. Vid. ibid., p. 977.

[4] De Residentia, quae propter necessitates spirituales Ōmuranorum ab

Temos nesta cidade hum Collégio, em que residem huns annos por outros 15 Padres, 12 Irmãos, 60 collegiaes e 120 moços de serviço. Gasta-sse neste Collégio de ordinário, por aver muitos hóspedes, e officinas de pintar [5], e imprimir livros de anbas as línguas, latina e jappónica [6], e por residir nelle o P.e Viceprovincial com

---

anno 1606 usque ad annum 1614 in loco Urakami existebat, vid. *Introductio*, pp. 491-492.

5 *Schola pictorum, vel Seminarium pictorum*, a Societate in Japonia tunc fundata esse videtur, cum Visitator P. Alexander Valignano secundo in Japonia degit (21. Julii 1590 - 9. Octobris 1592). Anno 1583 in Japoniam advenerat *Fr. Giovanni Cola*, Neapolitanus, pictor. Qui primis quidem annis ipse solus artem suam exercens, usque ad diem 13. Dec. 1584 (ita Luís Fróis, Katsusa, dicto die, *J. 9 II* 329, autogr.) nonnisi duas picturas altarium (retábolos), unam in civitate Nagasaki, aliam in Arima, depinxerat. Usque ad diem 1. Januarii 1587, eodem L. Fróis referente (Shimonoseki, dicto die, Orig., *J. 10 II* 223-223v): « Fratello Jo. Cola, pintore, eso é naturalmente molto debole, et non ha fatto insino a hora, dopo che stà in Giappone, più di 4. o 5. quatri per alcune ecclesie.. ». Anno 1586 ad regionem Gokinai missus est, pictoris munus exercens (*J. 51* 20, L. Fróis, 2. Oct. 1587, Orig.).

Inde ab anno 1592 *scholae pictorum* vestigia in fontibus apparent. Novembri 1592 Fr. João Nicolao cum aliquibus discipulis in Domo *Shikiensi* recensetur (Doc. 29 A). Sed jam sequenti anno 1593 ad Seminarium, tunc in silvis loci *Hachirao* latens, transiit (*J. 52* 20: Pedro *Gómez*, Ánnua, 15. Março 1594). Anno 1595, Seminario Hachiraoensi incendio destructo, Giovanni Cola cum Seminaristis ad oppidum *Arie* transmigrat, ibique remanet, usque dum *Sept./Oct. 1597* Seminarium propter persecutorum instantiam ad tempus clausum est. (L. Fróis, Annua, 20. Oct. 1595, *J. 52* 97 141; L. Fróis, Annua, 3. Dec. 1596, Orig., *J. 52* 193). Sublato Seminario, schola pictorum *ad Domum Nagasakiensem* interim translata est (vid. opus nostrum *Introductio* p. 705). In fundo Domus illius aestate 1598 magnum aedificium, oculis tamen transeuntium vix pervium, aedificatum est, ubi Octobri ejusdem anni 1598 jam fere 70 alumni degebant (*Introductio* 736). Ubi mense *Februario 1599* pictorum expressa mentio fit (Valign., 20., 22. Febr. 1599, *J. 13 II* 258 260v). Sed a sede Nagasakiensi *post aliquod tempus* iterum amotum, pictorum Seminarium primum ad portum Shiki (Doc. 31, ano 1600), deinde ad civitatem Nagasaki (Doc. 31), iterumque *ad oppidum Arima* transmissum est. Sed cum post incendium civitatis Nagasaki (27. Oct. 1601) (cf. *Introductio* 707 740), Seminarium ex illa civitate fere statim (prob. ante 15. Nov. 1601) remotum et ad oppidum Arima mutatum esset, Seminarium pictorum, tunc in Arimensi Domo, *ad Collegium Nagasakiense* restitutum est (*Introductio* l. c.). De tempore: Valignano, epistola diei 15. Febr. 1602: ante 4 menses! *J. 14 I* 101). Atque in ea sede usque ad annum exilii (1614) remansit (Vid. Catalogos hujus voluminis; cf. ep. 4. Oct. 1613, Jer. Rodríguez *J. 15 II* 303v).

De pictoribus, et de imaginibus ab eis depictis, vid. Georg Schurhammer S. J., Gesammelte Studien, vol. II. Orientalia, nr. 38. *Die Jesuitenmissionare des 16. und 17. Jahrhunderts und ihr Einfluß auf die japanische Malerei*, pp. 769-779. — Josef Franz Schütte S. J., *Christliche japanische Literatur, Bilder und Druckblätter in einem unbekannten Vatikanischen Codex aus dem Jahre 1591*, in AHSI, vol. IX, Romae 1940, 226-280, praesertim 257-267.

6 *Typographia anno 1590 a Patribus S. J. in Japoniam introducta* varie e loco in locum migrare debuit. Oppida autem, ubi in ipsa Japonia collocata erat, *ordine temporis* haec sunt:

sua gente, e o P.[e] Procurador da Província, e se virem a elle curar os Nossos de toda [a] Viceprovíncia: -3200- Cruzados. Tem este

1) Katsusa (Takaku), fere a mense Augusto 1590 usque ad mensem Maium 1591.

2) Kawachinoura (Amakusa), fere a mense Maio 1591 usque ad Sept./ Oct. 1597.

Typographia *europaea* deinde ultra unum annum otiosa remansit: « Hizo-sse también otra casa mui acommodada para la emprensa, que de más de un año a esta parte, después que se deshizo el Collegio de Amacusa, estava *occiosa, y sin tener lugar,* a lo menos *quanto a nuestra letra*: porque la emprensa de letra de Jappón no perdió tiempo, aunque estava mui mal accomodada ». Ita Valign. ad Gen., Nagasaki, 22. Febr. 1599, Orig., hisp., *J. 13 II* 260v.

Typographia *japonica* etiam post dissolutionem Collegii Amacusani (Sept./ Oct. 1597) 'in Collegio Iaponico Societatis Iesu' libros imprimere non desiit: ita ut anno 1598 saltem duo opera ex ea prodierint: *Salvator Mundi* (Confessionarium) et *Racuyoxu* (Dictionarium signorum scripturae sino-japonicae). Utrum vero titulo Collegii Societatis Jesu Japonici hoc loco Domus Nagasakiensis, an Domus Omnium Sanctorum extra muros, significetur, id difficile dictu est, cum Collegium proprie dictum in ipsa civitate nonnisi inter Oct. 1598 et Febr. 1599 iterum instauratum sit. Cf. *Introductio* pp. 705 706-708.

3) Nagasaki, Collegium in ipsa civitate: in quo typographia tum europaea, tum japonica, saltem ab initio anni 1599 (vid. textum supra).

Typographia europaea usque ad Octobrem 1614 in eodem loco remansisse videtur.

Typographia japonica usque ad annum 1600 in Collegio Nagasakiensi exstitit: nam et anno 1599 et anno 1600 complura opera ex eadem, in Collegio Japonico Societatis Jesu constituta, edita sunt. Anno 1600 typographia ista japonica Christiano cuidam Nagasakiensi, uni e primoribus civitatis, Gotō Thomae Sōin, commissa est, ea condicione, ut, suis quidem expensis, sed suo etiam emolumento, eos libros dumtaxat imprimeret, quos ei Superior Societatis Jesu excudendos adsignasset (textum: ep. Val. Carvalho, 25. Oct. 1600, habes apud J. Laures, *Kirishitan Bunko,* [3]Tōkyō 1957, p. 23, not. 77). Typographia tunc japonica sedem *extra Domum Societatis* habebat: « fora de Caza » (Carvalho, ep. cit.); etiam Ant. Fr. Critana, ep. 1. Martii 1601, ad Gen., hisp., Orig., *J. 35* 143: el P. Rector de Nangasaqui « acude a dar aviamento a la imprenta de Japón que está fuera de Casa ».

Sed de typographia japonica dubium oritur: nam tria tantum opera, ex officina Thomae Gotō Sōin in lucem edita (saltem hucusque) nota sunt: *Orashio no Honyaku,* opus absolutum 'Keichō go nen san-gatsu jōjun' = primis decem diebus mensis tertii anni 1600. — *Doctrina Christam.* Opus editum 'Keichō go nen, roku-gatsu jōjun' = primis decem diebus mensis sexti, anni 1600. — Tertium autem: *Fides no Qvio* (Luis de Granada), nonnisi Keichō jū-roku nen, go gatsu jōjun = primis decem diebus mensis quinti, anni 1611, prodiit. — Interim autem, eodem anno 1600 in Collegio Japonico S. J. alia *Doctrina Christam*; et opus *Royei Zafit* (Anthologia poetica) absoluta sunt, mense non indicato. Ac praeterea, anno 1607, in eodem Collegio Japonico S. J. sub titulo *Spiritval Xvgvio* liber meditationum editus est. — Cur ista opera non ex officina Thomae Gotō Sōin, sed

Collégio huma muy fermoza igreja[7], e hum edifício grande, e casas, em que estes annos próximos se têm gastado -7000- Cruzados.

Como a Cidade de Nangasaqui seja cabeça da Christandade, e ella seja toda de Christãos, concorem a ella de diverças partes de Jappão pobres, e desterrados polla Fé, gastará a Companhia com esta gente 800 Cruzados, afora outra muita prata, que os Padres pedem de esmolla a Portugezes e Jappõis, que com elles repartem.

Temos neste cidade huma casa de Noviciado[8], em que residem dous Padres, tres Irmãos collegiaes, e vinte novícios, e pera o serviço della tem tres colegiaes e 15 moços. Gasta-se nella hum anno por outro 1130 Cruzados.

Nesta cidade reside o Bispo[9], o qual tem ja quatro clérigos, e muitos colegiaes, que aprendem casos pera o serem; a Companhia tem sinco Padres[10] dos Naturais.

Há nesta cidade, que hé mui grande, e nos lugares a ella vesinhos

---

20 Fé] *corr. in fine* || 25 nella] *corr.*

---

e Collegio S. J., prodiisse dicuntur? Numquid typographia Collegii partem satis idoneam caracterum japonicorum retinuit, ita ut in ipsa quoque libri japonici, ubi id placuisset, imprimi possent? An Thomas Gotō Sōin, 'Societatis Jesu typographus' (etiamsi forsitan ipse anno 1603 opus *Konchirisan no ryaku,* cf. LAURES Kirishitan Bunko, ed. cit. 91, edidit: de quo non omnino certo constat) typographiam illam japonicam sibi quidem sub certis conditionibus commissam, sed non ut rem propriam habuit, ita ut in eadem (quae res Collegii remanebat) etiam Patres propria sponte opera imprimere possent?

4) Tandem TYPOGRAPHIAE MIACENSIS Antonii Harada mentio facienda est: e qua anno 1610 liber *Contemptus Mundi* prodiit (cf. J. LAURES, *Kirishitan* Bunko, 3Tōkyō 1957, pp. 77-79). De qua typographia, praeter librum supradictum, e fontibus nihil certi constare videtur.

7 Ecclesia illa nova juxta Collegium Nagasakiense anno 1601 erecta est. Die Annuntiationis B. Mariae V. (25. Martii 1601) Episcopus D. Ludovicus Cerqueira primum ejus lapidem posuit; die 21. Octobris 1601 idem Episcopus eam solemni ritu inauguravit. Vid. opus nostrum *Introductio* p. 739. Anno 1603 turris cum tribus campanis et magno horologio adjecta est: ibid., p. 741.

8 De Novitiatu vid. supra, Adnot. 3.

9 Dom Luís Cerqueira, qui die 5. Augusti 1598 in Japoniam advenit, usque ad mortem († 16. Febr. 1614) diocesim Japonicam sancte gubernavit, optimi Pastoris post se nomen relinquens. Vide de eo opus nostrum *Introductio,* pp. 897-898. — Item opus nostrum (in praepar.) *Biographiae.* — Plura ejus scripta hodiedum in Archivis et Bibliothecis exstant; de iis, quae in collectione *Cortes,* Madrid, Bibl. R. Acad. d. l. Hist. conservantur, vid. SCHÜTTE, *Cortes, in* Indice, p. 154; et inter scripta olim Archivi Japonici: cf. SCHÜTTE, *El 'Archivo del Japón'*: Decreta post 'Synodum' Nagasakiensem edita, ibi, pp. 162-163; Testamentum (1606), ibi, p. 349-350; vid. Indicem, p. 446.

10 PP. Kimura Sebastião et Niabara Luís, qui Septembri 1601 sacerdotio aucti sunt; et PP. Itō Máncio, Hara Martinho, Nakaura Julião, qui anno 1608 sacerdotes facti sunt: vid. singulorum vitam inter nostras *Biographias.*

milhoria de sincoenta mil Christãos, dos quais comungam em cada Jubileo do anno dos que há no nosso Colégio, sincoenta mil (?!)[11] pessoas. Tem Misericórdia[12], aonde reside hum Padre nosso por capelam. Governa-sse pello compromisso das nossas Misericórdias.

---

[11] Teste auctore nostro, numerus Christianorum civitatis Nagasaki (cum vicis suburbanis) tunc ad 50 000 ascendebat. — E Litteris Annuis P. Johannis Rodríguez Giram, die 10. Martii 1606 in civitate Nagasaki signatis, constat: eos qui ad recipiendam Eucharistiam tunc admissi erant (« Os da communhão nesta cidade ») plusquam 4 000 fuisse (Orig., lus., *J. 55* 192v). — Idem auctor in Litteris Annuis, in eadem civitate Nagasaki die 15. Martii 1610 signatis, ita scribit:

« Indo sempre crecendo o número dos da communhão, que nesta cidade (Nagasaki) passam já de quatro mil, e muito mais seriam, se não ouvesse grande eleiçam e prova dos que se devem admitir a primeira vez a este divino sacramento, por ser assi necessário nestes princípios, e a experiência assi o ensinar. », Orig., lus., 2a via, *J. 56* 172v. —

Quare dubium non est, auctorem hoc loco *lapsu calami* loco 5000 scripsisse 50 000.

[12] Incolae Nagasakienses ad Fidem conversi anno 1583 *Misericordiae Confraternitatem* instituerunt, atque ecclesiam Misericordiae erexerunt. Vide opus n. *Introductio*, p. 964. — Misericordia Nagasakiensis secundum Statuta Misericordiae Macaensis regebatur: ita Litterae Annuae Ludovici Fróis, Nagasaki, die 12. Oct. 1590, ex. contemp., *J. 50* 110v. — P. Mattheus de Couros, in Litteris Annuis, die 6. Oct. 1603 in civitate Nagasaki signatis, quasi respiciens viginti annos a fundatione transactos, et Nosocomii novi Sancti Jacobi erectionem addens, ita scribit:

Pagão-sse de fretes e direitos na China aos Capitães das Naos da Índia e de Malaca de trazerem os 9000- pardaos a 7 por 100 . . . 00630-0-0-

Faz-sse de gastos na Índia com os sogeitos que vêm do Reino pera Jappão, e com o P.[e] Procurador de Jappão que reside em Goa, hum anno por outro, pardaos 00700-0-0-

Comforme ao que fica dito, gasta-ce com as Casas, Collégios, e Residências, pardaos . . 19774-4-0-

Gasta-sse com pobres e desterrados, hum anno por outro 800 Cruzados — são pardaos . . 01009-4-0-

Monta o gasto comum da Viceprovíncia, hum anno por outro, pardaos 00650-0-0-

Gasta-sse em presentes, quando se manda visitar o Emperador e outros senhores de Jappão, pardaos 01100-0-0-

Gasta-sse em se fazer edifícios, e em algumas obras que se fazem de novo, hum anno por outro, pardaos 01500-0-0-/fol.38

Gasta-sse com os homens que têm cuidado de vigiar e alimpar as igrejas, pardaos 00300-0-0-

Gasta-sse em viáticos dos Nossos que vão de huma parte pera outra, e em correos, pardaos 00250-0-0-

25914-1-0-

Contas resumidas

Tem Jappão de suas ordinárias	09 726-3-2
Faz de gasto em hum anno	25 914-1-0
Fica-lhe faltando, em que pasa a despeza pela receita	16 187-4-2-

Tres cousas se coligem claramente do que está dito:

1ª Que esta prata que vem da Índia a Macao se não há de mandar a Japão em prata, senão empregada em seda, como se custuma a fazer, pera com os ganhos della se poder remediar aquella Christandade, em tantos gastos e despezas como tem. —

2ª Que acresentando-sse as Casas e Residências em Jappão, aonde há tantos Reitores, pera se poderem fazer, irão sempre em cre-

397 Faz-sse] *ms.* Fazaz-sse ‖ 401 conforme ao] ao *corr., prob. ex* o

cimentos aos gastos; e se nestas que estam feitas se gasta tanto, como fica dito, qué se gastará, se se fizerem de novo outras tantas e mais, ettcc.

3ª Que perdendo-ce alguma Nao, ou dexando-sse de fazer viagem da China pera Jappão algum anno, ou deixando de se mandar o emprego e ordenado, não pode deixar de se ver a Companhia / fol. 38^{v} / de Jappão em grande aperto por falta do necessário, como aconteceo estes annos, em que não ouve viagens, pello que a Companhia está emdividada de prezente em mais de vinte mil Cruzados.

Polla notícia e experiência que tenho, por ter cido Procurador da Viceprovíncia de Jappão em Nangasaqui, e o ser de prezente em Macao, fiz esta imformação nesta forma. Da China, aos 12 de Novembro de 1609 annos.

João Coelho

39/39^{v} deest / 40 vac. / 40^{v}

Jappam.
Emformação dos gastos que em hum ano faz a Companhia em Japam.
2ª via.

+

Japonia - 1609.
Narratio de domibus, residentiis, redditibus, expensis, et caeteris hujusmodi spectantibus ad Societatem.

---

429 nestas] *ms.* *nesta* || 444-447 *Folia hujus documenti semel in medio (linea horizontali). deinde iterum plicata erant, ita ut nunc lineis horizontalibus in quatuor campos dividantur; fol. 40v in tertio campo, e parte dextera, leguntur verba quae reddimus lin. 444-447; quae alia manu a tergo manuscripti adjecta sunt.* || 447 2a] *corr., prob. ex* 1 || 448-454 *Haec in secundo campo, similiter a dextera paginae, manu posteriori scripta sunt.*

40 A B

CATALOGI DOMORUM 1612/13

Cum anno 1611, mense Augusto, a Nova Hispania ad oras japonicas navis quaedam hispanica venisset, ejusque nauarcha in superioribus Japoniae partibus portuum profunditatem mensus, appellendi opportunitatem investigasset [1], is graviter apud Japonenses offendit: nam etsi non sine gubernantium licentia id fecit, antiquam tamen renovavit suspicionem velle Hispanos vi et armis expugnare Japoniam [2]. Accessit anno insequenti, quod inter duos Christianos, Arimae principem Protasium et quendam gubernii secretarium Miyacensem, Okamoto Daihachi Paulum, aperta lis oriretur: qua, ad ducem Tokugawa Iyeyasu delata, Pauli fraudes, necnon Protasii male intenta detecta sunt [3]. Quo factum est, ut Paulus vivus cremaretur [4], Protasius vero in exilium mitteretur, et paulo post capitis damnaretur: qui mortuus est die 5. Junii 1612 in oppidulo Yamura, sub monte Fuji [5]. Qui cum ambo Christiani essent, ira principis Tokugawa Iyeyasu in legem christianam exarsit, ita ut in partibus 'Kami' dictis, i. e. in superioribus Japoniae regionibus, nova persecutione exorta, Societas Jesu domum Surugae emptam, necnon eam, quae in altiore parte

---

[1] Ludovicus de Cerqueira, Episcopus Japoniae, ad Gen., Nagasaki, 10. Octobris 1612, lus., Orig., *J. 15 II* 163v/4.

Franciscus Pírez, 19. Octobris 1612, lus., Autogr., *J. 15 II* 171.

Matthaeus de Couros ad Gen., Nagasaki, 22. Octobris 1612, lus., Orig., *J. 35*, 8v, cf. apogr. missum tunc e Japonia in *J. 15 II* 172v/3.

Valentinus Carvalho ad Gen., Nagasaki, 26. Octobris 1612, lus., Orig., *J. 15 II* 178 (ubi etiam ejus nomen: « Sebastiam Biscainho »).

Petrus Morejón ad Gen., Miyako, 4. Januarii 1613, hisp., Autogr., *J. 15 II* 221v.

Ludovicus de Cerqueira, Episcopus Japoniae, ad Regem Hispaniae, Nagasaki, 15. Novembris 1612, lus., apogr. missum a Provinciali Japoniae ad Gen., *J. 21 II* 266v.

[2] Ex iisdem locis (cf. notam 1) tum obtenta licentia tum excitata suspicio manifesta est. Iidem testes adjungunt, ab Hollandis, ac vel maxime eorum nauclero britannico (Will Adams), edoctos esse Japonenses, apud ipsos Europaeos insolitum esse aliarum nationum portūs metiri, litora explorare.

[3] Ludovicus de Cerqueira, Episcopus Japoniae, ad Gen., Nagasaki, 10. Octobris 1612, lus., Orig., *J. 15 II* 162/3v.

Franciscus Pírez, 19. Octobris 1612, lus., Autogr., *J. 15 II* 171.

Matthaeus de Couros ad Gen., Nagasaki, 22. Octobris 1612, lus., Orig., *J. 35*, 8-10v, cf. apogr. tunc e Japonia missum in *J. 15 II* 172/5.

Petrus Morejón ad Gen., Miyako, 4. Januarii 1613, hisp., Autogr., *J. 15 II* 221v/2v.

[4] Iisdem epistolis: *J. 15 II* 162v, 171, 172v.

[5] De ejus morte longiorem narrationem continent Litterae Annuae anni 1612: Matthaeus de Couros ad Gen., Nagasaki, 12. Januarii 1613, lus., Orig., *J. 57* 185v/9.

urbis Miyako, Kami-gyō, existebat, perderet[6]. Majus etiam periculum Arimensi ecclesiae imminebat: nam cum Protasii filius et heres Michael, etsi legitimo matrimonim junctus, proneptim Iyeyasu ducis uxorem accepisset non-christianam, et christianae religioni infensam, Michael quoque, urgente Iyeyasu, fidem negavit. Qui ex aula ducis Tokugawa die 9. Junii in Arimanum principatum regressus, brevi post, die 13. Junii 1612, omnes Societatis Jesu socios ex Arimano feudo discedere jussit[7]. E quorum numero, dum pauci Patres Fratresque ac *Dōjuku* extra Societatis Domus ad Christianorum utilitatem ac consolationem clam remanent, ceteri in alia domicilia sese recipiunt[8].

De qua mutatione facta, ut Romae quoque et in aliis locis constaret, duplex exaratus est Catalogus Domorum (cum numero personarum in eisdem degentium), unus ante exortam persecutionem illam, alter postea.

40 A

1. *Catalogus Domorum ante persecutionem existentium*

1. Catalogi istius exstat exemplar in volumine primo Catalogorum Japoniae in ARSI: uno folio chartae japonicae, c. 27 cm. lato, 35 cm. alto, continetur (*J. 25* 83-83v) = Exemplar a.

Aliud exemplar ejusdem Catalogi invenitur in 'Apologia' P. Valentini Carvalho, qua respondet ad tractatum quendam P. Fr. Sebastiani a S. Petro, Franciscani. Apologia ista in Collegio Macaensi die 27. Maji 1617[9] ad finem perducta est: cujus manuscripta exemplaria tum in Bibliotheca Musaei Britannici (= Add. Mss. 9856), tum in Bibliotheca Nationali, Romae (= ms. 1469, seu rubr. 3598) conservantur. Prius exemplar Apologiae, ejusque Catalogi Domorum b^{I} dicimus, alterum vero b^{II}.

2. Duae distingui possunt partes istius Catalogi: Prima parte domicilia cum numero sociorum Ordinis in unaquaque domo stabili modo habitantium indicantur; altera parte alumni Seminarii, *Dōjuku,* cete-

---

6 Vide epistolas nota prima indicatas: *J. 15 II* 163v, 173v/4, 222v.

7 Vide epistolas in annotatione prima indicatas: Ludovici de Cerqueira: *J. 15 II* 162/5v - Francisci Pírez: *J. 15 II* 171 - Matthaei de Couros: *J. 35,* 8-10v et *J. 15 II* 172/5v - Petri Morejón: *J. 15 II* 221v/2v. Cf. etiam Litteras Annuas Matthaei de Couros, ad Gen., Nagasaki, 12. Januarii 1613, lus., Orig., *J. 57,* 199v-201v.

8 Vide easdem Litteras Annuas: *J. 57* 201v; praeterea epistolas in annotatione prima indicatas: Francisci Pírez: *J. 15 II* 171 (4 Patres remanserunt) - Matthaei de Couros: *J. 15 II* 174v (2 Patres remanserunt in oppido Arima et prope illud; 1 Pater et 1 Frater in oppido Kanayama; praeter quos jam 1 Pater in oppido Kuchinotsu, 1 Pater in oppido Katsusa residebat: ita ut die 22. Octobris 1612 in Arimensi districtu 5 Patres, 3 Fratres, 7 '*Dojuku*' clam incolerent). - Epistola Petri Morejón: *J. 15 II* 222v.

Praeterea Gabriel de Matos ad Gen., Nagasaki, 27. Februarii 1613, lus., Autogr., *J. 15 II* 230: 4 (et interdum 5) Patres remanserunt: 1 in Arima, 1 in Arie, 1 in Kanayama, 1 vel 2 per vicos et oppida cursitantes.

9 Ita in fine *Apologiae,* London, Br. Mus., *Add. Mss. 9856,* f. 114.

rique qui in opere evangelisationis adjuvabant, numero recensentur. Prima pars sex veluti titulis, ratione domus principalioris cujusque regionis, dividitur:

Rectoratus Nagasakiensis - Rectoratus Arimensis - Domus Hacatensis - Missio Bungoensis - Rectoratus regionis 'Kami'.

Denique, veluti extra proprium Ordinis ambitum, ii, qui in Domo Episcopi morabantur, enumerantur.

Altera pars duas velut paragraphos complectitur: primo enim loco Seminarii alumni, catechistae (*Dōjuku*), officiales, ceterique omnes, qui in Domibus Societatis viventes, operae evangelisationis incumbebant, numerantur; secundo loco ii, qui extra Collegia vel Residentias Societatis ruri sparsorum templorum capellarumve curam sustinebant ('*Kambō*' nomine); ii quoque, qui propter Fidem e propriis aedibus ejecti et in exilium missi, sumptibus Ordinis alebantur; denique ii, qui japonico more servorum officiis in Domibus Societatis fungebantur.

3. E titulo, qui textum praecedit, et ex ipso textu liquet: Catalogum respicere tempus praeteritum: i. e. eum non ita describere Domos sicut tempore compositionis Catalogi istius se habebant, sed sicut erant, antequam supradicta persecutio orta est: indicatur igitur, quibusnam in locis *initio fere Junii 1612* Societas Jesu in Japonia Domos habuerit, quotque socii in singulis earum resederint.

Verum, modus iste respiciendi tempus praeteritum, multo magis in exemplari a effertur quam in b^{I} et b^{II}. Nam in exemplari a constanter *forma praeteriti* adhibetur: In Rectoratu Nagasakiensi erant..(tot)..; In Rectoratu Arimano erant..(tot)..etc. — In exemplari b (post titulum tempus *praeteritum* indicans) in prima parte Catalogi semper forma *praesentis* legitur: In Rectoratu Nagasakiensi *sunt* omnes simul..(tot)..; In Rectoratu Arimano *sunt* omnes..(tot)... Et in fine totius partis primae: « *Sam* por todos os Padres e Irmãos que *residem* em Japão cento e dezaseis ». Titulus secundae partis, etiam in b^{I} et b^{II}, tempus praeteritum respicit, sed in b^{II} solum, quia verba adduntur: « no dito anno de 1612 », dum verbum « ajudão » ponitur in forma praesentis. Textus deinceps inter formam praesentis et formam praeteriti haesitat: « Os que a Companhia *sustenta* dentro da Casa e *ajudão* ... *são* por todos ... » Sed paulo ante finem: « Além destes *sostentava* também no dito anno de 1612 a Companhia a muitos que *tinhão* cuidado das igrejas ».

4. Aliae quoque inveniuntur differentiae inter a et b, quarum illa praecipua est: explicari scl. in b ubicationem locorum, in quibus Domus Societatis existere dicuntur: e. g. « *Nangasaqui no Reyno de Figem* »; « *Xiqi na ilha Amacusa* » etc.

5. Ex attenta comparatione exemplarium a b^{I} b^{II}, tum inter se, tum etiam cum exemplaribus Catalogi Domorum post exortam persecutionem in Japonia existentium, aliqua saltem conclusio de origine Catalogi istius fieri posse videtur. Nam si auctor, nullo alio Catalogo innixus, Catalogum, qui tempus praeteritum tantum respiceret, ex novo composuisset, vix intelligitur, *cur in eo formam praesentis adhiberet*, sicut in b^{I} et b^{II} reapse factum videmus. Praeterea, nulla apparet ratio transformandi formam praeteriti (ut invenitur in a) in formam praesentis (ut habetur in b^{I} et b^{II}) in Catalogo, qui tempus praeteritum respicit. Sed

si Catalogus, qui tempus praeteritum respicit, ex alio Catalogo formam temporis praesentis adhibente ortum habuit, tunc transformatio temporis praesentis in formam praeteriti, etiam per gradus facta, bene intelligitur. — Quodsi Catalogus Domorum ante exortam persecutionem existentium cum Catalogo 'post persecutionem exortam' comparatur, latere nequit, *utrumque* tum generali dispositione (quae aliquam libertatem disponendi singula non excludit), tum (ex parte saltem) ipsis verbis adhibitis, *inter se convenire,* idque eo gradu et modo, cui nulla fortuitae similitudinis explicatio satisfacere queat. Unde sequitur, inter utrumque Catalogum nexum aliquem originis valere. Itaque, aut unus ab alio dependet, i. e. vel Catalogus anterior a posteriori, vel Catalogus posterior ab anteriori, aut uterque Catalogus ab alio aliquo Catalogo Domorum annorum praecedentium originem trahit. At inter Catalogos hodiedum conservatos nullus est, a quo derivatus esse possit: nam communiter Catalogus Tertius, qui dicitur, non solum Domos numerumque personarum in eis morantium (sicut praesens Catalogus), sed etiam, quibus mediis pecuniariis singulae Domus vel polleant, vel indigeant, indicat. Exstitisse olim, sed periisse, Catalogum aliquem Domorum similem Catalogo praesenti, annorum praecedentium, etsi certis argumentis excludi vix potest, tamen parum nobis probatur: et potius arridet sententia: ex duobus istis Catalogis (ante et post persecutionem) unum ab altero dependere, *ita ut auctor primum exaraverit Catalogum 'post persecutionem',* quo statum rerum qui tunc vigebat, descripsit: ex quo deinde, mutatis, quae erant mutanda, Catalogum 'ante persecutionem' (formam b^{II}, b^{I}, a) confecit. Et hanc quidem sententiam e comparatione textuum ut probabilem, quamvis non omni ex parte certam, proponimus.

6. Textus a totus una manu scriptus est: quae est manus cujusdam amanuensis, qui tum anno 1612 [9a], tum annis sequentibus, in civitate Nagasaki [10] (antequam socii Ordinis extra Japoniam in exilium ejecti sunt), postea vero in Collegio Macaensi pro Provinciali P. Valentino Carvalho [11], et pro aliis, e. g. pro Rectore Macaensi [12], epistolas scripsit. Amanuenses exemplarium b^{I} et b^{II} etiam minus noti esse videntur.

7. Non est cur dubitetur, quin Catalogus vel a Provinciali P. Valentino Carvalho compositus sit, vel saltem ejus sive jussu sive approbatione sit factus. Non immerito suspicari quis potest, Socium Provincialis P. Gabrielem de Matos in eo exarando partem habuisse: quippe qui Catalogo Domorum 'post exortam persecutionem' [13], qui cum praesenti Catalogo

---

9a Valentinus Carvalho ad P. Antonium Mascarenhas, Assistentem, Nagasaki, 30. Octobris 1612, lus., Orig., *J. 15 II* 185/6v.

10 Valentinus Carvalho ad P. Antonium Mascarenhas, Assistentem, Nagasaki, 20. Martii 1614, lus., Orig., *J. 16 II* 54. — Idem eidem, Nagasaki, 22. Martii 1614, lus., Orig., eadem epistola ac praecedens, sed aucta manu P. Valentini Carvalho, *J. 16 II* 62.

11 Valentinus Carvalho ad Gen., Macao, 20. Februarii 1615, lus., Orig., *J. 16 II* 162.

12 Hieronymus Rodríguez ad P. Antonium Mascarenhas, Assistentem, Macao, 20. Januarii 1616, lus., Orig., *J. 16 I* 276/7v, 2a via; item *J. 16 I* 278/9v, 1a via.

13 Vide infra, introd. ad Doc. 40 B.

intime nectitur, et Catalogo Brevi, Februario 1613 concinnato [14], sua manu inscriptionem adjecit.

8. Tempus, quo Catalogus iste compositus est, non indicatur: sed eum eādem fere occasione conscriptum esse opinamur, quā sequens Catalogus 'post exortem persecutionem' factus est; *nam* Catalogus posterior statum Domorum Octobri 1613 vigentem describit, Catalogus prior, tempus praeteritum respiciens, conditiones circa initium mensis Junii 1612 existentes delineat: *idque eā mente, ut e comparatione utriusque Catalogi de mutationibus factis et de damnis illatis constaret.*

40 B

2. *Catalogus Domorum post exortam persecutionem existentium* (*Mense Octobri 1613*)

In volumine primo Catalogorum Japonicorum in ARSI duo inveniuntur exemplaria istius Catalogi: *J.25* 84-85ᵛ 88-89ᵛ: utrumque binis foliis chartae japonicae c. 25 cm. latis et 34,5 (respective 35) cm. altis inscriptum est, ita tamen, ut textus Catalogi in solo cujusque folio primo (recto et verso) contineatur, folium alterum rectum vacet, versum nonnisi titulum et inscriptionem exhibeat.

Manus, quae utriusque Catalogi textum scripsit, eadem est: est autem manus alicujus amanuensis, qui multo tempore, saltem annis 1610-1617, in civitate Nagasaki pro Superioribus S. J. scribendi munus exercuit [15]. Titulus cum inscriptione *primi exemplaris* (quod **a** vocamus), f. 85ᵛ, ita habet: « Catálogo do número da gente, e Casas desta Província de Japão, feito em Oitubro de 1613. Pera ver o P.ᵉ Geral ». Verba « Catálogo ... de 1613 » certo scripta sunt manu Patris Gabrielis de Matos, qui teste Catalogo Brevi Februarii 1613 tunc sequentibus officiis fungebatur: « Pᵉ Gabriel de Matos, consultor, admonitor e companheiro do Provincial,

---

[14] Vide infra, introd. ad Doc. 41.

[15] Johannes Rodríguez Giram, Litterae Annuae, ad Gen., Nagasaki, 13. Martii 1611, lus., Orig., 1ª via, *J.57* 1-61ᵛ: manus istius Relationis Annuae, etsi manui P. Johannis Rodríguez Giram non in paucis similis, certo tamen differt: cf. e. g. ejusdem Johannis Rodríguez Giram Litteras Annuas, Macao, Novembri 1617, lus., totas propria manu scriptas: *J.58*, 333-408ᵛ.


Idem eidem, Litterae Annuae, Nagasaki, 13. Martii 1611, lus., Orig., 2ª via, *J.57* 67-126ᵛ.

Idem ad Gen. Litterae Annuae, Nagasaki, 10. Martii 1612, lus., Orig., 2ª via, *J.57* 131-179ᵛ.

Carlo Spinola, Relação dos Santos Mártyres de Japão do anno de 1614, Nagasaki, 25. Martii 1615, lus., Orig., *J.58* 64-87ᵛ; ultima verba manu Michaelis Maki, deinde subscriptio P. Caroli Spinola (fol. 87ᵛ-88).

Matthaeus de Couros ad Gen., Litterae Annuae, Nagasaki, 22. Februarii 1617, lus., Orig., *J.58* 429-484ᵛ.

Notandum occurrit, P. Johannem Rodríguez Giram Novembri 1614 cum ceteris Macaum abiisse in exilium, scriptorem vero nostrum (uti exempla supradicta ostendunt) in Japonia remansisse!



Musashi, cum urbe Yedo (Tōkyō), et provinciae (*kuni*) adjacentes. Antiqua delineamenta, manu facta, in Bibliotheca Publica - Musaeo Usukiensi, Bungo. — 1.Yedo (Tōkyō).2. Paeninsula Bōsō (= Awa-Katsusa). 3. Paeninsula Miura. 4. Paeninsula Izu. — Inter 2 et 3 Tōkyō-wan (sinus Tōkiensis); inter 3 et 4 Sagami-wan (sinus Sagami); ad occidentem 4 Suruga-wan (sinus Suruga).

e consultor do Reitor »[16]. Sed verba sequentia: « Pera ver o Pe Geral » eidem non videntur attribuenda. Annus '1613' alia manu, alio atramento bruni coloris, in '1612' 'correctus' est, i. e. ultimus numerus (solus) ex '3' in '2' mutatus est. — Titulus alterius exemplaris (a nobis **b** dicti), f. 89v, idem est ac primi, ac similiter manu P. Gabrielis de Matos scriptus, quin tamen numerus anni 1613 'correctus' sit. Sed inscriptio, quae sequitur: « Pera ver o Pe Roque Vieira, Procurador de Goa » certo non est ejusdem.

In utroque exemplari subscriptio deest. Verum, quia utrique P. Gabriel de Matos, munere Socii Provincialis fungens, titulum adjecit, non immerito Catalogus iste auctoritate Provincialis compositus censetur. Ceterum, cum defuncto Visitatore P. Francisco Pasio (qui die 30. Augusti 1612 Macai obiit[17]) praeter Provincialem P. Valentinum Carvalho alius Superior Major, cui Japonia subesset, in Extremo Oriente non existeret[18], sine dubio Catalogus iste, qui totam Provinciam Japonicam respicit, P. Valentini Carvalho nomine (vel ipso conficiente) compositus est.

Diximus supra, annum in priori exemplari adjectum e '1613' in '1612' mutatum esse. In eodem exemplari, in margine juxta titulum, *qui textum praecedit,* Romae adjectus est numerus '1612'. Unde quaestio de tempore compositionis. Sed respondendum est: correctionem additam rei veritati *non* correspondere, ac Catalogum vere anno 1613 confectum esse. *Nam*: 1) Residentiae in 'regno' Chikuzen, in civitatibus Hakata et Amagi, existentes, inter diem 22. Martii 1613[19] et diem 25. Julii 1613[20] dissolutae sunt: quae toto mense Octobri 1612 etiam tum a Patribus Societatis incolebantur, dum in praesenti Catalogo *jam non* recensentur. Unde Catalogum istum *non mense Octobri 1612, sed Octobri 1613 compositum* esse oportet. 2) In 'regno' quoque Chikugo Residentia civitatis Yanagawa inter diem 25. Julii 1613[21] et 5. Octobris

---

[16] Vide infra, in fine textus hujus Doc.

[17] Emmanuel Dias ad Provincialem Indiae, Macao, 8. Decembris 1612, apogr., sed cum subscriptione originali, pro Procuratoribus Provinciarum Orientalium Olyssipone et Matriti degentibus, *J. 15 II* 204. Johannes Rodríguez Giram Franciscum Pasio Septembri 1612 mortuum esse asserit: sed intellige: circiter mense Septembri (30. Augusti!): ceterum ejus epistola post 11 fere menses e Japonia scripta, minuta illa narratione caret, qua praestat supradicta epistola P. Emmanuelis Dias: Johannes Rodríguez Giram ad P. Antonium Mascarenhas, Assistentem, Nagasaki, 25. Julii 1613, lus., Autogr., *J. 15 II* 296.

[18] Provincialis Japoniae tunc quidem sociis in Japonia et Sinis degentibus praeerat ut eorum Superior Major ordinarius; Visitator ut Superior Major extraordinarius; cui tamen etiam in Provincialem potestas erat. Defuncto P. Pasio, subsequens Visitator, P. Franciscus Vieira, demum litteris patentibus, die 28. Januarii 1615 Romae datis, nominatus est: *Hist. Soc. 62* 59.

[19] Gabriel de Matos ad P. Antonium Mascarenhas, Assistentem, Nagasaki, 22. Martii 1613, lus., Autopgr., *J. 15 II* 266v. Cf. etiam notam sequentem.

[20] Johannes Rodríguez Giram ad P. Antonium Mascarenhas, Assistentem, Nagasaki, 25. Julii 1613, lus., Orig., *J. 15 II* 296: ubi de rebus *inde a mense Martio anni 1613* gestis refert.

[21] Secundum epistolam in nota praecedenti (nota 20) indicatam.

1613 [22] clausa est: quae, dum mense Octobri 1612 etiam tum a Societatis Patribus regebatur, in praesenti Catalogo jam desideratur. Qua de causa iterum concludimus: Catalogum istum *non mense Octobri 1612, sed Octobri 1613 confectum* esse. 3) Neque huic conclusioni obest id, quod de Residentiis in 'regno' Bungo existentibus in praesenti Catalogo dicitur. Nam cum in Aula shōgunali persecutio orta esset, complures Principes japonici Christianis sese infestos ostendere coeperunt. Inter quos etiam feudi dominus, cui oppida Takata et Notsu in provincia Bungo suberant, Patres e propriis aedibus exire jussit. Quod, quando decretum sit, non plane constare videtur. Sed saltem die 22. Octobris 1612 eā de re nuntius ad civitatem Nagasaki pervenerat [23]. Immo, in aliā epistola, die 10. Octobris 1612 ex eādem civitate Nagasaki data, de persecutione in 'regno' Bungo exorta aperte sermo fit [24]. Unde inferimus: persecutionem illam vel ante mensem Octobrem, vel primis diebus illius mensis, anni 1612, originem habuisse. Quo die nuntius de ejectione Patrum e suis Residentiis pervenerit ad portum Nagasaki, nos latet. Sed Patres quamvis e suis Domibus expulsi, e 'regno' Bungo exire coacti non sunt [25]. — Mense Februario 1613 Residentia in oppido Takata nondum restituta erat, sed in Domo Notsuensi jam duo Patres et Frater unus habitabant [26]. Tandem mense Augusto 1613 etiam Domus Tacatensis Patribus reddita est [27]. — Quare, *si solas Residentias Bungoenses respicis,* ob incertam de tempore exortae persecutionis notitiam, Catalogus iste *forsitan* etiam mense Octobri 1612 compositus esse poterat; sed restitutis jam Residentiis in 'regno' Bungo, aequo jure anno 1613 correspondere potest (sicut aliunde constat correspondere): ita ut conclusio supra exposita ex hac parte minime inficiatur.

Praesens Catalogus simili modo ac praecedens ordinatus ac divisus est. Differt tamen eo, quod Domus Hacatensis cum suis Residentiis jam non recenseatur: quae anno 1613 suppressae sunt; Missio Bungoensis *post* 'Rectoratum' in Japonia superiore ('Kami') ponitur. In utroque exemplari a et b praesentis Catalogi singulis Domibus parva crux # praefigitur.

---

[22] Ludovicus de Cerqueira, Episcopus Japoniae, ad Gen., Nagasaki, 5. Octobris 1613, lus., Orig., *J. 15 II* 307v.

[23] Matthaeus de Couros ad Gen., Nagasaki, 22. Octobris 1612, lus., Orig., *J. 35* 9; cf. apogr. pro Procuratore Goano, *J. 15 II* 173v.

[24] Ludovicus de Cerqueira, Episcopus Japoniae, ad Gen., Nagasaki, 10 Octobris 1612 lus., Orig., *J. 15 II* 163v.

[25] Matthaeus de Couros ad Gen., Nagasaki, 22 Octobris 1612, lus., Orig., *J. 35* 9. — Matthaeus de Couros ad Gen., Litterae Annuae, Nagasaki, 12. Januarii 1613, lus., Orig., *J. 57* 230v/1.

[26] Catalogus Brevis Februarii 1613, vide infra, Doc. 41.

[27] Gabriel de Matos ad Gen., Nagasaki, 5. Octobris 1613, lus., Orig., *J. 15* II 310v

40 A

Textus

Jap Sin 25, ff. 83-83v

†

Catálogo dos Padres e Irmãos, e Casas desta Província, e ministros desta christandade de Japam antes da perseguição do anno de 1612.

Reitorado de Nangasaqui

No Collégio de Nangasaqui vinte Padres e treze Irmãos.
Na Residência anexa à casa da Misericórdia hum Padre.
Na Residência de Santiago, que tem a cargo hum hospital, em que se curão Europeos e Japões, dous Padres e dous Irmãos.
Na Casa de Todos-os-Santos hum Padre.
Na Residência de Uracami hum Padre e hum Irmão.
Na Residência de Tone hum Padre.
Na Residência de Fundoyama hum Padre e hum Irmão.
Na Residência do Isafai hum Padre.

Erão então por todos os Padres e Irmãos deste Reitorado trinta e tres* (!) scilicet: 28 Padres e 18 Irmãos.

Reitorado de Arima.

No Collégio de Arima oito Padres e seis Irmãos.
Na Residência de Ariye hum Padre e hum Irmão.
Na Residência de Cuchinotçu hum Padre e hum Irmão.
Na Residência de Ximabara hum Padre e hum Irmão.
Na Residência de Canzzuça hum Padre e dous Irmãos.
Na Residência de Canayama hum Padre e hum Irmão.
Na Residência de Chingiva hum Padre e hum Irmão.
Na Residência do Xiqi hum Padre e hum Irmão.
Na Residência de Conzura hum Padre e hum Irmão.

Erão por todos trinta e hum, scilicet: 16 Padres e 15 Irmãos.

---

* Intellige: 33 solius Collegii Nagasakiensis; cum Residentiis dependentibus 28 Patres et 18 Fratres [revera 28 Patres et 17 Fratres!].

Casa do Facata com suas Residências.

Na Casa do Facata dous Padres e hum Irmão.
Na Residência de Amangui hum Padre e hum Irmão.
Na Residência de Yanagava hum Padre e hum Irmão.

Erão por todos sete, scilicet: 4 Padres e 3 Irmãos.

Missão no reino de Bungo.

Na Casa do Tacata dous Padres e dous Irmãos.
Na Residência de Notçu hum Padre e hum Irmão.
Na Residência de Xinga hum Padre.

Erão por todos sete, scilicet: 4 Padres e 3 Irmãos. /

83v Reitorado das partes do Cami.

Na Casa Reitoral do Miyaco tres Padres e seis Irmãos.
Na Residência de Fuximi hum Padre e hum Irmão.
Na Residência de Ozaca hum Padre e hum Irmão.
Na Residência do Sacai hum Padre e hum Irmão.
Na Residência de Surunga hum Padre e hum Irmão.
Na Residência de Foccocu hum Padre e hum Irmão.
Na Residência de Firoxima dous Padres e dous Irmãos.

Erão por todos vinte e tres, scilicet: dez Padres e treze Irmãos.

Na casa do Bispo hum Padre e hum Irmão.

Somão por todos Padres e Irmãos desta Província cento e dezoito [115 ?].

Alumnos do Seminário e ministros que nos ajudavão na cultivação da christandade.

No Seminário em tres classes do latim e huma escolla de ler e escrever sincoenta e oito.

Mestres neste Seminário de latim, tecla e canto, e officiaes de casa dez.

No Collégio de Nangasaqui e nas mais Residências a elle sogeitas entre catequistas e outros que ajudavão na cultivação da christandade, e officiaes necessários pera as casas, cento e tres.

Os que estávão na Casa do Miyaco e Residências a elle sogeitas, sincoenta e nove.

No Collégio de Arima e Residências a elle sogeitas, sincoenta e oito.

Na Casa do Facata e suas Residências dezoito.

Na Missão de Bungo doze.

Erão por todos os alumnos do Seminário e ministros desta christandade e officiaes das casas trezentos e dezoito.

Além destes sustentava também a Companhia a muitos que tinhão cargo das igrejas que estavão pelas aldeas; aos desterrados pela fee de vários reinos que não tinhão outro remédio, e a muitos moços de serviço que se não escusão, conforme ao custume desta nação.

40 B

Textus

Jap Sin 25, ff. 84-85v

Catálogo dos Padres Irmãos e Casas desta Provincia, e ministros desta christa[n]dade de Japam. [Oct. 1613]

Reitorado de Nangasaqui.

+ No Collégio de Nangasaqui residem ao presente vinte e sinco Padres e vinte e tres Irmãos.
+ Na Residência annexa à casa da Misericórdia, hum Padre e hum Irmão.
+ Na Residência de Santiago, que tem a cargo hum hospital, em que se curam Europeos e Japões, tres Padres e dous Irmãos.
+ Na Residência de Uracami, hum Padre e hum Irmão.
+ Na Residência de Tone, hum Padre e hum Irmão.
+ Na Residência de Fudóyama, dous Padres e hum Irmão.
+ Na Residência do Isafay, hum Padre.

Sam por todos os Padres e Irmãos deste Reitorado, sessenta e tres.

Reitorado de Arima que agora está na Casa de Todos-os-Santos, à qual está annexo o Seminário.

+ Na Casa de Todos-os-Santos, nove Padres e seis Irmãos.

---

13 *ms. b* Fundóyama

\+ Na Residência do Xiqui, hum Padre e hum Irmão.
\+ Na Residência de Conzura, hum Padre e hum Irmão.

Sam por todos dezanove.

Reitorado nas partes do Cami.

\+ Na Casa Reitoral do Miaco, oito Padres e oito Irmãos.
\+ Na Residência de Fuximi, hum Padre e hum Irmão.
\+ Na Residência de Ozaca, dous Padres e dous Irmãos.
\+ Na Residência do Sacay, hum Padre e hum Irmão.
\+ Na Residência do Foccocu, hum Padre e hum Irmão.
\+ Na Residência de Firoxima, dous Padres e dous Irmãos.

São por todos deste Reitorado vin[t]e e nove / [?! = 30]

84v Missam no reino de Bungo.

\+ Na Casa do Tacata, hum Padre (que hé Superior dos mais que estam naquelle reino), dous Irmãos.
\+ Na Residência de Notçu, hum Padre e hum Irmão.
\+ Na Residência de Xinga, hum Padre.

Sam por todos seis.

\+ Com o Senhor Bispo está hum Padre e hum Irmão.

Sam por todos os Padres e Irmãos desta Província que estam em Japam cento e vinte — 120.

Alumnos do Seminário e ministros que nos ajudão na cultivação da Christandade.

\+ No Seminário em tres classes de latim e huma escola de ler e escrever sincoenta e oito.
\+ Mestres neste Seminário de latim, tecla e canto e officiaes de casa dez.
\+ No Collégio de Nangasaqi, e nas mais Residências a elle sojeitas entre catechistas, e outros que ajudam na cultivação da Christandade e officiaes necessários pera as Casas, há cento e tres.
\+ Os que estão na Casa do Miaco e Residências a ella sogeitas são sincoenta e nove.

---

33 *ms. b post* reino), *seq.* e || 47 *ms. b* ou[tro]s

+ Nas duas Residências sogeitas ao Reitorado que está na Casa dos Santos onze.

+ Na Missão de Bungo sete.

São os alumnos do Seminário, ministros que ajudão na cultivação da Christandade, e officiaes das Casas por todos duzentos e quarenta e oito — 248.

Além destes sustenta também a Companhia a muitos que têm cargo das igrejas que estão pollas aldeas; aos desterrados polla fee de vários reinos que não têm outro remédio, e a muitos moços de serviço que se não escusão conforme ao custume desta nação.

/85ᵛ/ Catálogo do número da gente, e Casas desta Província de Japão, feito em Oitubro de 1613. Pera ver o P.ᵉ Geral.

41

CATALOGUS BREVIS PROVINCIAE JAPONICAE

Mense Februario 1613
exaratus

E duobus Catalogis Domorum, qui praecedunt, prior quidem conditiones initio mensis Junii 1612 existentes refert, alter autem mense Octobri 1613 vigentes. Quos inter Domorum Catalogos inseritur Catalogus Brevis, Februario 1613, ut titulus indicat, conscriptus: qui cum duobus Catalogis Domorum varie nectitur; maxime cum Catalogo Domorum Octobri 1613 composito. Nam foliis ejusdem magnitudinis constat, atque ab eadem manu descriptus est ac Catalogus Domorum Octobris 1613; eodemque modo in altero ejus folio verso P. Gabriel de Matos propria manu inscriptionem posuit; ubi ita legitur: « Catálogo dos Padres e Irmãos da Província de Japão, feito em Fevereiro do anno de 1613. Para ver Nosso Reverendo Padre Geral Claudio Aquaviva. 2ª via ». E quibus verbis, et manu quae ea scripsit, evidenter constat: agi de documento a Provinciali (vel saltem ejus nomine) ad supremum Ordinis moderatorem, P. Claudium Aquaviva, misso, authentico, vel, ut ita dicam ' quasi-originali ' (Deest enim subscriptio sive Provincialis sive alius auctoris).

Catalogus iste 2 foliis chartae japonicae continetur: c. 34,8 cm. altis et 25,2 cm. latis = *J. 25* 86-87ᵛ. Textus duabus columnis scriptus est, ita ut in primo folio (recto et verso) binae columnae, in folio altero

60 *ms. a* vários *add. sup. lin.* ‖ 62 *ms. b loco* desta *ponit* de

recto una columna integra et tertia fere pars columnae secundae exstent. Alterum folium versum, praeter inscriptionem manu P. Gabrielis de Matos additam, vacat.

Ordo, quo singulae Domus inter se sequuntur, idem est ac in Catalogo Domorum ante persecutionem existentium: Collegium Nagasakiense cum suis Residentiis; Collegium Arimanum (quod pro tempore in Domo Omnium Sanctorum prope civitatem Nagasaki sedem habere dicitur) cum suis Residentiis; Domus Hacatensis cum Residentiis sibi subjectis; 'Missio' Bungoensis cum Residentiis in oppidis Takata, Notsu, Shiga; Domus Rectoralis Miyacensis cum Residentiis ab ea dependentibus. Singulae hae partes in textu lineis inter se separantur.

Socii vero uniuscujusque Domus ita enumerantur, ut primo loco omnes Patres, deinde non-sacerdotes, utriusque autem manipuli primum Europaei, deinde Japonenses, recenseantur. Porro, inter Patres, primo loco Superior, deinde alii in regimine partem habentes (minister, consultores, praefectus ecclesiae etc.) ponuntur, post quos ceteri, quin ratio ordinis quo sequuntur, bene intelligatur.

In fine, numerus omnium sociorum tunc in Japonia versantium additur: sunt autem 121, nempe 62 Patres et 59 Fratres; Fratres autem (in computatione finali) inter Europaeos (sunt autem 11) et Japonenses (sunt vero 48) distinguuntur; quae distinctio inter Patres omittitur. Constat tamen ex isto Catalogo, tunc in Japonia fuisse 6 Patres Japonenses (qui erant: P. Martinus Hara-Campo = fol. 86, col. a; P. Sebastianus Kimura = fol. 86^v, col. a; P. Ludovicus [Niabara] = fol. 86^v, col. a; P. Julianus Nakaura = fol. 86^v, col. b; P. Thomas Tsuji = fol. 86^v, col. b; P. Antonius Ishida = fol. 87, col. b). Patres Fratresque tunc in Sinis degentes, quamvis ejusdem Provinciae Japonicae, Catalogo isto *non* comprehenduntur.

Excerptum ex isto Catalogo Brevi habes apud L. Delplace S. J., *Le Catholicisme au Japon* II 1593-1660 pp. 117-118.

Textus

J. 25, $86\text{-}87^v$

†

Catálogo dos Padres e Irmãos da Companhia da Província de Japão, feito em Fevereiro do anno de 1613

Collégio de Nangasaqui & suas Residências

P.^{e} Valentim Carvalho, Provincial
P.^{e} Jerónimo Rodríguez, Reitor e Consultor da Província
P.^{e} António Francisco, Ministro e Consultor do Reitor

P.e Francisco Calderón, Consultor da Província e do Reitor, seu Admonitor, Perfeito das cousas spirituaes e confessor dos Nossos
P.e Gabriel de Matos, Consultor, Admonitor, e Companheiro do Provincial, e Consultor do Reitor
P.e Carlo Spínola, Procurador da Província, e Consultor do Reitor
P.e Belchior de Moura
P.e Francisco Pacheco, companheiro do Senhor Bispo
P.e João Pomério, prefeito da igreja e confessor dos Nossos
P.e Manoel Barreto, confessor e pregador
P.e Manoel Borralho, confessor
P.e Nicolao Dávila, confessor, e corre com a Christandade de algumas aldeas
P.e Rui Gomes, confessor
P.e Ambrósio de Barros, confessor, e tem cuidado da Christandade de alguns lugares
P.e Nicolao da Costa, confessor, e tem cuidado da Christandade de alguns lugares
P.e Manoel Rodríguez, confessor
P.e João Nicolao, occupa-se em pintar, e ensinar a pintar
P.e Vicente Ribeiro, pregador, e confessor dos Nossos
P.e Francisco Lobo, pregador
P.e Martinho Campo, Japão, prega e confessa
Irmão João Bernardes, sotoministro
Irmão Manoel Gonçálvez, diácono
Irmão Gaspar de Paiva, occupa-se em escrever
Irmão Diogo Pereira / *col. dext.*
Irmão João Bautista, enfermeiro, e tem cuidado da imprensa
Irmão Domingos Dias, ensina a doutrina aos Christãos
Irmão Balthasar Correa, está com o Senhor Bispo
Irmão André Pinto, aprende a língoa
Irmão Francisco Calado, hospedeiro dos Nossos, e aprende a língoa
Irmão Ambrósio Fernández, ajudante do Procurador
Irmão Gomes, Japão, boticairo
Irmão Cosme, Japão, mestre da língoa e letras de Japão
Irmão Leonardo Qimura, Japão, ajudante do P.e Reitor, e tem cuidado dos hóspedes de fora
Irmão Miguel Moriyama, Japão, mestre da escola
Irmão Diogo Xibata, Japão, prega
Irmão Christóvão, Japam, prega

---

16 Moura] *corr., prob. ex Mora* || 32 Japão] *add. sup. lin.* || 37 imprensa] *corr., prob. ex* imprenssa

Irmão Xisto Iyo, Japam, prega
Irmão André Saitó, Japam, prega
Irmão Thomás Funamoto, Japão, prega
Irmão Gaspar Sadamatçu, Japão, ajudante do P.e Provincial
Irmão Mathias Machida, Japão, escrivão do P.e Provincial
Irmão Thomás, Japão, porteiro
Irmão Luís Xivozzuca, Japam, pintor, tangedor, e mestre da capela
Irmão Máncio Taichicu, Japão, pintor
Irmão Pedro, Japão, roupeiro
Irmão André Noma, Japão, prega
Irmão Máncio João, Japam, prega

Residência anexa à casa da Misericórdia

P.e Gaspar Carvalho, tem cuidado daquella casa, e corre com a freguesia
P.e Álvaro Dias, prega e confessa.

Residência do Hospital

P.e Diogo de Misquita, Consultor da Província, e tem cuidado daquella casa
P.e Gaspar de Crasto, confessor, e tem cuidade da Christandade de alguns lugares
P.e Jácome António, confessor / 86v
Irmão Francisco Fernández, tem cuidado dos enfermos
Irmão Miguel Xuccan, Japão, prega

Residência de Uracami

P.e António Árvarez, tem cuidado daquella casa e Christandade
Irmão Justo Casariya, Japão, prega

Residência de Fudôyama

P.e António Fernández, tem cuidado daquella casa e Christandade
P.e Sebastião Qimura, Japão, prega e confessa
Irmão Aleixo Xinji, Japam, prega

Residência de Tone

P.e Afonso de Lucena, tem a seu cargo a Christandade de Omura
Irmão Agustinho Ota, Japão, prega

---

57 Japam] *add. sup. lin.*

Residência do Isafay

P.e João da Costa, tem cuidado daquella casa e Christandade
Irmão André Amacusa, Japão, prega

Collégio e Seminário de Arima, que agora está em Todos os Santos; e suas Residências

P.e Mattheus de Couros, Reitor
P.e Francisco Pírez, Ministro e Consultor do Reitor
P.e João Rodríguez, Consultor e Admonitor, e perfeito dos estudos
P.e Bartholameu Soares, aprende a língoa de Japão
P.e Pero Martínez, aprende a língoa
P.e Manoel Borges, aprende a língoa
Irmão Romão Matavara, Japão, sotoministro
Irmão Joseph, Japão, prega
Irmão Costantino, Japam, ensina a tanger tecla, e hé pedagogo dos alumnos do Seminário
Irmo Miguel Maqi, Japão, mestre do canto, e pedagogo dos ditos alumnos
Irmão Diogo Yuqi, Japão, mestre de humanidade
Irmão Miguel Matçuda, Japão, mestre da gramática

Residências no Tacacu

Em Arima o P.e Luís, Japão, confessa e prega; não tem lugar certo, onde resida, por causa da perseguição; acode a diversas partes confessando e sacramentando os Christãos às escondidas. / *col. dext.*

Em Ariye

O P.e João de Fonseca, anda também escondido por causa da mesma perseguição

Em Cuchinotçu

O P.e Pero Marques, pouco há que se retirou a Nagasaqi por causa da perseguição, e há de tornar logo

Residência do Xiqui

P.e Garcia Garcés, pregador, tem cuidado daquella casa e Christandade

O P.e Diogo Carvalho, anda por hora em missão nas ilhas de Amacusa
Irmão Romão Nixi, Japão, prega

Residência de Cózzura

P.e Marcos Ferraro, tem cuidado daquella casa e Christandade
P.e João Bautista Zola, está por ora ali pera acudir aos Christãos do Tacacu
Irmão Inácio Cató, Japão, prega

Casa do Facata, e suas Residências

P.e Celso Confalonério, pregador, e Superior
P.e Julião Nacaura, Japam, prega e confessa
P.e Thomé Tçuji, Japão, prega e confessa
Irmão Nicolao Nagavara, Japão, prega

Residência de Amagui

P.e Francisco Eugénio, tem cuidado daquella casa e Christandade
Irmão Mathias Sanga, Japão, prega

Residência da Yanagava

P.e João Matheus Adami, tem cuidado daquella casa e Christandade
Irmão João Yama, Japão, prega

Residência de Bungo

O P.e Pero Paulo, Superior, e pregador, por ora não reside no Tacata por causa da perseguição, posto que aquella casa está ainda a nossa conta

Residência de Notçu

Aqui reside por ora o P.e Pero Paulo
P.e Bartholameu da Siqueira, confessor
Irmão Máncio Mizoguchi, prega / 87

Residência de Xinga

P.e João Vicente Antolheti, tem cuidado daquella casa e Christandade
Irmão Lourenço Omachi, Japão, prega

Casa Reitoral do Miyaco, e suas Residências

P.e Pero Morejón, Reitor
P.e Christóvão Ferreira, Ministro, Consultor, e Admonitor
P.e Bento Fernández, Consultor, e tem cuidado da Christandade
P.e Jerónimo de Ángelis, Consultor, e tem cuidado da Christandade
Irmão Jorge Tonno, Japão, sotoministro
Irmão Paulo, Japão, tem cuidado dos hóspedes
Irmão Luís Naitó, Japão, prega, e hé lente das seitas de Japão
Irmão Lião Fancan, Japão, prega
Irmão Máncio Firabayaxi, diácono, pregador
Irmão Martinho Xiqimi, Japão, pregador
Irmão Thadeu, Japão, pintor

Residência de Fuximi

P.e João Baptista da Ilha, tem cuidado daquella casa e Christandade
Irmão Luís Matçuvo, Japão, prega

Residência de Ozaca

P.e João Bautista Porro, pregador, e Consultor do Reitor do Miyaco, tem cuidado daquella casa e Christandade
P.e João Bautista de Baeça, confessor
Irmão Bartholameu, Japão, prega

Residência do Sacay

P.e Camilo Constâncio, tem cuidado daquella casa e Christandade
Irmão Júlio Conga, Japão, prega

Residência de Foccocu

P.e Balthasar de Torres, tem cuidado daquella casa e Christandade
Irmão Thomás Ijichi, Japão, prega / *col. dext.*

Residência de Firoxima

P.e Sebastião Vieira, tem cuidado daquella casa e Christandade
P.e António Ixida, Japão, prega e confessa
Irmão Paulo Saitó, Japão, prega
Irmão Balthasar Tçuruda, Japão, tem cuidado da casa no temporal

---

São por todos 121; 62 são Padres, e cincoenta e nove Irmãos, 11 Europeos, e os demais Japões: não entrando neste número os que residem na China, que também são desta Província. /

Fol. 87v: †

Catálogo dos Padres e Irmãos da Província de Japão, feito em Fevereiro do anno de 1613. Pera ver Nosso Reverendo P.e Geral Claudio Aquaviva

2.a via

187-193 *Manus P. Gabrielis de Matos, Socii Provincialis*

42-43

PROVINCIAE JAPONICAE CATALOGUS PRIMUS MENSE NOVEMBRI 1614 MACAI CONFECTUS / ITEMQUE MENSIBUS FEBRUARIO-MARTIO 1615 IN JAPONIA DISTINCTE COMPOSITUS

I. De istorum catalogorum descriptione, origine, editione

1. Ineunte mense Novembri anni 1614 Patres Fratresque Societatis Jesu e Japonia in exilium ejecti, partim Macaum, partim Manilam abierunt [1], compluribus sociis clam in Insulis Nipponicis tunc remanentibus, qui, dum caute inimicorum nominis christiani inquisitionem illuderent, Catholicorum dejectos animos erigerent, fidem corroborarent,

SCHEMA DE PROFECTIONE SOCIORUM E JAPONIA, NOV. 1614

Naves	Dies profectionis	Destinatio	Numerus profectorum	Fontes
1. Navigium	Aliquot diebus ante d. 6. Nov.	Macao →	6 = { 3 PP. → 3 FF.	*J. 16 II* 87v = J. Rodr. Giram
			8 →	*J. 16 II* 107/9v = A. de Lucena
2. Navigium (Nauarcha Em Gonçalvez)	Die 6. Novembr.	Macao →	62	*J. 16 I* 131 = V. Carvalho *J. 58* 252/2v = B. d. Avila Girón *J. 16 II* 164 = J. Rodr. Giram
3. Navigium	Prob. die 6. Nov. Vel die 8. Nov. →	Siam, prope Macaum transiens	56 →	Cf. *J. 16 II* 87v = J. Rodr. Giram *J. 58* 252/2v B. d. Avila Girón
4. Navigium	Die 6. Novembris	Manila →	universi = 88 23 = { 8 PP. → 15 FF.	*J. 16 I* 131 = V. Carvalho *J. 58* 252/2v = B. d. Avila Girón *Phil. 2 I* 107v/8, de numero
5. Navigium?	Die 9. Novembr.	Macao →	→	*J.58* 252/2v B. d. Avila Girón
Navis Oneraria = Nao do trato, Nao da viagem = Nao de João Serrão d.Cunha	Martio 1615 (inter diem 12. et 21.)	Macao →	3 = { 1 P. → 2 FF.	*J. 61* 126 de tempore = J. R. Giram *J. 45 I* 230v de tempore *J. 16 I* 178 } de sociis *J. 16 II* 291v } *J. 58* 410 }

1 Vid. infra, Partem II hujus introd.

sacramenta impertirent[2], donec, sedata paululum persecutionis tempestate, alii operarii in japonicam vineam Domini reverterentur.

2. Eo tempore exaratus est Catalogus Primus Provinciae Japonicae: cujus tria in ARSI exemplaria exstant, de quorum origine et differentia accuratius videndum est. Duo autem in volumine primo et praecipuo Catalogorum Japonicorum (*J. 25*) inveniuntur, tertium vero inter exemplaria duplicata, quae in altero volumine Catalogorum (*J. 26*) collecta sunt. Nos ea A B C vocamus: illud enim quod in primo volumine, cum in tomi formam redigeretur, sicuti ceteri Catalogi ligatum est, A dicimus; sed postea alterum eidem volumini insertum est, quod B appellamus; et inter duplicata tertium exemplar, nempe C, invenitur. Quae brevi descriptione praesentamus.

3. *Exemplum A* sex foliis chartae japonicae (*J. 25* 90-95v), 25,4-25,8 cm. altis, 17,4-17,9 cm. latis, constat. Post titulum, duabus componitur partibus: Patrum primum (*J. 25* 90-93), deinde Fratrum (*J. 25* 93v-95v), ita tamen, ut series numerorum arabicorum in margine sinistro (qui singulis nominibus anteponuntur) minime interrumpatur, sed ab uno usque ad ultimum, qui est 115., continuetur. Ceterum, duae illae partes suo quaeque titulo distinguuntur (' Padres ' - ' Catálogo dos Irmãos '). In fine desideratur subscriptio, sed adest sigillum Praepositi Provincialis Provinciae Japonicae. Nulla invenitur inscriptio; neque ullae in marginibus annotationes, vix ulla verba in textu alia manu inserta, sed totus Catalogus eādem manu nitide scriptus est.

4. *Exemplum C*, quod, quia priori exemplari propinquius est, secundo loco describimus, novem foliis chartae japonicae constat: *J. 26* 11-18av: quae in altum 25,4-25,9 cm., in latum 18,0-18,5 cm. extenduntur. Cujus exemplaris forma externa formae A omnino concordat, tam in distributione numerorum, quam in divisione partium (' Padres ' - ' Catálogo dos Irmãos '). In fine adest sigillum Praepositi Provincialis Provinciae Japonicae, sed subscriptio desideratur. Ultimum folium 18ar-v vacat. Nulla apparet inscriptio.

Textus ad numerum 4um (P. Antonius Álvarez), 6um (P. Antonius Franciscus Critana) 50um (P. Mantius Hirabayashi) lineis ductis *deletus* est; ad numerum 50um P. Valentinus Carvalho, Provincialis, sua manu[3] adjecit: « morto ». Sed P. Mantius Hirabayashi mortuus est in Japonia die 21. Martii 1615[4]. Alii duo, P. Antonius Álvarez et P. Antonius Franciscus Critana, post discessum e Japonia obierunt: P. Critana in itinere Manilensi, vel mense Novembri 1614 (nam paucis diebus post initium mensis navis profecta esse videtur, e portu Nagasakiensi[5]), vel saltem

[2] Tunc remanserunt 27 socii: 18 Patres et 9 Fratres: vid. infra, Partem II, hujus introd., nr. 5 cum annot. 80.

[3] Cf. e. g. epistolam P. Valentini Carvalho autographam, die 9. Februarii 1615 Macai scriptam, ad P. Antonium Mascarenhas, lus., *J. 16 II* 174 (e. g. in ultima paragrapho, lin. 2a: ' morte '.

[4] Hieronymus Rodríguez sen. ad Gen., Nagasaki, 24. Martii 1615, lus., Orig., *J. 58* 151v (Litterae Annuae).

[5] Cf. Partem II. hujus introd., nr. 2.

mense Decembri (nam saltem tunc navis Manilam appulit[6]) e vita migravit; dum P. Álvarez die 12. Martii 1615 Manilae obiit[7].

Quando de eorum morte Macaum nuntius pervenerit, si quis quaerat: de pio transitu Patris Critana jam epistola P. Valentini Carvalho, die 20. Februarii 1615 e Collegio Macaensi scripta, mentionem facit[8]. De ceteris duobus ignoramus: Navis quidem Lusitana ('Nao do trato') e Japonia Macaum mense Martio 1615[9] advenit; postea vero, mense Decembri ejusdem anni 1615, Sinae quidam, e Japonia reversi, litteras P. Hieronymi Rodríguez, Viceprovincialis, Macaum attulerunt, scriptas mense Octobri 1615[10]. Quodsi aliae litterae (ut videtur) mensibus interjectis Macaum allatae non sunt, Decembri 1615 tandem de morte P. Mantii Hirabayashi Macaum notitia perlata est. Eodem mense Decembri 1615 P. Celsus Confalonieri e Collegio Macaensi scribens Secretarium Societatis Jesu et Romanam Ordinis Curiam de morte P. Antonii Álvarez certiores reddidit[11].

Unde concludimus: P. Valentinum Carvalho, Provincialem, *Macai* textum Informationum de tribus istis Patribus delevisse, et ad numerum 50um, de P. Mantio Hirabayashi tractantem, verbum 'morto' adjecisse: quod anno 1615 exeunte factum esse rationibus sat probabilibus suadetur.

5. *Auctor utriusque exemplaris A et C* P. Valentinus Carvalho, Provincialis, dicendus est, qui Novembri 1614 Macai, quo cum ceteris e Japonia venit, Catalogum istum composuit.

Auctorem vero eum dicimus *saltem sensu latiore*: ejus enim sigillo utrumque exemplar munitum est: ex quo certo deducitur, Provincialem Catalogum istum vel per se confecisse, vel nomine suo et auctoritate alium Patrem ad ejusmodi laborem applicasse. Praeterea, P. Valenti-

---

6 « Soubemos por huma caravela que de Manila chegou a este porto de Macao *em Dezembro passado*, como o junco em que os Padres e Irmãos de Japam foram, era chegado a salvamento aos Luções. Também nos constou por huma carta do Padre Reitor de Manila que o Padre António Francisco que muitos annos esteve em Japam, morrera no mar ... »: Valentinus Carvalho ad Gen., Macao, 20. Februarii 1615, lus., Orig., *J. 16 II* 162. — Secundum epistolam P. Valerii de Ledesma ad Gen., Manila, 26. Julii 1615, hisp., Orig., *Phil. 11* 85v mortuus est in itinere, jam prope Manilam. — Eodem teste in Catalogo Brevi (18. Julii 1615) eorum, qui e Japonia venerant, hisp., Orig., *Phil. 2 I* 108: « Pe Antonio Francisco Critana murió en la mar *cerca de Manila* ».

7 Valerius de Ledesma ad Gen., Manila, 26. Julii 1615, hisp., Orig., *Phil. 11* 85v.

8 Cf. annot. 6 hujus introd.

9 Valentinus Carvalho ad Generalem, epistola explicans transmissionem Relationis de Martyrio Christianorum Arimensium, Novembri 1614 occisorum, Macao, 26. Januarii 1616, lus., Orig., *J. 58* 522. — Cf. Partem II. hujus introductionis, nr. 7.

10 Valentinus Carvalho, Macao, 26. Januarii 1616, epistola notae praecedentis, *J. 58* 540 (cf. 539v).

11 Celsus Confalonieri ad P. Bernardum de Angelis, Macao, 26. Decembris [1615], lus., Autogr., *J. 17* 36. [Epistola ista est anni 1615, non 1616]: cf. « Ultimamente foi despedido P. Miguel Cabral ... »: qui anno 1615 dimissus est. Cf. volumen nostrum *Biographiarum*.

nus Carvalho saltem exemplar C aliquando ad manus habuit, ut ex nota adjecta (de qua diximus [12]) clare apparet. Aliunde autem scimus eum sub finem mensis Novembris 1614 Macai componendis Informationibus de personis suae Provinciae intentum fuisse.

Tempus autem compositionis Catalogi, titulo teste, est mensis Novembris 1614 [13]. Cum jam die 6. Novembris e Japonia discedere coactus sit [14], ultimis vero diebus ante profectionem (ut jure supponere videmur) plurimis negotiis expediendis prohibitus sit, quominus Catalogis conficiendis vacaret, ideo vel in ipsa navigatione, vel statim ac Macaum advenit [15], intra mensem Novembrem 1614, Catalogum istum confecit. Macai deinde duo amanuenses apographa A et C descripserunt. Ceterum, exemplaria ista non initio mensis Novembris in ipsa Japonia orta esse, ex eo quoque suadetur, quod inter Patres nomen P. Didaci de Mesquita desideratur: qui paulo ante navium profectionem, immo, teste P. Johanne Rodríguez Giram, duobus diebus ante profectionem, i. e. ante diem 6. Novembris 1614 [16], teste vero P. Alphonso de Lucena die praecedente ultimae navis profectionem [16a], initio Novembris 1614 in Japonia defunctus est [16b]. Nomen ejus in exemplaribus A et C non postea deletum, sed ab initio omissum est; numeratio vero sine interruptione procedit! — Praeterea, ex *epistola P. Alphonsi de Lucena, die 7. Decembris 1614* e civitate Macaensi ad P. Antonium Mascarenhas, Assistentem, data, intelligimus: P. Provincialem Valentinum Carvalho nullas dedisse ad P. Generalem epistolas, cum mense Novembri ineunte prima navis e Japonia anchoras tolleret; neque eum, cum secundam navim ipse conscenderet (sperans se posse clam relicto navigio in Japonia remanere), Procuratoribus P. Gabrieli de Matos, qui per Indiam Orientalem Romam contenderet, et P. Petro Morejón, qui per Philippinas et Novam Hispaniam Europam peteret, ullas ad Praepositum Generalem dedisse litteras. Sed Provincialem, cum in Japonia se remanere posse speraret, P. Gabrieli de Matos, Macaum profecturo, promisisse, se ei e Japonia per P. Petrum Morejón via Insularum Philippinarum opportuno tempore litteras daturum; eundemque Provincialem

[12] Cf. annot. 3 hujus introductionis.

[13] De differentia inter titulum A C et titulum B vid. Partem II. hujus introductionis, nr. 14.

[14] Cf. Partem II. hujus introductionis, nr. 2.

[15] Navis, in qua vehebatur Provincialis, die 18. Novembris 1614 Macaum appulit: cf. Partem II. hujus introductionis, nr. 3.

[16] P. Johannes Rodríguez Giram ad P. Petrum Rodríguez, Macao, 22. Decembris 1614, lus., Autogr., *J. 16 II* 88v (Postscriptum, sine *novo* tempore): « Dous dias antes que partíssemos de Japam, levou Nosso Senhor para si de doença ao Padre Diogo de Misquita ... ».

[16a] P. Alphonsus de Lucena ad P. Antonium Mascarenhas, Macao, 7. Decembris 1614, lus., Autogr. *J. 16 II* 112: « o Pe Dioguo de Mesquita ... morreo o dia antes que nos partíssemos de Japão ». [Cf. ibid., 110v: « Me embarquei no derradeiro (navio) que partia para este Macao »].

[16b] Valentinus Carvalho ad Gen., Macao, 20. Februarii 1615, lus., Orig., *J. 16 II* 162: « Ao Pe Diogo de Mesquita ... levou Deus para si no princípio de Novembro passado ».

P. Petro Morejón pollicitum esse, se mense Martio 1615 e Japonia ad Philippinas Insulas epistolas missurum, antequam ille iter Europaeum aggrederetur. — Adjungit tamen Lucena, P. Valentinum Carvalho Procuratori P. Gabrieli de Matos per viam Indiae Orientalis in Europam mox abituro litteras ad Generalem commissurum esse; quodsi opportuno tempore Navis e Macaensi portu Manilam abitura foret, Provincialem etiam alteri Procuratori per viam Novae Hispaniae Europam petituro, P. Petro Morejón, epistolas ad Praepositum Generalem esse daturum [17]. — Ex qua epistola denuo concludimus: Cum Provincialis profecturis e Japonia Procuratoribus ne epistolas quidem ad Praepositum Generalem dederit, credendum non est, eundem Patrem Carvalho dedisse Catalogos: quibus conficiendis initio Novembris 1614, ultimis ante profectionem diebus, aerumnarum et laborum plenis, neque otium neque tranquillitas favebant. Sed *exemplaria A et C sub finem mensis Novembris 1614 Macai confecta sunt.*

6. A duobus exemplaribus A et C non parum differt *exemplum B*, cujus compositio, forma, textus nonnisi accuratiore investigatione intelliguntur. Cujus manuscriptum 10 foliis chartae japonicae, 25,7-26,3 cm. altis et 18,1-18,5 cm. latis constat: *J. 25* *1—*10v. Fol. *1v et fol. *10r-v vacant.

7. Fol. *1r titulum et inscriptionem continet: « Catálogo dos Pes, Iros pera o Pe Gabriel de Matos » [*adjungitur alia manu*: « do anno de 1614 »] « 2a via ». Manus istius notae (forsitan praeter verba adjuncta) *est P. Caroli Spinola,* ut e comparatione epistolarum ejus autographarum in volumine *J. 36* abunde demonstratur. P. Carolus Spinola inde a mense Martio anni 1612 [18] usque ad captivitatem [19] fuit Procurator Provinciae Japonicae [20].

8. Praeterea, *in margine* ad multorum Patrum nomina adnotatur: vel eos saeviente persecutione (ceteris in exilium ejectis) in Japonia

---

17 Alphonsus de Lucena ad P. Antonium Mascarenhas, Macao, 7. Decembris 1614, lus., Autogr., 1a via, *J. 16 II* 107-109v (praesertim 108v); 2a via (ipsa quoque autographa) eodem loco varia omittit: *J. 16 II* 111v.

18 Saltem ante diem 15. Martii 1612: Franciscus Pasio ad Gen., Nagasaki, 15. Martii 1612, lus., Autogr., *J. 15 I* 139.

19 P. Carolus Spinola die 13. Decembris 1618 in domo Dominici Jorge, Lusitani, captus est: Benedictus (Bento) Fernández ad Gen., Relatio de Martyribus S. J. anni 1622, lus. Orig., *J. 60* 228 (cujus Relationis pars agit 'Da Vida e Virtudes do Pe Carlo Spinola' = *J. 60* 224v-233v). — Franciscus Vieira ad Gen., e Japonia (Shimo), 15. Februarii 1619, lus., Orig., *J. 17* 238v. — Cumque captus sit hora 11a noctis, mirum non est, P. Johannem Baptistam Porro asserere, P. Carolum Spinola media nocte, die *14.* Decembris 1618, in manus satellitum incidisse: Johannes Baptista Porro ad Gen., e Japonia, die Cinerum (13. Februarii) 1619, ital., Autogr., *J. 17* 234.

20 Eum remansisse Procuratorem Provinciae usque ad captivitatem patet e Catalogis: e. g. e Cat. I. Septembris 1620, quo teste per 7 annos munus illud exercuit (1612-1618): textum vid. infra, *Doc. 68*. Ceterum, epistola P. Francisci Vieira, supra adhibita, ita habet: « ... prendeo ao Pe Carolo Spinola de Nossa Companhia, Procurador desta Provincia ... » Ex isto quoque loco liquet, eum fuisse Procuratorem Provinciae, cum comprehenderetur.

remansisse; quosdam vero jam supremum diem obiisse, sive propter Fidem animadversos, sive persecutionis aerumnis et exilii acerbitate confectos; alios in Indiam esse regressos; unum e Societate fuisse dimissum. Annotationum istarum *manus* est *P. Petri Morejón*[21]. Qui in Congregatione Provinciali Japonica, a die 13. ad diem 25. Octobris 1614 in civitate Nagasaki habita[21a], Procuratoris Romam mittendi (P. Gabrielis de Matos) Substitutus electus, et ipse (P. Morejón) in Europam, praesertim ad Regem Hispaniae, directus erat[22]. P. Petrus Morejón mense Novembri 1614 cum ceteris e Japonia exsul, Manilam venit; indeque post diem 18. Junii 1615[23] ad Novam Hispaniam profectus[24], die 1. Januarii 1616 ad portum Acapulco appulit[25]; ubi aliquamdiu se detinens[26], in Hispaniam iter prosecutus est et eodem anno 1616, ut videtur, advenit, nam die 28. Januarii 1617 jam Matriti degebat[27]. Unde Romam se contulit[28], ac deinde in Hispaniam regressus, Januario 1620 etiam tum Matriti commorabatur, sed iter lusitanum jamjam in animo volvebat[29]. Die 3. Octobris anni 1620 jam Olyssipone Romam scribit[30]. Anno sequenti 1621 in eādem Lusitaniae metropoli Relationem

---

[21] Cf. (inter alia documenta) epistolam P. Petri Morejón ad Gen., Miyako, 4. Januarii 1613, hisp., Autogr., *J. 15 II* 221-223.

[21a] Valentinus Carvalho ad Gen., Macao, 30. Decembris 1614, lus., Orig., *J. 16 I* 131.

[22] Ibid.

[23] Catalogus Brevis eorum, qui e Japonia ejecti ad Collegium Manilense venerant, 18. Julii 1615, hisp., Orig., *Phil. 2 I* 107v: *Doc. 47*.

[24] « O Pe Pedro Morejón vai polla [Índia] Occidental »: P. Johannes Rodríguez Giram ad Gen., e Japonia, 4. Novembris 1614, lus., Orig., *J. 16 II* 103. — Praepositus Generalis ad P. Rodericium Cabredo, 20. Aprilis 1617, Registr., *Mex. 2* 189: « Entendiendo el aviso de V. R. de la llegada a México del P. Pedro Morejón ... ».

[25] Arch. Prov. Tolet., *Leg. 1051*, no 8 (1); cf. SCHÜTTE, ' Cortes ', p. 25.

[26] « El qual [Ludovicum quendam Franciscanum] vi yo novicio en México el año de 1616 »: Petrus Morejón ad P. Virgilium Cepari, Macao, Majo 1631, hips., Autogr., *J. 18 I* 96.

[27] Ludovicus (Luís) Pinheiro ad Gen., Madrid, 28. Januarii 1617, lus., Autogr., *Lus. 74* 126.

[28] « O Pe Pedro Morejón que foi a Madrid e também a Roma »: ita Valentinus Carvalho in *Responsione Apologetica ad delationes* contra ipsum factas, scripta Macai, et, ut videtur, inter diem 1. Novembris 1618, quo regressae sunt naves e Japonia [cf. C. R. BOXER, *The Great Ship From Amacon* (Lisboa 1959), p. 97, et ejusdem *Fidalgos in the Far East* p. 69; cf. etiam epistolam P. Alphonsi de Lucena ad P. Nunium Mascarenhas, Assistentem, Macao, 8. Januarii 1618, lus., Autogr., *J. 17* 207: « Este Outubro passado, antes que chegassem aqui as galiotas de Japão ... »] et profectionem navium sequenti anno 1619 [prob. c. mensem Junium vel Julium, quo tempore naves abire solebant]: apographum contemp. Apologiae supradictae, lus., *J. 17* 266.

[29] Antonius Colaço ad Gen., Madrid, 29. Februarii 1620, lus., Autogr., *Lus. 74* 155.

[30] Petrus Morejón ad P. Nunium Mascarenhas, Assistentem, Olyssipone, 3. Octobris 1620, hisp., Autogr., *Goa 9 I* 38-39v; idem eidem, Olyssipone, 14. Novembris 1620, lus., Autogr., *Goa 9 I* 40-40v.

de persecutione japonica edidit [31]. Tandem anno 1622 e portu Olyssiponensi iter Indicum arripuit [32].

Inter eventus, quos in margine P. Petrus Morejón adnotavit, tempore ultimus (si Japoniam spectas) est mors gloriosa P. Johannis Baptistae Machado, qui propter Fidem capite plexus die 22. Maji 1617 obiit [33]; si Macaum spectas, res gestae tempore ultimae esse videntur reditus P. Francisci Luís in Indiam et dimissio P. Francisci Lobo e Societate: P. Franciscus Luís anno 1616 in Indiam missus est, ut ibi ex Ordine dimitteretur [34]; P. Franciscus Lobo ante diem 10. Januarii 1617 Macai e Societate egressus est [35]; tandem, si ad Insulas Philippinas

---

[31] « Historia y Relación de lo sucedido en los Reinos de Japón y China ... desde el año de 1615 hasta el de 19. Por el Padre Pedro Morejón de la Compañía de Jesús ... Año 1621 ... en Lisboa por Juan Rodríguez »: cf. R. Streit O. M. I., Bibl. Miss. V (Aachen 1929) p. 456. — Sommerv. V 1308.

[32] Franco, Missão 1622; Wicki, Missão 1622.

[33] Johannes Rodríguez Giram ad Gen., Litterae Annuae, Macao, 20. Decembris 1618, lus., 1a via, Orig., *J. 59* 18v. — Christophorus (Christóvão) Ferreira, Extracto das novas de Japão do anno de 1617, Nagasaki, 29. Decembris 1617, lus., Autogr., *J. 17* 115.

[34] Franciscus Pacheco ad Gen., e Japonia (Takaku), 5. Martii 1618, lus., *J. 36* 113. — P. Hieronymus Rodríguez sen., die 20. Martii 1616 e Japonia (Nagasaki) scribens P. Franciscum Luís 'hac navi' ('nesta Nao') e Japonia Macaum abire dicit, vocatum a Provinciali: epistola ad Gen., Postscriptum (pars autographa), lus., *J. 17* 307v. Navis illa mense Aprili 1616 e Japonia Macaum advenit: Alphonsus de Lucena ad P. Antonium Mascarenhas, Assistentem, Macao, 11. Octobris 1616, lus., Autograph., *J. 17* 14v. Pater Franciscus Luís *anno 1616* e civitate Macaensi in Indiam missus est: Celsus Confalonieri ad Gen., 10. Januarii 1617, Macao, ital., Autogr., *J. 17* 65. Fatendum sane, istius epistolae verba non esse satis perspicua: in ea enim de duobus Patribus Francisco Luís et Francisco Lobo agitur: alter anno praeterito (1616) in Indiam regressus est, cui nunc litterae dimissoriae (e Societate) mittuntur, alter Macai nunc dimittitur. Sed quis sit unus, quis sit alter, ex illo textu solo non clare constare videtur. Cf. adnotationem sequentem. — Tandem, teste P. Francisco Pírez, in epistola die 10. Januarii 1619 Macai data (lus., Autogr., duae viae, *J. 17* 216 et *J. 17* 217), P. Franciscus Luís tandem dimissus est; quem jam antea Provincialis P. Valentinus Carvalho semel e Japonia Macaum relegaverat, sed precibus ejus permotus iterum in Japoniam revocaverat, donec eum initio anni 1616, ut supra diximus, denuo e Japonia Macaum redire jussit.

[35] Franciscus Pacheco ad Gen., e Japonia (Takaku), 5. Martii 1618, lus., *J. 36* 113. — Celsus Confalonieri ad Gen., 10. Januarii 1617, Macao, ital., Autogr., *J. 17* 65: de isto loco in praecedenti adnotatione diximus. — Franciscus Pírez, die 10. Januarii 1619, Macao, ad P. Nunium Mascarenhas, Assistentem: P. Franciscus Lobo cum P. Valentino Carvalho e Japonia Macaum in exilium venit, postea vero in Indiam missus ac tandem e Societate dimissus est: lus., Autogr., *J. 17* 216 et 217 (utrumque exemplar est autographum). — Unde quaestio, num uterque (Franciscus Luís et Franciscus Lobo) in India dimissus sit, an quis Macai, quis in India e Societate exclusus sit. Cum P. Petrus Morejón Franciscum *Luís* in Indiam missum adnotet, sed P. Franciscus Pírez Franciscum *Lobo* dicat in Indiam relegatum; dum unum Macai, alterum in India dimissum esse ex epistola P. Celsi Confalonieri con-

advertis, mors P. Bartholomaei Soárez, antea Cimino, qui Manilae mense Martio 1617 defunctus est [36], eventus tempore ultimus esse videtur.

Quorum eventuum *notitia, quando et ubi ad Patrem Petrum Morejón* allata sit, incertum est; sed ante annum 1618 litterae e Japonia vel e Macaensi civitate, istarum rerum gestarum nuntium continentes, in Europam (ubi ille jam versabatur) afferri non poterant; immo, probabilius neque ante annum 1619 [37]. Unde concludimus: P. Petrum Morejón istorum eventuum cognitionem, litteris ex Oriente allatis, recepisse *in Europa,* sive in Hispania (probabilius Matriti), sive Romae; eumque *ante regressum in Indiam* (quo anno 1622 iter maritimum arripuit, ut supra diximus) *adnotationes illas Catalogo nostro adjecisse.* Notae illae in margine additae uno eodemque tempore scriptae, non variis occasionibus, prout nuntii afferebantur, subjunctae esse videntur: idem enim modus adjungendi, idem 'atramentum' (bruni coloris) adhibita sunt.

9. Quis vero exemplar B in Europam attulit? P. Morejón vel P. Matos? P. Gabriel de Matos eādem Congregatione Provinciali (13.-25. Octobris 1614) electus est Procurator Provinciae Japonicae Romam mittendus [38]. Qui mense Novembri 1614 e Japonia profectus, Macaum venit; unde die 5. Januarii 1615 Goam abiit [39]. Mense Majo 1617 Romae degebat [40]; die 16. Aprilis 1618 e portu Olyssiponensi in Indiam reditum aggressus est [41].

---

stare videtur, quin ex ea intelligatur, quis in uno loco, quis in altero e sociorum numero exclusus sit: e Catalogo Brevi Goano anni 1618 P. Franciscum *Lobo* in India dimissum esse constare videtur. Ita enim textus: « Despedidos. P. Francisco Lobo, por mandado do Visitador de Japão, por ser daquella Provincia »: *Goa* 27 40.

[36] Matthaeus de Couros ad Gen., Nagasaki, 18. Septembris 1617, lus., Orig., *J. 35* 63v.

[37] Cf. *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan* I, 1 pp. 123-133: de itinerum maritimorum inter Asiam et Europam temporibus.

[38] Valentinus Carvalho ad Gen., Macao, 30. Decembris 1614, lus., Orig., *J. 16 I* 131. — *Acta Primae Congregationis Provincialis Japonicae anno millesimo sexcentesimo decimo quarto,* lat., Orig., *Congr. 55* 270v.

[39] P. Gabriel de Matos in civitate Nagasaki, paulo ante discessum (exilium) e Japonia, interfuit Congregationi Provinciali: cf. adnotationem praecedentem. *Congr. 55* 270. — De ejus profectu e portu Macaensi die 5. Januarii 1615: Johannes Rodríguez Giram ad P. Antonium Mascarenhas, Assistentem, Macao. 26. Februarii 1615, lus., Autogr., *J. 16 II* 169. Item: A. de Lucena ad eundem P. Antonium Mascarenhas, Macao, 3. Decembris 1615, lus., Autogr., *J. 16 II* 241 (1a via) et 239 (3a via).

[40] P. Gabrielem de Matos *venisse Romam* non est cur in dubium vocetur. Ad id enim a Congregatione Provinciali Japonica primo loco (i. e. prae ejus 'Substituto' P. Petro Morejón) electus erat. Quod etiam documentis explicitis tenemus: P. Nicolaus Trigault in Relatione de suo ad Orientem regressu ita dicit: « P. Gabriel de Matos, qui ab ipsa Japonia *Romam biennio post me advenerat,* suae Provinciae Procurator »: *J. 121* 97v. — In volumine *Congr. 55* exstat documentum hujus tituli: « Proposita Reverendo Patri Nostro Generali a Procuratore Japonensi nomine Provinciae »: textui, partem sinistram foliorum occupanti, in parte dextera manu P. Gabrielis de Matos

Unde dubium: num P. Petrus Morejón, cujus sunt notae in margine, secum tulit Catalogum, quem deinde, in Europa degens, suis adnotationibus auxit? An P. Gabriel de Matos, cujus nomen in inscriptione Catalogi occurrit, exemplar B secum habuit, quod postea, nescio quo modo, in manus P. Petri Morejón transiit? Sed respondendum, neque unum neque alterum Procuratorem exemplar B secum e Japonia vel e civitate Macaensi portavisse.

Nam inspicienti textum Catalogi facile patet, illum *post discessum utriusque in Japonia ortum esse. In textu* enim legimus Fr. Mantium Mizoguchi defunctum esse die 19. Februarii 1615 [42]. Quem aliunde *in Japonia mortuum* esse scimus [43]. Atqui uterque Delegatus Provinciae jam mense Novembri 1614 e Japonia discesserat; P. Gabriel de Matos die 5. Januarii 1615 Indiam petens e Macaensi portu abierat [44], et P. Petrus Morejón jam ad Insulas Philippinas advenerat [45]. Praeterea, manus, quae exemplar B descripsit, *tunc et postea in Japonia* plures epistolas scripsit [46], neque P. Carolus Spinola, qui sua manu inscriptionem adjecit, e Japonia discessit [47].

---

adjectae sunt decisiones Praepositi Generalis; quibus idem P. Gabriel de Matos manu propria titulum praefixit: « Responsa ab admodum Rdo Pe Nostro Mutio Vitelleschi Generali data, 15. Maji 1617 ». Quae responsa a P. Gabriele de Matos tunc scripta esse videntur, cum ea ipse praesens a Praeposito Generali prolata audiret. Impertita sunt ab illo die 15. Maji 1617. Cui data? Utique Procuratori ea proponenti. Nulla enim videtur ratio asserendi, ea demum post profectionem Procuratoris decisa fuisse; idque eo vel magis, quod 'Responsa' manu ipsius Procuratoris adjecta sunt 'Propositis', manu alicujus amanuensis scriptis. Quapropter vix ratio aderit dubitandi, quin P. Gabriel de Matos mense Majo 1617 Romae degerit. Fatemur tamen, id (nisi aliunde constaret) ex isto solo documento magna quidem probabilitate suaderi potius quam absolute probari.

41 Relatio P. Nicolai Trigault de suo regressu in Orientem, *J. 121* 97-99.

42 Textus B, fol. *8v.

43 Hieronymus Rodríguez sen., Nagasaki, ad Gen., 20. Martii 1615, lus., Orig., *J. 58* 151v; idem, hisp., apogr. manu P. Petri Morejón factum, *J. 58* 162. — Celsus Confalonieri ad P. Bernardum de Angelis, Secretarium S. J., Macao 26. Decembris 1615, lus., Autogr., *J. 17* 36.

44 Vid. supra, adnot. 39.

45 Vid. supra, adnot. 23.

46 Manus illa, inter alia documenta, scripsit e. g.: epistolam P. Hieronymi Rodríguez sen. ad Gen., Nagasaki, 17. Martii 1615, lus., cum subscriptione autogr. Hieronymi Rodríguez. Tota epistola ejusque inscriptio est istius amanuensis: *J. 16* I 178-179v. — Idem scripsit epistolam ejusdem P. Hieronymi Rodríguez sen. ad P. Antonium Mascarenhas, Nagasaki, 1. Martii 1616, quam sequitur 'Postscriptum'. Tum textus epistolae, tum 'Postscriptum' ab ipso P. Hieronymo Rodríguez signata sunt, cujus etiam in folio externo sigillum adhuc conspicitur. Praeter subscriptionem, tota epistola est nostri amanuensis: *J. 16 I* 303-304v. — Scripsit etiam ejusdem Hieronymi Rodríguez sen. epistolam ad Gen., Nagasaki, 20. Martii 1616, quam Postscriptum ejusdem diei sequitur. Tota epistola, excepta ultima pagina, quae manu P. Hieronymi Rodríguez exarata est ejusque subscriptionem continet, est nostri amanuensis, cujus est etiam inscriptio ad Generalem: *J. 16 I* 305-308v.

47 Cf. ejus vitam in nostro volumine *Biographiarum*, (in praepar.).

Addimus etiam, Catalogum B *in Japonia inter diem 19. Februarii et diem 24. Martii 1615* scriptum esse. Nam dum de morte Mantii Mizoguchi, die 19. Februarii 1615 defuncti, *ex ipso textu* certiores reddimur, de morte P. Mantii Hirabayashi, in Japonia die 21. Martii 1615 e vivis sublati [48], in textu nihil. Cujus obitum jam die 24. Martii 1615 P. Hieronymus Rodríguez, Viceprovincialis in Japonia residens (pro quo amanuensis exemplaris B [49] scribere solebat) commemorat [50].

Praeterea id quoque notare convenit, eodem fere tempore (die 20. Januarii 1615) Fr. Mantium Taichiku *Macai* defunctum esse [51], cujus mortem auctor Catalogi B *ignorat*. — Porro, mense Augusto 1615 e Macaensi Collegio in Japoniam Fr. Ludovicus Shiozuka advenit, quem statim ac de navi descendit, P. Hieronymus Rodríguez e Societate dimisit, ita jubente Provinciali P. Valentino Carvalho [52]. De cujus egressu nihil in Catalogo B. — Eodem anno, die 4. Octobris, Macai Fr. Johannes Bernardes obiit, de cujus morte auctor Catalogi tacet [53]. Quae omnia sententiam nostram, supra expositam, confirmant.

Manilae vero illo tempore mortui sunt: Fr. Mathias Sanga, qui die 23. Januarii 1615 decessit [54]; Fr. Andreas Saitō, qui die 28. Februarii 1615 obiit [55]; ac paulo post, die 12. Martii 1615, P. Antonius Álvarez [56], de quo jam diximus. Omnes isti Novembri 1614 e Japonia ejecti erant: quorum mortem auctor Catalogi *ignorat*. Unde iterum Catalogi istius compositio in Japonia corroboratur.

Cum P. Gabriel de Matos, qui jam e portu Macaensi in Europam abierat, exemplar B secum afferre non potuerit, num forsitan illud exemplar, e Japonia Manilam missum, inde a P. Petro Morejón in Europam allatum est? Nam, ut diximus, etiam P. Morejón, Novembri 1614 e Japonia egressus, non potuit secum portare Manilam exemplar B, quod 4 mensibus postea confectum est. Num ille, etiam tum Manilae consistens, antequam in Europam profectus est, illud receperit, id certis argumentis stabilire non possumus. Mirum sane, cur neque Macai, neque Manilae (nam ad unam e duabus istis civitatibus exemplum B mitti oportebat) de eventibus supra recensitis nota ulla adjecta sit. Nam P. Morejón notas omnes, quas in margine adjecit, unā simul Matriti subjunxisse videtur. Forsitan Catalogus iste, simul cum aliis scriptis, clauso

---

[48] Hieronymus Rodríguez ad Gen., Nagasaki, 20. Martii 1615, lus., Orig., *J. 58* 151v: « Aos vinte e hum deste Março levou Nosso Senhor pera si ao Padre Firabayaxi Mâncio, Japão ... ».

[49] Cf. adnot. 46.

[50] Cf. adnot. 48.

[51] Valentinus Carvalho ad P. Antonium Mascarenhas, Assistentem, Macao, 9. Februarii 1615, lus., Autogr., *J. 16 II* 174.

[52] Hieronymus Rodríguez sen. ad Gen., Nagasaki, 20. Martii 1616, lus., Orig., *J. 16 I* 306v, cf. 305.

[53] Alphonsus de Lucena ad Gen., Macao, 2. Decembris 1615, lus., Autogr., *J. 16 I* 237. — *AHU 1659*, f. 102.

[54] Valerius de Ledesma ad Gen., Manila, 26. Julii 1615, hisp., Orig., *Phil. 11* 85v.

[55] Ibid.

[56] Ibid.

involucro, ac sigillo munito (uti fieri solebat) mittebatur, ita ut aperiri in via non posset.

10. Quis autem Catalogum B transcripserit, diligenti investigatione adhibita, tandem constat: cujus amanuensem fuisse Fr. Michaelem Maki certum est. Qui circa annum 1581 in oppido Takatsuki (Settsu) natus et anno 1607 in Collegio Omnium Sanctorum prope civitatem Nagasaki (Todos os Santos) in Societatem Jesu ingressus, etiam post Novembrem 1614 in Japonia remansit [57]; ubi die 26. Martii 1615 munere Notarii Ecclesiastici fungebatur: quo officio usus, transumptum quoddam testimoniorum de Martyribus ('Treslado auténtico das testemunhas que se tirárão dos Mártyres de Japão'), a P. Carolo Spinola S. J., Vicario Generali in regione 'Shimo' pro 'Gubernatore Episcopatus Japoniae Sede vacante', P. Valentino Carvalho, excussorum, examini subjiciebat, menda transcriptionis corrigebat, ratum habebat [58]. Quae vero ipse in fine documenti adjungit, ea sua manu scribit, ac propria manu subsignat: cujus subscriptionem esse authenticam P. Carolus Spinola ad calcem transumpti testatur et sua manu signat [59].

11. Si demum quaeras, *cur P. Carolus Spinola* inscriptionem scripserit, id quoque nobis constat: nam ob morbum P. Hieronymi Rodríguez, Viceprovincialis, P. Carolo Spinola pars aliqua curae et laboris mittendarum epistolarum ab aegroto demandata erat [60].

12. Quibus praemissis, *si exemplaria A et C ex una parte, ex altera autem exemplar B comparamus*: tum ordo atque dispositio nominum, tum quae de singulis sociis scribuntur Informationes, *magna ex parte concordant;* idque non solum quoad ea, quae enuntiantur, sed etiam quoad verba adhibita. Attamen, *plurimae etiam cernuntur differentiae,* quibus harmonia illa atque concordia minuitur. Ac primum quidem, in omnibus exemplaribus (A B C) nomina sociorum alphabethico ordine digesta sunt, Patrum primum, deinde Fratrum. Sed *in solo exemplari B,* dum post Patres initium sumit Fratrum series, *numeratio* non continuatur, sed *iterum a numero 1* incipit. Deinde solum exemplar B nominibus, quae ab eadem littera incipiunt, eam *litteram majusculam quasi titulum* praemissum habet, ita ut in tot quasi capita utraque series (Patrum et Fratrum) distinguatur, quot litterae alphabethicum ordinem constituunt, dum in exemplaribus A et C sine ejusmodi inter-

---

57 Vid. ejus vitam inter nostras *Biographias* (in praepar.). — Cf. adnot. 59, qua etiam eum in Japonia remansisse certo constat.

58 « Pera o Nosso Pe Geral. 2a via »: *J. 58* 89-120v.

59 Manus Fr. Michaelis Maki media fere pagina 120r incipit. Ejusdem subscriptio: fol. 120v. — Post quam: « Carlo Spinola da Compa de Jesus, Vigairo Geral dos Reynos do Ximo polo Pe Valentim Carvalho, Provincial da dita Comp.a e Governador deste Bispado de Japão, sede vacante, certifico em como o sinal acima escrito hé de Maqui Miguel, Irmão da dita Compa e notário ecclesiástico deste Bispado de Japão, que actualmente serve seu officio ... Em Nangasaqui, na caza de Miazaqui Paulo, a os vinte e seis do mez de Março de mil, e seiscentos, e quinze annos. Carlos Spinola, Vigro » (sequitur ejus sigillum).

60 Hieronymus Rodríguez sen. ad Gen., Nagasaki, 17. Martii 1615, lus., Orig., *J. 16 I* 178-179. — Vid. infra, sub nr. 13.

ruptione a primo Patre usque ad ultimum, a primo Fratre usque ad ultimum proceditur.

Illud quoque notatu dignum videtur, in tribus exemplaribus A B C alphabethicam quidem dispositionem servari, sed inter nomina ejusdem litterae non semper eundem ordinem teneri: ita ut neque Patrum numeri, in A et C positi, numeris exemplaris B semper correspondeant.

Sed neque Informationes de singulis Patribus ac Fratribus eaedem sunt. Plurimis enim differentiis exemplar B ab A et C distat, quibus omnes fere partes istarum Informationum tanguntur: locus originis, aetas, ingressus in Societatem, studia ante et post ingressum peracta, tempus votorum ultimorum, munera eousque gesta, vires corporis, aptitudo ad opus Missionum (praesertim linguae et litterarum Japoniae cognitio).

13. *Unde quaestio de origine exemplaris B.* Ac primum quidem, quis illud transscripserit, jam antea diximus: id enim fecit Fr. Michael Maki. *Auctorem* vero (de quo argumentis omni ex parte certis non constat) non sine validis rationibus *P. Carolum Spinola* suspicamur. Nam P. Valentinus Carvalho, Provincialis, cum (aegre quidem) e Japonia discederet, Viceprovincialem in Japonia residentem (si ipse ad terram redire non posset) constituit P. Hieronymum Rodríguez seniorem; is vero, quo tempore scripta Romam mittenda erant, gravi morbo ab hoc labore impediebatur; sicque ipse P. Carolum Spinola, Procuratorem Provinciae, ea scripta conficere jussit. Ita enim P. Hieronymus Rodríguez senior, die 17. Martii 1615 e civitate Nagasaki ad Generalem scribens (fungente amanuensis munere eodem Fr. Michaele Maki) dicit:

« Huma grave doença que me sobreveo ao tempo do escrever, de que ainda não estou livre, me cortou o fio a tudo. Não posso escrever a V. P. como desejava e tinha determinado, nem posso por mim despachar vários papeis que vão, e assi *os encomendei ao P^e^ Carlos Spinola,* que como hé diligente nestas cousas, não farei eu falta. Os papeis vão dirigidos aos dous Padres que de cá vão a Europa, e particularmente ao P^e^ P^o^ Morejón, porque lhe podem ser necessários em Philippinas e Nova Espanha ...

Vários papeis vão, que encomendei ao P^e^ Carlos; elle fez também o tratado dos Santos Mártyres ... » [61].

Verum quidem est, hoc loco singula documenta non enumerari, quorum compositionem P. Hieronymus Rodríguez P. Carolo Spinola commendavit; sed si eum morbus gravis ab aliis documentis conficiendis impediebat, certo non minus a molesta Catalogorum compositione; cumque supra ostensum sit, exemplar B eo ipso tempore (inter diem 19. Februarii et diem 25. Martii 1615) ortum habuisse ejusque inscriptionem manu P. Caroli Spinola, textum vero manu Fr. Michaelis Maki (qui utriusque Patris amanuensis erat) scriptum esse: dubitari vix potest, quin P. Carolus Spinola istius Catalogi (= exemplaris B) auctor sit.

14. Sed quonam modo exemplar B exaratum sit, non facile dirimitur. Auctorem ejus *prae manibus habuisse aliquem Catalogum scriptum,*

[61] *J. 16 I* 178 179: cf. adnot. praecedentem.

certum est: nam 1) plurimae similitudines inter A C et B, immo saepe aequalis tenor verborum, id exigunt; 2) series nominum sequitur quidem ordinem alphabethicum, sed inter *nomina, quae ab eadem littera incipiunt,* nullus certus ac determinatus ordo tenetur: aliquando quidem auctor secundam litteram ejusmodi nominum tunc secutus esse videtur, sed saepe omnis regula deest; attamen ordo nominum etiam ab eadem littera incipientium magna ex parte in A C et B idem est; quod cum casu contigisse non potuerit, nonnisi e communi fonte scripto explicatur; 3) sub numero 18 de P. Francisco Calderón tria exemplaria ita habent:

A: de medíocres forças
B: bem disposto e de medíocres forças
C: [bem disposto e] de medíocres forças

Atqui expressio 'Bem disposto' neque in B, neque in A C alio loco occurrit. C verba 'Bem disposto e' postea delevit. Unde B et C eodem loco eandem, alias (in isto Catalogo) non usitatam, expressionem hauserunt? Nam C Macai, Novembri 1614 exeunte, B vero in Japonia inter 19. Februarii et 24. Martii 1615 compositum est! Unde, nisi ex aliquo praejacente Catalogo anterioris temporis!

Neque dicatur, jam initio mensis Novembris in ipsa Japonia aliquem Catalogum I. exaratum esse, ex quo C et B ejusmodi expressionem receperint. Nam praeter rationes supra expositas, quae id excludunt (ostendimus enim, neque tunc temporis angustiam talem laborem permisisse; neque Provincialem tunc Romam misisse epistolas aliave documenta; porro in textu Catalogi A C nomen P. Didaci de Mesquita, paulo ante navium profectionem defuncti jam omissum esse), illud praeprimis in mente habendum est: B non paucis solum verbis minoris ponderis ab A et C differre, sed plurimas por totum Catalogum B Informationes *independentem aliquem compositionis laborem ostendere.* Adde etiam aliam rationem: nam si initio Novembris 1614, antequam Patres Fratresque in exilium ejecti sunt, in ipsa Japonia auctoritate Provincialis Catalogus Primus confectus esset, *non erat utique cur iterum P. Carolus Spinola post quatuor menses eundem laborem repeteret! Sed quid de titulo?* Titulus enim trium exemplarium A B C mensem Novembrem 1614 indicat! Differt tamen B ab A et C etiam in titulo: dum in exemplaribus A et C Catalogus I. mense Novembri 1614 'factus' esse dicitur, in exemplari B illud verbum ('factum') omittitur: « Catalogo das Informações Commuas dos Padres e Irmãos de Japão em Novembro do anno de 1614 ». Quo loquendi modo id exprimitur: Informationes istius Catalogi conditionibus Novembri 1614 vigentibus respondere: quin de tempore compositionis quidquam enuntietur. Neque mirum est, etiam exemplar B ad Novembrem 1614 sese referre, nam mensis ille propter tot Patrum Fratrumque exilium novae periodi Provinciae Japonicae initium erat.

Quodsi quis quaerit, qualem Catalogum auctor exemplaris B prae manibus habuerit: abs re non erit in mentem revocare, nullum nobis post Catalogum Primum Januarii 1593 usque ad Catalogum Primum

Novembris 1614 totius Provinciae Japonicae Catalogum Primum usque adhuc conservari. Catalogum enim Triennalem anni 1599 deperditum esse scimus [62]. Neque P. Francisco Rodríguez, cum mense Januario 1603 e Japonia proficisceretur (vel tunc saltem, cum Februario 1604 e Macaensi portu iter Romanum aggrederetur), Catalogum Primum Viceprovinciae Japonicae defuisse censendum est [63]. Postea vero, usque ad diem 9. Novembris anni 1611, Catalogus Primus Japoniae exaratus *non* est (*Introd.* 193-194); neque ejusmodi Catalogum ante Novembrem 1614 compositum esse ullis argumentis suadetur. *Qua de causa, neque quem Catalogum anteriorem auctor exemplaris B prae manibus habuerit, neque quo Catalogo antiquiore A et C nitantur, in comperto est.* Neque mirum, si A C et B *ejusdem* Catalogi anterioris exemplis nitantur, cum talium documentorum plura exemplaria confici solerent, neque in Collegio Macaensi Catalogi Primi praecedentis exemplar deesse posset. Ac praeterea, cum Societatis Jesu Patres Fratresque, propriis Domibus relictis, e Japonia in exilium ejicerentur, non potuerunt non portare secum ad Collegium Macaense multa scripta ac documenta Secretariatũs Provinciae Japonicae: inter quae facile etiam exemplaria Catalogorum anteriorum inveniebantur.

Tandem ne mireris, aliquando etiam eventus recentiores, qui in

---

[62] De Catalogo Tertio anni 1599 varie in Catalogo Tertio Januarii 1603 sermo est. Eadem occasione (anno 1599) compositum esse Catalogum Triennalem, nunc deperditum, in volumine 'Introductio', p. 176 arguimus.

[63] « A 18 deste Janeiro passado de 1603 partio daqui a Nao da China, e nella por procurador a Roma o Pe Francisco Rodríguez »: Luis de Cerqueira, Episcopus Japoniae, ad P. Johannem Álvarez S. J., Assistentem, Nagasaki, 20. Februarii 1603, lus., Orig., *J. 20 I* 158; idem eidem, ibid., 25. Februarii 1603, lus., Orig., *J. 20 I* 160. — Valign. ad Gen., Macao, 6. Aprilis 1604 [epistola habet 'seis de Março', at dubium non est, agi de lapsu calami: nam navis S. Dioguilho, de cujus adventu in epistola scribitur, nonnisi primis diebus mensis *Aprilis* 1604 Macaum appulit: Al. Valignano ad P. Franciscum Rodríguez, Macao, 9 Aprilis 1604, lus., Orig., *J. 14 I* 164], hisp. Orig., *J. 14 I* 158: « este Hebrero passado deste mismo ano de 604 torné a escrevir largamente por el Pe Francisco Rodríguez que fue por Procurador a Roma ... y porque *no son aún dos meses que él partió de aqui* con las Naos que fueron para la India ... ». — Cum istius Procuratoris itinere Europaeo id maxime intenderetur, ut de rebus Ecclesiae Japonicae et de Societate Jesu in Japonia operante referret , dubitari vix potest, quin Catalogos Viceprovinciae Japonicae secum habuerit. Ceterum Catalogi *Japonici* expresse nominantur in epistola Visitatoris Al. Valignano ad Gen., Macao, 8. Octobris 1603, hisp., Orig., *J. 14 I* 131, et fere eisdem verbis, in epistola ejusdem ad eundem, Macao, 7. Aprilis 1604, *J. 14 I* 160; Catalogi vero *Macaenses* in epistola Al. Valignano ad Gen., Macao, 12. Novembris 1603, hisp., Orig., *J. 14 I* 140, et fere eisdem verbis in epistola ejusdem ad eundem, Macao, 7. Aprilis 1604, hisp., Orig. *J. 14 I* 162. Non de solo Catalogo Tertio, seu Rerum, istis locis agi, saltem quod Japoniam spectat, ex istis epistolis (*J. 14 I* 131 160) patet: nam ibi sermo est 'de los Catálogos que se embían, de las personas, y de las Casas': proinde saltem, praeter Catalogum Rerum, etiam Catalogum Brevem, multo probabilius plenum Catalogum Triennalem missum esse opinamur. Cf. *Introductio*, pp. 193-194. — De die profectionis e Japonia: die 15. Jan. 1603, *vel minus prob.* die 18. Jan. 1603: vid. supra, introd. ad *Docc. 32 A-C*, p. 435.

Catalogo Primo anteriori (quo usi sunt auctores exemplarium A C et B) scripti esse non poterant, in A C et in B *eōdem fere modo exprimi!* Qui eventus (e. g. ultima vota PP. Benedicti Fernández, Johannis Baptistae Zola, Vincentii Ribeiro, die 1. Januarii 1614 emissa) in ultimi Catalogi Primi exemplaribus vel in textu vel in margine adnotati esse poterant, idque modo iisdem plane verbis, modo verbis differentibus.

15. CONCLUSIO: Ex hac investigatione, non sine aliquo labore peracta, sed ad illustrandum textum, uti speramus, vere utili, ea quae sequuntur, statui posse videntur.

1) Tria exemplaria A B C non uno tempore et loco orta sunt, sed: A et C a Provinciali P. Valentino Carvalho (vel saltem ejus auctoritate et approbatione) Macai, exeunte mense Novembri 1614, composita, ibique ab amanuensibus transscripta sunt; B vero in Japonia inter diem 19. Februarii et diem 24. Martii 1615: vix dubium quin a P. Carolo Spinola digestum sit; quod a Fr. Michaele Maki ibidem transscriptum est.
2) A et C sigillo P. Provincialis Valentini Carvalho munita sunt; C saltem uno loco notam ejus autographam continet. — B manu P. Caroli Spinola ad P. Gabrielem de Matos dirigitur, qui Novembri 1614 e Japonia Macaum profectus, inde die 5. Januarii, 1615 iter Romanum arripuerat; sed exemplar nostrum vel Manilae vel in Europa datum est P. Petro Morejón, qui Novembri 1614 e Japonia egressus Manilam venit, unde, inter Junium 1615 et Augustum 1616 per viam Novae Hispaniae in Europam abiit. P. Morejón in Europa degens exemplar B notis autographis in margine appositis auxit.
3) Textus A et C fere coincidunt; sed C non directe (vel saltem non solum) ab A dependet. — Textus B ab iis (etsi communis quaedam radix non deest) saepissime et in rebus quoque praecipuis discrepat, ita ut ejus origo ab A et C non dependeat. — A C et B sine aliquo anteriore Catalogo, e quo (opportunis correctionibus factis, plurimisque rebus vel additis vel demptis) ortum duxerint, explicari non posse videntur. Sed qualis Catalogus ille fuerit, aut quasnam additiones vel correctiones postea in ejus textum inductas continuerit, nescimus.

16. EDITIO multiplicem diversitatem inter A C et B vigentem haud facile solo apparatu critico adnotare potest; nam, etsi titulus est idem, B ab exemplaribus A et C longissime distat, ita ut vere duo Catalogi distincti dici debeant. Quare nos *utrumque simul textum*, scl. A C et B edimus. Ut fundamentum primi textus exemplar A adhibemus, ut quod exstat in praecipua collectione Catalogorum Japonicorum in ARSI, simulque pars est Catalogi Triennalis Novembris 1614 ad Romanam Curiam S. J. missi. Pauca quaedam menda secundum C corrigimus. — Textum B ita ponimus uti exstat, addentes, nos quoque, non in margine quidem, sed sub singulis informationibus, annotationes P. Petri Morejón, quae non mediocris pretii sunt ad intelligendum statum personarum Provinciae Japonicae post discessum tot Patrum Fratrumque in exilium Macaense vel Manilense.

II. De sociorum e Japonia profectione ad Macaense et Manilense exilium

(Ineunte mense Novembri 1614)

1. Ineunte mense Novembri 1614 quatuor naves e Japonia profectae sunt, e quibus duae directā Macaum petebant, una ad regnum Siam iter factura insulam quandam prope Macaum adire debebat, quarta ad insulas Philippinas cursum sequebatur. Quamvis naves istae parvae essent, et ob id maris periculis expositae, nemini (praeter unum Patrem et duos Fratres) permissum est conscendere Navim Macaensem ('Nao do trato'), quae tunc in portu Nagasakiensi reditum ad illam civitatem exspectabat[64].

2. *De tempore, quo naves e Japonia abiere, haec adverte*: *Navis, in qua P. Provincialis vehebatur* (quae erat *secunda*), e Japonia profecta est *die 6. Novembris 1614*[65]. — Alia navis (*tertia*) eodem die e Japonia Macaum solvisse videtur, dum *prima* aliquibus diebus antea anchoras sustulit:

« Vindo o dia, nos embarcamos os que vinhamos pera aqui [Macao], em dous navios, nos quaes entre Padres e Irmãos viemos 65, entrando neste numero 6, 3 Padres e 3 Irmãos, que avia dias tinhão partido também pera aqui em outro navio »[66].

De primo navigio etiam P. Alphonsus de Lucena loquitur: « Polo primeiro navio que de Nagasaqui partio, em que vierão 8 da Companhia »[67]. Prima illa navis quando profecta sit, nescimus; sed verbis P. Johannis Rodríguez Giram id saltem indicari videtur, eam aliquot diebus ante diem 6. Novembris 1614 abiisse.

De tempore discessus P. Jacobus Giannone in quadam epistola ad P. Franciscum Pavone, die 25. Decembris 1614 e Macaensi Collegio data, haec habet: « Fummo depositati in una insula sino alla salita del navio, che fu alli *5 de Novembre* »[68]. Ubi asserere videtur, navim illam die 5. Novembris profectam esse. An forsitan intelligi debet, illos in insula praedicta remansisse, donec die 5. Novembris *navim conscenderent*? Neque enim credendum est, tum Provincialem, tum P. Johannem Rodrífuez Giram in die propriae profectionis indicando errasse.

---

64 Hieronymus Rodriguez sen. ad Gen., Nagasaki, 24. Martii 1615, lus., Orig., *J. 58* 150v. — P. Gasparem de Crasto demum in Navi Macaensi abiisse dicit idem P. Hieronymus in epistola ad Gen., Nagasaki, 17. Martii 1615, lus., Orig., *J. 16 I* 178.

65 Ita ipse Provincialis Valentinus Carvalho ad Gen., Macao, 30. Decembris 1614, lus., Orig., *J. 16 I* 131; praeterea Johannes Rodríguez Giram ad Gen., Macao, 25. Februarii 1615, lus., Autogr., *J. 16 II* 164.

66 Johannes Rodríguez Giram, Macao, 22. Decembris 1614, lus., Autogr., *J. 16 II* 87v.

67 Alph. de Lucena ad P. Ant. de Mascarenhas, Assist., Macao, 7. Dec. 1614, lus., 1a via, Autogr., *J. 16 II* 107-109v.

68 Ital., Autogr., *J. 35* 198.

Relatio P. Valerii de Ledesma « De la venida de los Padres y Hermanos de Japón a Manila, desterrados por ministros de la Ley de Dios », de Takayama Ukon Justo loquens, ita dicit: « *Por los primeros de Noviembre* se embarcó con los Nuestros » [69].

Nicolaus Trigault, nescio qua informatione ductus, sui Ordinis socios alios die 7. Novembris, alios die 8. ejusdem mensis e Japonia in exilium abiisse dicit [70].

Navis, quae Manilam proficiscebatur, quo die anchoras sustulerit, ex iis, quae supra diximus, non clare constat; videtur autem eodem die 6. Novembris abiisse.

Secundum Bernardinum de Avila Girón, 'Relación del Reino de Nippon', duae naves 6. Novembris, una die 8., quarta die 9. Novembris 1614 profectae sunt. Ubi prima navis, quae aliquot diebus ante diem 6. Novembris abiit, desideratur; in ultima autem, quae die 9. Novembris anchoras sustulit, utrum Religiosi fuerint necne, e verbis auctoris erui nequit. Auctor ille ita scribit:

« Estuuieron los navíos en el puerto hasta seis de Noviembre que partieron el de Manuel González para Machao y otro, en que iban los Padres Clérigos, para Manila; y otro que yua para Siam, en que también yuan algunos Padres, para se quedar en China, donde auía de pasar. Este partió en ocho del dicho, y el del Capitán Domingo Francisco en que fue Estéuan da Costa, partió en nuebe. » (Madrid, Bibl. Nac., *Ms. 19628*, fol. 250v. — *J. 58* 252-252v).

3. *De adventu istarum navium* haec statui posse videntur: Navis, qua P. Provincialis vehebatur, die 18. Novembris 1614 Macaum advenit [71]. Alia vero navis, eodem P. Johanne Rodríguez Giram teste, sequenti die, 19. Novembris, Macaum appulit [72]. Sed P. Alphonsus de Lucena se frustra conatum in Japonia remanere, ultimo, quod Macaum abibat, navigio profectum esse dicit: navigium illud die 18. Novembris Macaum advenisse [73]. Agiturne de illa navi, quam P. Johannes Rodríguez Giram die 19. Novembris Macaum pervenisse asserit?

4. *De numero sociorum Provinciae Japonicae in ipsa Japonia residentium* haec tene:

Februario 1613 teste Catalogo Brevi 62 Patres et 59 Fratres, universi *121*, in Japonia degebant [74]. Litterae Annuae Provinciae Japonicae, die *16. Martii 1614* subsignatae, *118* socios, nempe 63 Patres et 55 Fratres, in Japonia commorari referunt [75]. Petrus Morejón in annotationi-

---

69 Manila, 16. Julii 1615, hisp., Orig., *Phil. 6 I* 59.

70 Nicolaus Trigault (Trigautius), *De Christianis Apud Iaponios Trivmphis*, Monachii MDXXIII, lib. III, Cap. 21, pp. 278-279.

71 Johannes Rodríguez Giram ad Gen., Macao, 25. Februarii 1615, lus., Autogr., *J. 16 II* 164.

72 Ibid., *J. 16 II* 164.

73 Alphonsus de Lucena ad Antonium Mascarenhas, Assistentem, Macao, 7. Decembris 1614, lus., Autogr., *J. 16 II* 110v.

74 Cf. supra, *Doc. 41*.

75 Sebastianus Vieira ad Gen., Nagasaki, 16. Martii 1614, lus., apogr. contemp., ex Oriente missum, *J. 57* 262; idem, Mexico, Arch. Gen. d. l. Nación, *JHS III 29*, Expediente 106: lus., Orig.: initio textūs.

bus suis autographis ad Relationem Bernardini de Avila Girón (' Relación del Reino de Nippon ') exorta persecutione, i. e. ante exitum sociorum e Japonia, *117* fuisse Patres Fratresque in Japonia incolentes dicit [76]. Catalogus Primus Novembri 1614 *Macai* confectus, sed socios ante exilium in Japonia degentes recensens, *115* socios enumerat [77]. Catalogus Primus, titulo teste ejusdem mensis Novembris 1614, sed Februario/Martio 1615 *in Japonia* confectus, 63 Patres et 53 Fratres nominatim recenset: sed in ipso textu Catalogi duo socii, P. Didacus de Mesquita et Fr. Mantius Mizoguchi, jam defuncti dicuntur: et Mesquita quidem brevi ante discessum navium, Mizoguchi vero die 19. Februarii 1615 obiit, ita ut tempore compositionis istius Catalogi (i. e. Februario/Martio 1615) socii numerarentur *116-2 = 114*, tempore autem discessus navium (i. e. initio Novembris), mortuo jam P. Didaco de Mesquita, sed vivo Fr. Mantio Mizoguchi, universi essent *115* [78]. — Tandem P. Johannes Rodríguez Giram, die 22. Decembris 1614 e Collegio Macaensi scribens, quo cum ceteris e Japonia venerat, ita habet: « Os que actualmente estávamos da Companhia em Japam éramos *114* » [79].

Cum plerumque illis annis de morte sociorum satis constet, non ita de egressu e Societate, neque de reditu Macaum vel in Indiam: propterea facile non est, imminutionis numeri sociorum (in Japonia degentium) causas accurate indicare. — Nescimus etiam, cur P. Johannes Rodríguez Giram *114* fuisse socios tempore exilii asserat: nam Catalogus Primus, tum qui Macai factus, tum qui in Japonia, socios fuisse *115* tempore discessus navium clare indicat.

5. Ex istis *115* sociis *in Japonia remanserunt* 18 Patres et 9 Fratres, universi *27* [80].

6. *Manilam vero abierunt* 8 Patres (Hispani 5, inter quos P. Petrus Morejón; Italianus 1; Lusitani 2) et 15 Fratres japonici; universi *23*. Quem numerum clare statuit P. V. Carvalho, Provincialis [81]. Asserit quidem P. Johannes Rodríguez Giram Manilam profectos esse 22 e Societate [82]. Numerus ille (22) emendatus est: fortassis prima lectio habuit ' 20 ', altera lectio ' 21 '. Cum uterque e Macaensi Collegio scribat, P. Valentinus Carvalho vero aliquot diebus *post* P. Rodríguez Giram, cumque

---

[76] Nota autographa P. Petri Morejón ad calcem operis Bernardini de Avila Girón, *J. 58* 272v.

[77] I. e. istius Catalogi exempla A et C.


[78] I. e. istius Catalogi exemplum B.

[79] Johannes Rodríguez Giram, Macao, 22. Decembris 1614, lus., Autogr., *J. 16 II* 87v.

[80] Ibid., *J. 16 II* 87v. — Praeterea: in epistola ejusdem ad Gen., Macao, 25. Februarii 1615, lus., Autogr., *J. 16 II* 164; Hieronymus Rodríguez sen. ad Gen., Nagasaki, 17. Martii 1615, lus., Orig., *J. 16 I* 178-178v (ille nominatim Patres recenset et, ubi degeant, indicat); Valentinus Carvalho, in Apologia contra Fr. Sebastianum de S. Petro, lus., Brit. Mus., *Add. Mss. 9856* fol. 7: « Quando sahimos delle [Japão] desterrados, deixei vinte e sete ».

[81] Valentinus Carvalho ad Gen., Macao, 30. Decembris 1614, lus., Orig., *J. 16 I* 131.

[82] Johannes Rodríguez Giram, Macao, 22. Decembris 1614, lus., Autogr., *J. 16 II* 87v.



Kanazawa, in Kaga. Antiqua imago arcis. Charta manu facta, coloribus expressa, 103 × 73 cm., jam corrosione deterior. In Bibliotheca Publica - Musaeo, Usuki, Bungo.

Carvalho non solum numerum *23* indicet, sed simul, quot Patres, quot Fratres, huic imprimis fides habenda esse videtur. — At, numerus eorum, qui Manilam venerunt, etiam *e Catalogis Manilensibus* constat: ubi non modo numerus, verum etiam *nomina singulorum* declarantur: unde patet *e Japonia Manilam navigasse 23 socios* [83]; e quibus tamen P. Antonius Franciscus Critana in ipso itinere mortuus est [84], ita ut nonnisi 22 Manilam pervenerint.

7. *Jam, quot socii Macaum profecti sint,* computatione facta facile detegitur: numerus enim Patrum ac Fratrum ante exilium in Japonia residentium notus est; quot vero in Japonia clam remanserint, quot Manilam abierint, supra ostendimus: unde, si a numero *115* (sociorum ante exilium in Japonia commorantium) detrahas 27 (in Japonia remanentes) et *23* (Manilam profectos) habes numerum eorum, qui Macaum petivere: sunt autem *65*. — Ita etiam P. Johannes Rodríguez Giram profectos esse 65 dicit: sex, scl. 3 Patres et 3 Fratres, aliquot diebus antea, ceteros vero 59 die 6. Novembris [85]. Advertimus, numerum illum esse emendatum (forsitan ex 63?). Cum quo numero *non* concordat, quod Provincialis, P. Valentinus Carvalho, die 30. Decembris 1614 ex eodem Collegio Macaensi scribit:

[21] Post mortem Episcopi Japoniae, D. Ludovici Cerqueira († 16. Febr. 1614), sacerdotes saeculares dioeceseos Nagasakiensis *die 22. Februarii 1614* P. Valentinum Carvalho, Provincialem S. J., Administratorem episcopatūs sede vacante elegerunt: doc. orig. electionis: Madrid, Bibl. R. Acad. Hist., Jesuitas, *Leg.* 22 fol. 278. — Quem postea, *die 21. Octobris 1614,* suadente Comissario Franciscanorum, deposuerunt: doc. orig. ib. *Leg.* 22, fol. 266. — Depositionis actum P. Valentinus Carvalho, utpote invalidum, non admisit. Neque Archiepiscopus Goanus, neque Manilensis Archiepiscopus, ad quos Clerici Japonenses litteras dederant, illorum procedendi modum adprobaverunt, immo, uterque severa epistola eorum interventum condemnavit. Tandem P. Hieronymus Rodríguez sen. patientia, benignitate, persuasione schisma illud composuit: quod *die 13. Februarii 1616* finem habuit: *J. 16 I* 299v: Hieronymus Rodríguez sen. ad Assist. Lus. P. Antonium Mascarenhas, Nagasaki, 1. Martii 1616, Orig. —

Documenta contemporanea de illo schismate habes in Bibliotheca R. Acad. Historiae, Matriti: *Jes. Leg. 22* ff. 261-285v et *Cortes, Leg. 566* ff. 190-248v. Cf. Schütte, *El 'Archivo del Japón'* pp. 351-356; Schütte, *Cortes* 103-110. — Brevem expositionem in nostro opere *Die Wirksamkeit der Päpste für Japan* pp. 19-20 invenies (cum indicatione fontium). Cf. infra *Doc. 54 = J. 58* ff. 422v-424v.

[22] P. fr. Petrus Baptista II (Porres y Tamayo), a Sancto Martyre P. Petro Baptista utique distinguendus.

[23] Si primi illi sacerdotes saeculares nondum ad profundiorem cognitionem scientiarum ecclesiasticarum progressi erant (id quod auctor verbo ' idiota '

Sua Santidade o avia de prohibir ao Bispo, que for de Japão [24]. Quanto a religiões, reduzilas a que não aja mais que huma em Japão: lhe sinto grandíssima difficuldade, pois o passado o mostrou bem; mas também entendo com os que milhor entendem que hé impossível ir esta Christandade avante da maneira que vai, tirando cada pera seu cabo, sem aver huma cabeça e hum Capitão a cujo mandado acometão e se recolhão todos, quando for necessário, sem aver as desordens que há de competências de que « eu faço mais que vos »! Neste ponto não digo mais, ainda que nunca falta que dizer com grande sentimento, mas Vossa Paternidade o alcança tudo milhor. Por rezão deste Scisma muitos Christãos duvidavão se podião ouvir a Missa dos Frades e Clérigos, e confessar-se com elles, algumas agulhas ferrugentas ouve que disserão que os Nossos disserão algumas cousas, mas sempre forão com muito tento, nem disserão cousa de que com rezão se pudessem escandalizar os outros Religiosos; mas elles, como andão desconfiados de nós, de qualquer cousinha formão mil escarceos [25]. Eu desejava de mandar juridice provado como os não escandalizámos de nada, mas assi polla doença [26], como pollo *fissocu* [27], não pode ser. Vários papeis vão, que encomendei ao P.e Carlos [Spinola], elle fez também o tratado dos santos Mártires [28]: vai cousa diffusa; escrevo aos Padres Pedro Morejón e Sebastião Vieira que em Manila fação hum extracto que se possa apresentar a Sua Santidade, a Sua Magestade, e outros senhores que não podem ler cousas tão compridas.

Os Nossos andão em Japão huns vestidos à Portuguesa, outros como Japões, conforme aos lugares. Outras cousas particulares desejava de escrever a Vossa Paternidade, mas esta doença me

---

145 o avia] o *vid. corr. ex* ou || 148-9 que hé impossível *add. sup. lin.* || 152 as desordens] as *add. sup. lin.*

---

exprimit: '*idio*-ta' autem, proprie loquendo, ille est, qui nonnisi *propriam* linguam callet), id magis novitati educationis illis impertitae quam eorum ingenio, tribuendum erat. Ceterum, sententia haec dura, infelicissimo illo 'schismate' provocata erat. — De verbo 'idiota' cf. Doc. 5 (4), ubi de Fratre summi meriti Juan Fernández, socio Xaverii, et de Fratre Eduardo da Silva, viro vere apostolico, usurpatur. — Doc. 5 (6) de eodem Fr. Juan Fernández loco verbi 'idiota' 'homem sem letras' adhibet.

[24] In Consistorio, die 8. Januarii 1618 habito, in locum defuncti Episcopi D. Ludovici Cerqueira suffectus est D. Didacus (Diogo) Valente: Arch. Vat., Fondo Consistoriale, *Acta Camerarii, vol. 15* f. 90. — MAGNINO, *Doc. 54.*

[25] Vid. infra, *Doc. 54 = J. 58* 422v-424v.

[26] Cf. initium hujus epistolae.

[27] *Fissocu* (hissoku) = « Estar escondido, ou encerrado, ou retraido, não saindo a público. VI. Fissocu suru »: *Vocab.*, Nangasaqui MDCIII, 95v, col. b.

[28] Vid. supra, Adnot. 2 ad textum *hujus* documenti.

cortou o fio a tudo. Nos santos sacrifícios e orações de Vossa Paternidade muito me encomendo, e sua santa benção humilmente peço. De Nangasaqui, 17. de Março de 1615.

De Vossa Paternidade mínimo filho em Christo

Jerónymo Rodríguez

Directio, f. 179ᵛ:

Ao muito Reverendo em Christo Padre, o P.ᵉ Nosso
Claudio Aquaviva da Companhia de
JESUS, Prepósito Geral.
Em Roma.

1ª via.
De Jappão.

46 - 47

CATALOGI INSULARUM PHILIPPINARUM ANNI 1615

Cum mense Novembri anni 1614 Fidei praecones e Japonia discedere juberentur, tres naves iisdem onustae Macaum, quarta vero Manilam abiit, remanentibus tamen, quotquot in persecutionum angustiis, sublatis ecclesiis et domibus, apud Christianos abscondi poterant, viris fortibus et selectis [1]. Qui vero profecti sunt Macaum (quae domus ad Japonicam Provinciam pertinebat), hi in Catalogis tum Macaensibus tum Japponicis recensentur. Qui autem Manilam petivere, ii praeterea inde ab anno 1615 in Catalogis Insularum Philippinarum inseruntur. De illis ergo specialiter dicendum occurrit. Catologi, qui vi inscriptionis ad annum 1615 referuntur, sunt tres:

TERTIUS CATALOGUS BREVIS ANNI 1615 & SUPPLEMENTUM CATALOGORUM ANNI 1614.
CATALOGUS PHILIPPINARUM ANNI 1615.
PRIMUS CATALOGUS PERSONARUM ANNI 1615.

De quibus Catalogis ultimus, die 12. Augusti 1616 exaratus, potius ad proximum annum (1616) pertinet; de eo agemus post Catalogum die 25. Julii 1616 confectum. Hic ergo de duobus Catalogis revera ad annum 1615 pertinentibus tractandum est.

173 cortou *corr. ex* contou

[1] Accuratam indagationem de profectione Patrum Fratrumque e Japonia initio mensis Novembris 1614 habes in Introd. ad *Docc. 42-43*, Catalogos Prov. Jap. Nov. 1614/Febr.-Mart. 1615, (Parte II.).

1. TERTIUS CATALOGUS ANNI 1615 & SUPPLEMENTUM CATALOGORUM ANNI 1614 [= DOC. 46]

(Junio - Augusto 1615)

Cujus Catalogi duo exemplaria in ARSI, in sectione Philippinarum, inveniuntur: 1ª scl. et 2ª via, ad Praepositum Generalem directae. Vocatur quidem *Tertius Catalogus Brevis*, sed intellige: *Tertius Catalogus, i. e. Brevis*. Hic enim praeter communem loquendi modum Catalogus Brevis ut « Tertius » jungitur Catalogo Primo et Catalogo Secundo. *Prima via* praesentis Catalogi Brevis exstat in vol. *Phil. 2 I* ff. 96-97ᵛ, 98-98ᵛ. *Secunda via* in eodem volumine Primam viam *antecedit*: *Phil. 2 I* ff. 94-95ᵛ. Uterque textus quoad substantiam idem est. Constat autem duabus partibus clare distinctis: nempe Catalogo Brevi Philippinarum, et Supplemento, eorum nomina exhibente, qui recens ad Provinciam Philippinarum advecti erant ex Hispania, quibus junguntur advenae Provinciae Japponicae.

a) *Catalogus Brevis* praeter consuetam formam ita exaratus est, ut (sub titulo) a summa usque ad infimam paginam octies sena spatia juxtaposita numerentur (= 48 spatia); singulis vero spatiis cum numero progressivo singula nomina cum officio uniuscujusque inscripta sint: f. 94: nr. 1-48; f. 94ᵛ: nr. 49-91; sed spatium adsignatum numero 54 vacat nomine. Hinc universi numerantur 90. Sed sex nominibus, omisso munere quo functi erant, adjectum est tempus vel mortis vel dimissionis e Societate. Cumque unus novitius, qui [post ultimum Catalogum] in Ordinem receptus scribitur, numero supradicto 90 *includatur*, illi autem sex socii detrahantur, universi sunt 84. Sic etiam in ipso Catalogo (f. 94ᵛ, 96ᵛ) computantur: « Sunt Patres 44, Fratres 40, Universi 84. — Vita functi hoc anno tres, Admissus unus, Dimissi tres ».

b) Supradicto *Catalogo Brevi adjunctus* est in altero folio (95/95ᵛ; 97/97ᵛ) *Catalogus Primus* eorum qui ex Hispania recens advecti erant: « Adaucti sunt, qui ex Hispania venerunt. Anno 1615 ». De singulis vero referuntur sequentes Informationes:

Nomen	Patria	Aetas	Valetudo	Tempus Societatis	Studia et Gradus	Ministeria	Gradus in Societate

Sunt autem omnes simul 20 socii, de quibus informationes scribuntur, quorum 11 in prima pagina (95 rsp. 97), 9 vero in secunda pagina (95ᵛ, rsp. 97ᵛ). Qui, una cum P. Alphonso de Humanes et Fr. Coadjutore Petro Martínez, die 20. Junii 1615 Manilam pervenerant [2].

[2] « P. Alonso de Humanes, rezién venido de Roma, llegó aquí a 20 de Junio año de 1615 con el Hermano Pedro Martínez y veinte sujetos »: ita in Catalogo praecedente (Catalogus Philippinarum An. 1615): *Phil. 2 I* 104. — Notandum est, verbum *Junio* correctum esse ex *Julio*.

c) Tandem, *post Catalogum Primum recens advectorum* sequitur elenchus qui nostra hic interest: « *Adaucti sunt. Qui ex Iaponia venerunt. Anno 1614* ». Qui 19 nomina complectitur (8 Patrum, 11 Fratrum), in ultima parte paginae (95v, rsp. 97v) sub dicto titulo tribus columnis ordinata. Omittuntur quatuor nomina eorum, qui vel in mari vel in Collegio Manilensi interim mortui erant, de quibus sequens Catalogus refert. Agitur autem hoc in loco de sola enumeratione nominum eorum, qui e Japonia advenerant: neque munera praeterita vel praesentia, neque aliud quidquam adjungitur.

d) De cujus Elenchi (totiusque Catalogi) compositione brevi investigatione opus est. Praemittimus autem, Elenchum 'Japonensium' non secus ac totum Catalogum Brevem Philippinarum, et Catalogum Primum recens ex Hispania advectorum, et subscriptione auctoris (vel auctorum) et loco et tempore confectionis carere. Quae tamen ex ipso textu aliquo modo determinari posse censemus.

Elenchus noster additus est Catalogo Primo eorum, qui ex Hispania Manilam venerunt, anno scl. 1615. Illi vero die 20. Junii 1615 ad portum Manilensem applicuerunt. Propterea, *terminus ante quem non* compositionis nostri elenchi (et dicti Catalogi Primi) *est dies 20. Junii 1615.* — Porro, *in Catalogo Brevi* (ad quem Catalogus Primus recens advectorum et Elenchus « Japonensium » ut « Supplementum » accedit) sex nominibus, omisso munere seu ministerio, tempus vel mortis vel dimissionis e Societate adjunctum est. Omnes illi eventus temporis spatio comprehenduntur, quod a die 21. Julii 1614 usque ad diem 26. Aprilis 1615 extenditur. Quapropter Catalogum Brevem *post diem 26 Aprilis 1615* concinnatum esse concludimus. Quod quidem pro determinando tempore compositionis nostri Elenchi nihil novi confert. Sed in Catalogo Brevi inter vivos etiam Fr. Antonius Ruano recensetur: quem die 21. Augusti 1615 Manilae defunctum esse scimus [3]. Unde Catalogum Brevem *ante diem 21. Augusti 1615* confectum esse oportet. Catalogus Brevis et Supplementum Catalogorum anni superioris (1614) sub communi titulo in unum junguntur. Unde manifestum est, totum Catalogum *inter diem 20. Junii 1615 et diem 21. Augusti 1615* ortum habuisse. Verum quidem est, in totius Catalogi titulo *non* declarari quidnam Supplementum illud contineat, ac propterea Elenchum 'Japonensium' postea adjici potuisse. Quod tamen nulla prudens ratio postulat vel suadet. Quare etiam Elenchum 'Japonensium' eodem tempore ac totum Catalogum (inter diem 20. Junii et diem 21. Augusti 1615) compositum esse censemus.

Locus compositionis vix dubium quin Manila. Auctoris quidem nomen desideratur: quem P. Valerium de Ledesma, Provincialem, esse jure quis suspicari potest.

3 *Phil. 2 I* 114v (Primus Catalogus Personarum. Anni 1615). Cujus Catalogi descriptionem videas in Introd. ad Catalogos Philippinarum anni 1616).

2. CATALOGUS PHILIPPINARUM ANNI 1615 (18. Julii 1615). [= DOC. 47]

« Catalogus Philippinarum anni 1615 » exstat in vol. *Phil. 2 I* 103-108v. Complectitur 6 folia, quorum primum chartae europaeae, 2-6 chartae philippinicae. Missus est ad Praepositum Generalem P. Claudium Aquaviva, estque 2a via per Philippinas (ita 108v). Sigillum adfuisse videtur, sed excidit.

Agitur de *Catalogo Informationum,* qui mediam aliquam lineam tenet inter Catalogum Primum seu Informationum Communium et Catalogum Secundum seu Informationum Particularium (i. e. qualitatum moralium, ac propterea reservatum seu secretum). Propterea praesens Catalogus a consueta forma Catalogi Primi differt: nam Informationes non secundum schema aliquod praefixum, variis punctis seu respectibus distinctum, exponuntur; sed auctor, continuato sermone ac libera narratione de uniuscujusque socii condicione Praepositum Generalem certiorem reddit. A Collegio Manilensi incipiens, omnium domorum Provinciae Philippinarum socios percurrit (ff. 104-107v). Auctor sub die *18. Julii 1615 Manilae* suum nomen subscribit: « Valerio de Ledesma ». Qua subscriptione, Provincialis manu apposita, Catalogus est originalis; estque hispanico sermone contextus.

Cui Catalogo post locum et tempus compositionis, sed ante subscriptionem P. Valerii de Ledesma, additus est Elenchus recens e Japonia advectorum:

« *Los Padres y Hermanos que el año passado de 1614 vinieron desterrados de Japón y están en el Colegio de Manila, son* ». Numerantur omnes 19, scl. 8 Patres e 11 Fratres. Nomina sunt eadem ac in praecedenti Elencho, praeterquam quod erronee « H. Andrés Sayto » scribitur, ubi in priori Elencho « Fr. Andreas Amacusa » legitur, qui hoc loco deest. Ordo nominum paululum immutatus est. Praesens elenchus non est nisi series nominum, qua neque singulorum munera nec quidquam aliud adjungitur, nisi brevis nota de tribus sociis, ut mox videbimus. Quapropter a Catalogo, cui adnexus est, omnino differt. Tantummodo P. Sebastianum Vieira nunc in Japoniam reverti; Patresque Japonenses Martinum Moan et Didacum (Diego) Yuki (Yuqui) modo ordinationem sacerdotalem recepisse adnotatur.

Post ultimum nomen « Japonensium » elenchus linea transversa interrumpitur: sequuntur duo Patres ad Malucas profecturi, sed interim in Collegio Manilensi degentes. Post quos ad « Japonenses » auctor revertitur, ad eos scl., qui e sua Missione ejecti, vel in itinere maritimo vel post illud in Manilensi Collegio obierant. Sunt autem quatuor, duo Patres et duo Fratres.

46

Textus

Phil 2 I 94-95v; 96-97v

TERTIUS CATALOGUS BREVIS ANNI 1615 & SUPPLEMENTUM CATALOGORUM ANNI 1614

(20.Junii/21 Aug. 1615)

Adaucti sunt. Qui ex Iaponia venerunt. Anno 1614.

P. Melchior de Mora
P. Franciscus Calderón
P. Petrus Morejón
P. García Garcés
P. Bartholomaeus Suárez
P. Sebastianus Vieyra
P. Martinus Moan
P. Didacus Yuqui
F. Augustinus [a] Vota
F. Michael Matçuda
F. Bartholomaeus Reóxey [b]
F. Paulus Reôin
F. Thomas de Figueredo
F. Andreas Amacusa
F. Petrus Chiquam
F. Román
F. Georgius
F. Alexius
F. Thadaeus

47

Phil. 2 I, 107v-108v

Textus

CATALOGUS PHILIPPINARUM ANNI 1615

(18 Julii 1615)

Los Padres y Hermanos que el año passado de 1614 vinieron desterrados de Japón y están en el Colegio de Manila son:

P.e Melchior de Mora
P.e Francisco Calderón
P.e Pedro Morejón
P.e García Garcés
P.e Bartholomé Suárez
P.e Sebastián V[i]eyra, que ahora vuelve a Japón.

a, B: Agustinos || b, B: Reoxey (*sine accentu*)

P.e Martín Moan } ambos de nación Japones que se acabaron de
P.e Diego Yuqui } ordenar.
Her.o Augustín Vota
H.o Thomás de Figueredo
H. Miguel Matçuda
H. Bartholomé Reoxey
H. Pablo Reoin
H. Andrés Sayto
H. Pedro Chiquam
H.o Román
H. Alexo
H. Jorge
H. Thadeo.
. . . .

Fuera de los dichos Padres y Hermanos que vinieron desterrados de Japón vinieron tanbién los quatro siguientes: /

P.e Antonio Francisco Critana, murió en la mar cerca de Manila.
P.e Antonio Álvares, murió en este Colegio.
Hermano Mathías Sanga, murió en este Colegio.
Hermano Andrés Sayto, murió en este Colegio.

VALERIO DE LEDESMA

Inscriptio: † A. N. P. Claudio Aquaviva, Prepósito General de la Compañía de Jesús etc. Roma — 2.a vía. — De Philipinas.

Alia manu: P. Valerio de Ledesma. 1615. Manila 18 de Julio.
Da cuenta de los sugetos de la Provincia en particular etc.
Item de los que aportaron allá desterrados de Japón.
i. placet.
A. Resp. 20 de Abril 161 [! sine ultimo numero].

48

P. CELSUS CONFALONIERI, SOCIUS PRAEPOSITI PROVINCIAE JAPONICAE, AD P. BERNARDUM DE ANGELIS, SECRETARIUM SOCIETATIS JESU

Macao, 26. Decembris [1615]

P. Celsus Confalonieri, Socius Provincialis, sub finem anni 1615, i. e. die 26. Decembris, e Collegio Macaensi, quasi ut Supplementum Catalogorum praecedentis anni, documentum quod sequitur ad Secretarium Romanum Societatis Jesu, P. Bernardum de Angelis, misit. Quod, formam quidem epistolae induens, elenchum defunctorum et dimissorum Provinciae praebet, totumque auctoris, i. e. P. Celsi Confalonieri, manu scriptum et ab eodem subsignatum est.

Epistola illa in volumine *J. 17*, 36-38^{v} exstat: ubi continetur duobus foliis chartae japonicae, 35,5 × 25,5 cm., quibus insertum est (f. 37-37^{v}) parvum folium, similiter chartae orientalis, c. 9,6 × 16,8 cm., a tergo (37^{v}) vacuum, de piis suffragiis pro defuncta benefactrice D. Maria de Castro offerendis. Ff. 36^{v} et 38 nullam habent scripturam; 38^{v} fert directionem epistolae, quam infra transcribimus; et sigillum mittentis. In ipso loco directionis epistolae manus quaedam romana f. 38^{v} atramento bruni coloris notavit: « Per il Segretario d. Portogallo ». Item f. 36 in margine inferiore, a latere sinistro, manus quaedam romana notavit: « Confolonier. Macao 16 ».

Neque de genuitate documenti, neque de ejus auctore, neque de die et mense compositionis, ullum est dubium. — Quaeritur tamen, ad quem annum pertineat; *annus enim deest.* Qui ex iis, quae documentum continet, sine erroris umbra erui potest. P. Celsus Confalonieri defunctos ac dimissos ex eo tempore recenset, quo omnes Fidei praecones (praeter quosdam clam remanentes) e Japonia ejecti sunt: i. e. *ab initio Novembris 1614.* Ordo quem sequitur est hic, ut primum socium unum in itinere e Japonia ad Philippinas defunctum; deinde, qui Manilae, qui in Japonia, qui Macai obierunt; tandem qui in Sinis mortuus est, socium unum indicet; sequuntur dimissi ex Ordine, omnes Macai e Societate egressi. Sunt autem omnino 14 nomina, scl. defunctorum 10, dimissorum 4. Tempus mortis vel dimissionis tacetur; nisi quod primus in itinere e Japonia Manilam obiisse dicatur: de cujus itineris initio satis constat: navis enim circa diem 6. Novembris 1614 e portu japonico profecta est [1]; quartus autem e dimissis 'ultimamente', i. e. 'ultimo hoc tempore', vitam extra Societatem repetiit: nam P. Michael Cabral ante diem 2. Decembris 1615 ex Ordine egressus est [2]. Ceterum, defunctorum fere omnium dies *obitūs* notus est, et dimissorum saltem *terminus 'ante*

---

[1] Vid. Introd. Particularem in docc. 42-43.

[2] Affonso de Lucena - Gen., Macao, 2. Dec. 1615, autogr., lus., *J. 16 I* 237 [236-238].

quem' egressūs indicari potest; nos haec tempora in textu post nomina inter parenteses adjungimus, remittentes pro fontium cognitione ad volumen biographicum nostrum. Omnes (praeter P. Antonium Franciscum Critana, mortuum anno 1614) [3] anno 1615 obierunt, et e dimissis 3 anno 1615, unus autem ante diem 27. Januarii 1616, sed intellige, anno 1615, ad propria redierunt. Quare *de anno* nostri documenti dubium subsistere nequit: epistola scripta est *die 26. Decembris 1615.*

Textus

J. 17, 36-38v

†

Jesus Maria

Pax Christi etc.

Conforme a o costume da Companhia darei com esta aviso a V. R. dos que falecérão na Província de Japão e China, desde que Dayfu-sama desterrou os Nossos quasi no fim do anno de 1614, pera se emcomendarem suas almas a N. S., e juntamente avisarei dos que forão despedidos.

Morreo na navegazão de Japão pera Manila o Padre António Francisco, olim António de Critana, Castelhano, Coadjutor formado [m. in mari, Decembri 1614].

Morrerão depois de chegado a Manila o P. António Álvares, Português , Coadjutor formado [m. 12. Martii 1615] e o Yrmão Sayto André, Japão [m. 28. Febr. 1615]. e o Yrmão Matthias Sanga, Japão [m. 23. Januarii 1615] e o Yrmão Paolo Reoin [m. 17. Sept. 1615].

Morrerão em Japão o P. Firaba[ya]shi Mántio, Japão [m. 21. Martii 1615]. Item o Yrmão Mizoguchi Mántio, natural do mesmo Reyno de Japão [m. 19. Febr. 1615].

Item o Yrmão Mántio Taichicu, Japão, em Macao [m. 19. Jan. 1615].

Item, o Yrmáo João Bernardes, Português, Coadjutor formado Temporal, em Macao [m. 4. Oct. 1615].

Morreo mais drento da China o Padre Feliciano de Sylva [m. ante 20. IV. 1615: *Introd.* 396].

---

[3] De ejus morte jam epistola P. Johannis Rodriguez Giram ad P. Antonium Mascarenhas, Assistentem. Macao, 22. Dec. 1614, lus., autogr., nuntium communicat: *J. 16 II* 88 [87-88v].

Foran despedidos da Companhia: o Yrmão Francisco Araújo, Português [dim. ante 15. Julii 1615].

Item o Yrmão Gonzalvo de Silva [saltem ante 27. Jan. 1616].

Item, o Yrmão Xivonzuca Luys, Japão [dim. 1615, prob. Augusto].

Ultimamente foy despedido o Padre Miguel Cabral. [Dim. ante 2. Dec. 1615]. E todos aqui em Macao se despediran.

Não se offrece outra cousa mais que emcomendarme nos Santos Sacrifícios e orações de V. R.

D'este Amacão, hoji, 26 de Dezembro [1615].

Celso Confalonerio / 36^v vac.

Parece que ja starà[a] dado aviso pera dizer as seys missas e seis coroas por Dona Maria de Castro, fundadora e benefeytora juntamente com seu marido, viva e defunta, de hum Collégio de Japão. Morreo ela em Chaul de Índia Oriental. Caso fosse que tal aviso ainda não steja dado, por charidade alembrese V. R. Aqui ja tudo dixemos. / 37^v-38 vac.

Inscriptio, f. 38^v:
Ao Padre Bernardo de Ángelis, Secretário da Companhia de Jesus, em Roma.

3ª via. Roma — Da China do 1616 (Sigillum)

a) starà] rà *sup. lin.*

49

CATALOGUS BREVIS COLLEGII MACAENSIS

Mense *Januario 1616* confectus

Duplex Catalogi istius exemplar in ARSI exstat: unum in collectione praecipua Catalogorum Japonicorum (*J. 25*), alterum inter duplicata (*J. 26*); nos ea A et B vocamus.

A (*J. 25*, 104-107v) quattuor foliis chartae japonicae constat, quae in altum c. 23,4-25,6 cm, in latum c. 17,4-18,8 cm. extenduntur: non ejusdem plane magnitudinis. Fol. 106v vacat; fol. 107 continet 'Supplementum' ad praedictum Catalogum, scl. dimissos e Societate; fol. 107v praeter notam: « 2a via » vacat. Folia 107a-dv huc non pertinent. Fol. 108 vacat; fol. 108v sola verba habet: « Pera ver o Nosso Pe Geral. 2a via ».

B (*J. 26*, 19-21av) similiter quattuor foliis chartae japonicae fere ejusdem magnitudinis, scl. 22,8-24,00 cm. altitudinis, 17,7-18,4 cm. latitudinis constat. Sed folia 21v, 21ar-v vacant, et deest 'Supplementum' dimissorum, de quo supra diximus.

Textus utriusque exemplaris maxima ex parte idem est: excipe aliquas differentias orthographicas, ut Macao et Maqao, Celso et Selco etc. Tamen, ordo quo inter se nomina sequuntur, non omnino coincidit: nam octo nomina, quae in folio *J. 25*, 104 post nomen 'P. Manoel Borralho' usque ad finem paginae leguntur, in alio exemplari *J. 26*, 19-19v alio ordine ponuntur, dum nomina quae praecedunt et quae subsequuntur, in utroque exemplari uno atque eodem ordine scripta sunt. Ratio aliqua evidens ejusmodi mutationis non apparet.

Ut facili modo inter se discerni possent tum qui stabili destinatione Macaensi Collegio addicti erant, tum qui e Japonia in exilium ejecti Macaum devenerant, ad singula nomina eorum qui Macaensi domui adscripti erant, parva crux in margine apposita est.

Catalogus in septem quasi capita divisus est: Patrum Europeorum primum, dein Patrum Japonensium, postea Fratrum scholasticorum, qui theologiae operam dabant, quos sequuntur Fratres studio casuum conscientiae occupati, exinde Fratres Coadiutores Europaei, Fratres Japonenses, tandem Novitii. Numerus universorum in fine indicatur: 96, e quibus 37 ad domum Macaensem pertinebant. Patrum numerus in margine notatur: 44; similiter Fratrum (Europaeorum simul et Japonensium): 52.

Auctor Catalogi quis sit, neque e subscriptione neque e sigillo, neque e documentis aliis ejus temporis discimus — ea enim omnia desunt. Verum quidem est, in ultimo folio verso exemplaris B adhuc conspici sigillum aliquod chartae impressum, quin alicujus materiae ad imprimendum sigillum adhibitae vestigium appareat; tamque fortiter impressum, ut in omnibus foliis Catalogi agnosci queat; ac praeterea, cum olim Catalogus dupliciter, per longum enim et per latum, plicatus fuerit,

non in uno quadrante, sed in tribus saltem sese prodat (de quarto enim quadrante difficilius est judicare). Estque sigillum rotundum, quod duplici circulo constat, exteriori et interiori: in interiori litterae JHS leguntur; trabs transversa litterae H crucem portat; sub istis litteris tres clavi, quorum cuspides infra uniuntur; nullam continet inscriptionem. Cujus sigilli formam (paulo majorem?) saepe in volumine *J. 17* invenimus: quod vel Socii Provincialis vel Procuratoris Provinciae Japonicae (Macai residentium) sigillum fuisse videtur.

Tamen, sigillum istud *non* ad hunc Catalogum, sed ad aliud documentum, quocum Catalogus iste conservabatur, pertinuisse videtur.

Ceterum, etsi de auctore fontes sileant, Catalogus certo vel Provincialis P. Valentini Carvalho, vel Rectoris P. Hieronymi Rodríguez, auctoritate compositus est.

Tempus compositionis titulo teste est mensis Januarius 1616. Jam in epistola P. Alphonsi de Lucena, scripta Macai die 6. Januarii 1616, ita legimus:

« Daqui se aprestão pera a Índia duas Naos grandes e tres navetas e hum junco, e em toda esta frota vão algums dos Nossos, e serão também alguns de Japão, e 5 Irmãos theólogos pera se ordinarem em Malacca, por aqui não aver Bispo, e dous outros [*vel*: ou tres.] Procuradores de Japão na Índia. Nosso Senhor os leve a salvamento »[1].

Conferatur etiam id, quod P. Johannes Rodríguez Giram die 25. Januarii 1616 e Collegio Macaensi ad P. Gabrielem de Matos de personis illius Domūs scribit:

« Vai pera a Índia, pera ser ali Procurador, em lugar do P.e Manoel Gaspar que deixa o offício, o P.e Bartolameu de Siqeira, e parece que irá também outro pera o Norte pera ter conta com as aldeas que deixou a Irmã do P.e Christóvão de Castro pera fundação de hum Collégio em Japam. Vão também os Irmãos theólogos e os Irmãos Constantino e Xisto Japoens pera Malaca pera ali se ordenarem, e pode ser que irão alguns mais pera a Índia. Xiuozzuca Luís se foi pera Japam despedido da Companhia, porque sobejando lhe outras boas partes, lhe faltava a melhor que era a vertude; foi também despedido o Dōjuqu Matthias, pintor, e outros dous mais »[2].

Ejusdem epistolae *Postscriptum* de distributione officiorum in Collegio Macaensi, et de dimissis et admissis, haec addit:

« Hé Reitor agora deste Collégio o P.e Jerónimo Rodríguez, e
Ministro o P.e António Fernández.
Prefeito da igreja o P.e Jácome,
Lente da Primeira o P.e Márquez,
e da 2a o P.e Manoel Gonçálvez, e de Casos o P. Manoel Fernández.—
Hé despedido da Companhia o P.e Miguel Cabral,
e os Irmãos Sylva e Araújo;
e recebidos nella

---

[1] Alphonsus de Lucena ad Gen., Macao, 6. Januarii 1616, lus., autogr., *J. 16 I* 260v.

[2] Autogr., lus., 2a via, *J. 16 II* 292 (tota epistola *J. 16 II* 290-292v).

José Taveira, irmão do P.e Taveira,
e hum filho de Manoel Coelho o Velho,
e hum sobrinho ou irmão do P.e Nicolao Vieira,
morto na viagem do Reino pera a Índia, que foi a Japam. »[3].

Quodsi ea, quae in istis epistolis de Fratribus theologis et de Procuratoribus, in Indiam et Malaccam mittendis, annuntiantur, cum praesenti Catalogo comparas, statim intelligitur Catalogum *ante discessum navium* compositum esse. Quando vero naves profectae sint, nescimus. Supplementum autem Catalogi Primi Collegii Macaensis[4], quo tres e Societate dimissi recensentur, titulo testo die 27. Januarii 1616 factum, suspicionem ingerere potest, Catalogum Brevem ejusdem fere temporis esse.

Catalogi Brevis complura exempla navibus illis in Europam et in Indiam missa esse jure supponitur.

Textus A totus ab uno amanuensi scriptus est, sed 'Supplementum' aliam manum prodit. Similiter textus B totus ab uno amanuensi scriptus est, qui ab amanuensi textus A differt.

Textus

J. *25*, 104-107v
F. 104

Rol dos Padres e Irmãos que estão no Collégio de Macao, feito em Janeiro de 1616

Os que não têm cruz, vierão de Japam desterrados

P.e Valentim Carvalho, Provincial
\+ P.e Jerónimo Rodríguez de Monte Mor, Reitor e Consultor da Província
P.e Celso Confalonero, pregador, Consultor da Província, Companheiro do Provincial e Perfeito spiritual dos Padres e Irmãos
\+ P.e Diogo Pinto, pregador, e Consultor da Província
\+ P.e Francisco Laguna, pregador
\+ P.e Manoel Dias de Alpalhão, pregador
P.e Affonso de Lucena, confessor dos Irmãs, e Perfeito spiritual dos Irmãos japões

Supra titulum in B parva crux; in margine sinistro numerus /16/ sicut in A || 1 *B* Maqao || 5 *B post parvam crucem in marg. etiam parva linea horizontalis* || 7 *B* Selco || 10-11-12 *B post parvam crucem in marg. etiam linea horizontalis*

[3] Ibid., *J. 16 II* 292, autogr.
[4] Vid. illud ad calcem *hujus* Documenti.

P.e Vicente Ribeiro, pregador, confessor dos Irmãos, Consultor da Província, e mestre do Compêndio que se lê aos *dojucos* que vierão de Japam
P.e António Fernández, ministro, e confessor da Congregação dos estudantes
P.e João Matheus Adami, pregador, Consultor do Collégio, e Perfeito dos enfermos
\+ P.e Manoel Fernández, pregador, lente de Casos, Consultor do Collégio, e Perfeito dos estudos
\+ P.e Manoel Barreto, pregador, Procurador de Japam, e Consultor do Collégio
\+ P.e Manoel Lopes, pregador, Mestre dos noviços
P.e Manoel Rodríguez, confessor, mestre do canto
P.e Manoel Gonçálvez, confessor, mestre da segunda de latim
P. Manoel Borralho, confessor
P.e Camilo Constanço, pregador
P.e Nicolao d'Ávila, confessor
\+ P.e João Rodríguez de Sarnancelha, pregador, Consultor e Admonitor do Reitor
P.e João Rodríguez Giram, confessor
P.e Álvaro Dias, confessor
\+ P.e Jerónimo Centimano, confessor; fica avisado pera ir pera Goa
P.e Manoel Borges, pregador, Perfeito da Congregação dos estudantes
P.e Marcos Ferraro, confessor / 104v
P.e João Nicolao, pintor
P.e João Pomério, confessor, e Perfeito da Congregação dos alumnos do Seminário
P.e Ruy Gomes, confessor
P.e Gaspar de Crasto, confessor
\+ P.e João Gonçálvez, confessor, e Procurador do Collégio
\+ P.e Francisco Carvalho, mestre da escolla de ler e escrever
P.e Nicolao da Costa, confessor
P.e João da Costa, pregador, Procurador da Missão da China
P.e Jácome António, Perfeito da igreja, confessor
P.e João Vicente Antolhete, pregador
P.e Francisco Pírez, confessor; tem cuidado do Seminário
\+ P.e Francisco Taveira, pregador

26 *B sub parva cruce in marg. linea horizontalis* || 30-40 *B haec octo nomina hoc ordine ponit*: P.e Manoel Borges; P.e João Rodríguez de Sarnancelhe; P.e Marcos Ferraro; P.e Camilo Constâncio; P.e Nicolao Davila; P.e João Rodríguez Jiran; P.e Álvaro Dias; P.e Jerónimo Sentimano; *postea seq. idem ordo ac in A* || 30 Constanço] *in A in fine nominis correctio, ita non liqueat, num sit* Constanço *an* Constâncio || 46 *Post parvam crucem in marg. etiam parva lineola horizontalis* || 50 *B deest* confessor

P.e Pero Martínez, pregador
P.e Francisco Lobo, pregador
P.e Pero Marques, pregador, mestre da primeira de latim
P.e Bertolameu de Siqueira, confessor; está avisado pera ser Procurador de Japam em Goa
P.e Ambrósio de Bairos, confessor

Padres japoens

P.e Martinho Campo, confessor
P.e Luís, confessor
P.e Thomé, confessor

Os Padres são por todos quarenta e quatro . 44

Irmãos theólogos do 4º anno

+ Irmão António Freire, ajudante do Mestre dos noviços
+ Ir. António de Sousa, tem cuidado da livraria
+ Ir. Francisco de Pina
+ Ir. Estévão Coelho
+ Ir. Manoel Coelho

} Estão examinados e avisados pera irem a Malaca tomar ordens sacras

Irmãos casuistas

/105

+ Ir. Pero Soares
+ Ir. Xisto, Japam
Ir. Constantino, Japam } Estão avisados pera serem ordenados em Malaca

Irmãos Coadjutores

+ Ir. Manoel Dandrade, sotoministro
+ Ir. Gonçalo Francisco, tem cuidado da Iha Verde
+ Ir. Diogo Leitão, enfermo
+ Ir. João Bras, tem cuidado dos moços e da horta
+ Ir. André Pinto, ajudante do Procurador de Japam
+ Ir. António da Ponte, comprador
+ Ir. Belchior Ribeiro, enfermeiro
+ Ir. Dámaso Correa, despenseiro
+ Ir. António Pinhão, sancristão

55 *B add.* Está avizado pera ir a India ‖ 59 Bairos] *in A corr., ita ut non pateat, num sit* Bairos *an* Barros; *B* Barros ‖ 60 japoens *B* japones ‖ 64 *Haec verba tum in A tum in B scripta sunt in marg. ad 61-63* ‖ 74 *B add.* Está avizado pera ir a Cochim. ‖ 75-76 *B add. post* Malaqa *claritatis causa* os dous ‖ 80 enfermo] *B corr. ex* enfermeiro

\+ Ir. Vicente Carruba, ajudante do roupeiro
\+ Ir. João de Crasto, roupeiro
\+ Ir. Luís Rebello, refeitoreiro
\+ Ir. Simão Ferreira, ajudante do sancristam
\+ Ir. Belchior de Gama, ajuda nos offícios de casa
\+ Ir. Thome de Matos, ajuda nos offícios
Ir. Diogo Pereira, enfermo
Ir. Francisco Fernández, ajudante do Padre que tem cuidado da Congregação dos estudantes, e acompanha
Ir. Baltazar Correa, ajuda nos offícios
Ir. Domingos Dias, anda nas obras
Ir. Gaspar de Paiva, porteiro / 105v
Ir. João Bautista Pece, ajudante do Padre, que tem cuidado do Seminário
Ir. Francisco Calado, faz os sapatos de casa

Irmãos japoens

Ir. Funamoto Thoma, mestre do latim no Seminário
Ir. Noma André, explica alguns livros escritos em lingoa e letras de Japam, os quaes ouvem muitos dos Irmãos japões e alguns alumnos do Seminário
Ir. Fancan Leão
Ir. Yama João
Ir. Nicolao
Ir. Xucan Miguel
Ir. Moriyama Miguel
Ir. Julio
Ir. Nixi Romão
Ir. Xibata Diogo
Ir. Justo
Ir. Mathias
Ir. Matçuuo Luís
Ir. Naito Luís, mestre dos livros das seitas de Japam com sua refutação
Ir. Paulo Saito
Ir. Joseph
Ir. Christóvão
Ir. Máncio João
\+ Ir. Fayaxida Máncio, porteiro da portaria de baixo

Destes Irmãos japoens huns são estudantes, outros não; o exercício delles geralmente hé aprenderem de novo alguns livros

102 japoens] *B* japones || 105 japões] *B* japones

escritos em lingoa e letras de Japam, cuja notícia pode servir pera ajudarem na cultivaçam da christandade. Também acompanhão os que vão fora, e ajudão as vezes nos offícios de casa.

Os Irmãos, assi europeos como japões, são por todos sincoenta e dous. — 52. / f. 106

Irmãos noviços

+ Ir. Manoel Coelho
+ Ir. José Taveira
+ Ir. Valentim Vieira

O número de todos, assi Padres como Irmãos, são . . . . 96.—

/ 106v vacat

Jap. Sin 25, f. 107

†

Suplemento do Primeiro Catálogo pertencente ao Collégio de Macao, a 27 de Janeiro de 1616.

Dimissi e Societate

Pater Michael Cabral.
Frater Gondiçalus da Sylva.
Frater Franciscus d'Araújo.

130-131 *Haec verba scripts sunt tum in A tum in B in marg.;* japões *B* japonis; *in B deest* sincoenta e dous; *adest autem numerus* 52

50-51

CATALOGI PROVINCIAE PHILIPPINARUM ANNI 1616

E numero 23 Patrum Fratrumque, qui anno 1614 e Japonia ejecti Manilam profecti sunt, unus Pater mortuus est in ipso itinere maritimo; non multo post adventum ad Insulas Philippinas alius Pater et duo Fratres defuncti sunt. Itaque in Catalogis praecedentis anni 1615 19 socii Provinciae Japponicae in Philippinis recensentur. E quibus jam anno 1615 duo Patres (Sebastianus Vieira et Martinus Moan) ad suam Missionem regressi sunt. Anno sequenti, ante confectionem Catalogi Informationum (25. Julii 1616) alii tres, i. e. P. Didacus Yuki (Yuqui) et Fratres Bartholomaeus Ryōsei (R[e]oxei) et Andreas (de) Amacusa, in patriam redierunt. Praeterea, Procurator Provinciae Japponicae ad Urbem. P. Petrus Morejón, in Hispaniam navigavit; et mense Septembri 1615 unus Frater Japponensis (Paulus Ryōin [Reoyn]) obierat. Itaque mensi Julio-Augusto 1616 numerus Patrum Fratrumque « Japponensium » in Philippinis Insulis remanentium, rationibus supradictis imminutus (19-2-3-1-1), 12 socios comprehendebat, uti ex elenchis hic editis patet.

Anni 1616 duo Catalogi Philippinarum in ARSI conservantur:

DE PERSONIS, PRO AN. 1616. (Catalogus Informationum): 25. Julii 1616.
PRIMUS CATALOGUS PERSONARUM. ANNI 1615. (Catalogus Primus): 12. Augusti 1616.

Ex utroque eam partem, quae de « Japponensibus » est, hic edimus; ideoque uterque Catalogus hoc loco brevi examini subjiciendus est.

1.
« DE PERSONIS. PRO AN. 1616 »

1. Indoles istius Catalogi Catalogo Philippinarum anni 1615 correspondet: nam iste quoque mediam viam inter Catalogum Primum et Catalogum Secundum tenet; in quo informationes non secundum aliqua puncta praestabilita, sed continuato sermone proponuntur; neque lineis verticalibus et transversis in tot vel tot spatia singulis informationibus excipiendis destinata Catalogus divisus est. Exstat iste Catalogus in vol. *Phil. 2a* ff. 1-8^{v}, estque 1^{a} via ad Praepositum Generalem Claudium Aquaviva, cujus mors (die 21 Januarii 1615) Manilae etiam tum ignorabatur; scriptus est latina lingua, signatus Manilae, die 25. Julii 1615, a P. Valerio de Ledesma, Provinciali. Textus a fol. 1 ad fol. 8 extenditur, habetque subscriptionem autographam in fine. In fol. 8^{v}, praeter inscriptionem ad Generalem sequentes notae, in Urbe adjunctae, leguntur;

quae partim abscissae sunt, rescisso margine inferiori paginae. Verba, quae desunt, a nobis supplentur, ut sequitur:

> P. Valerio de Ledesma
> Manila, 25 de Julio
>
> Da cuenta de todos l[os suge-]
> tos de la Provincia. Habla [en]
> particular de cada uno segun [los pues-]
> tos en que residen.
>
> Item, de los Padres y Hermanos que
> de Japón passaron a [esta]
> Provincia.
>
> Rec[a] 21 de Agosto.

Ultimae notae verba partim resecata sunt, abscisso margine paginae.

2. Informationes istius Catalogi ita procedunt, ut primum de personis Collegii Manilensis, deinde de aliis domibus Provinciae Philippinarum, tandem de Patribus Fratribusque e Japonia advectis agatur. De « Japonensibus » tractatur fol. 7-7ᵛ, sub titulo: « De Japonicis Patribus qui hic morantur »; de quibus, etsi hospitibus, sed in Provincia a multo tempore versatis, Provincialis Generalem informare statuit.

Dum in Catalogis praecedentis anni 1615 de « Japonicis » Patribus Fratribusque sola nomina indicantur, et vel in ipso Catalogo Primo, die 12. Augusti anni 1616 subsignato, nonnisi simplex nominum elenchus praebetur, in praesenti Catalogo etiam de sociis e Japonia advectis ampliores informationes, praesertim de Patribus, legimus. Sunt autem omnes: 5 Patres, inter quos unus natione Japonensis: is tamen, P. Didacus Yuki (Diego Yuqui), brevi ante ad suam terram redierat; ac 10 Fratres, omnes e Japonia oriundi, e quibus duo, scl. Fr. Bartholomaeus Ryōsei (Reoxei) et Fr. Andreas Amacusa, non ante multum tempus in patriam regressi erant. Remanebant ergo in Provincia Philippinarum 12 socii, scl 4 Patres et 8 Fratres. Concordat istud cum elencho Catalogi Primi diei 12. Augusti 1616, e quo evidentius intelligitur, quomodo sociorum numerus a 19 ad 12 diminutus sit.

3. De loco et tempore compositionis et de auctore Catalogi dubium nullum est, cum haec in fine Catalogi clare exprimantur.

2.

« PRIMUS CATALOGUS PERSONARUM. ANNI 1615 »

1. Titulo seu Inscriptione teste, Catalogus pertinet ad annum 1615. Verius tamen, ac pleno jure, ad annum 1616 refertur, cum a suo auctore, scl. a Provinciali P. Valerio de Ledesma, *Manilae die 12. Augusti 1616* subsignatus sit. Exstat autem in volumine *Phil.* 2 *I* 109-114ᵛ. Praecedit Index alphabethicus ad Catalogum Primum (f. 109ᵛ). Textus Catalogi

Primi a fol. 110 ad fol. 114 extenditur, ac, solito more Informationum Communium, suis titulis distinctus est; tituli autem sunt sequentes:

Nomen	Patria	Aetas	Valetudo	Tempus Societatis	Studia & Gradus	Ministeria	Gradus in Societate

Ad singula nomina in margine numerus progressivus additur; numerantur vero ab uno ad 101. — Agitur de 1ª via: et propter auctoris subscriptionem, de documento originali; quod scriptum est lingua latina.

2. In isto Catalogo Primo post seriem sociorum Provinciae Philippinarum *elenchus Patrum Fratrumque e Japonia advenarum sequitur*: « Ex his, qui ex Japonia venerunt ». *Qui elenchus non est Catalogus Primus,* sed mera enumeratio nominum, nulla alia re adjecta: divisa est in duas series juxtapositas: « Remanent adhuc in hac Provincia ». — « Reversi sunt in Japoniam ». Prima series 12 nomina (4 Patrum, 8 Fratrum), altera vero 5 (3 Patrum, 2 Fratrum) complectitur. Praeterea in fine paginae adjungitur: « P. Petrus Morejón, Procurator Japoniae ad Urbem, navigavit in Hispaniam ». Tandem in dextero latere paginae: « Vita functus: H. Paulus Reoyn, Manilae, 17. Septemb. an. 1615 ». Ita fit, ut omnia nomina simul ad 12+5+1+1 = 19 ascendant: i. e. ad numerum Catalogorum medii anni 1615. Sed retinendum est, solos 12 socios tunc in Philippinis Insulis remanere.

Post elenchos « Japonensium » sequitur nota de P. Emmanuele Ribeira, e Provincia Cochinensi, qui exspectans navigationem ad Moluccas Insulas, commoratus est in Provincia Philippinarum. — Ac deinde locus et dies compositionis Catalogi: « Scriptum Manilae, 12. die Augusti an. 1616 », et subscriptio originalis auctoris: « Valerius de Ledesma ». In fine additus est brevis elenchus eorum, qui « Vita functi sunt in hac Provincia »: unus scl. Pater, tres Fratres; et nota: « Admissus in Societatem » (novitius unus). Atque ita totus Catalogus absolvitur.

Nos, ut diximus, hic solos elenchos « Japonensium » edimus.

50

Textus

Phil. 2a 7-8v

[Catalogus informationum Provinciae Philippinarum]
25. Julii 1616

de personis, pro an. 1616

De Iaponicis Patribus qui hîc morantur

Quamvis, si de Iaponicis Patribus silerem, excusationem justam haberem, quia hospites sunt; tamen, quia et apud nos diutius morantur, et apud nos laudabiliter laborant, de illis etiam dicendum statui, quantum satis sit ad repraesentandam notitiam Provinciae nostrae Paternitati Vestrae.

P. Franciscus Calderón, venerabilis senex, ut in Societate, sic etiam videtur in spiritu et resignatione atque omni virtute consenuisse. Hoc unum scit, hoc unum agit, hoc unum loquitur: corpore tantum in terra est. Magistrum Novitiorum et Praefectum rerum spiritualium illum feci, cum magna consolatione multorum. Multos in spiritu vacillantes tenuit, multos cadentes erexit, multos labentes confirmavit, multos promovit, incitavit, inflammavit, omnium tristium et afflictorum commodissimum perfugium ipse fuit. Non defuit qui advenam hominem his officiis praeficiendum negaret, sed certe, si unius aut alterius consilium secutus fuissem, multos multo fructu, et totum Collegium magna spirituali consolatione privassem. Hoc audivi, vidi, palpavi; meo judicio nullus in Societate, qui spiritum /7v/ Societatis portat, in ulla parte Societatis advena est.

Obiit iam. P. Melchior de Mora totus etiam ipse spiritus est, sed senio confectus parum nos adjuvare potuit, praeterquam quod Fratribus japonicis praefuit in Domo Sancti Michaelis extra muros.

P. García Garcés, multae religionis vir, multorumque talentorum, partem anni in expeditione Malucensi cum Domino Gubernatore, qui illum ténere diligebat, partem concionando consumpsit: habet enim in pulpito non mediocre talentum.

P. Bartolomeus Suárez Pater est religione et doctrina praeclarus, in portu Cavitensi in Missione fere fuit cum fructu et aedificatione.

P. Didacus Yuqui, natione Japonius, vir probus et ministeriis

---

15 tristium] *ms.* tristitium || 29 Bartolomeus *corr.*

deditus, operam dedit hominibus japonicis cum fructu et aedificatione: paullo ante [in] Japoniam rediit.

Fratres japonici aeque bene omnes et religiose hic se habuerunt: de quibus nihil occurrit, quod singillatim dicam, nisi quod nos universi aedificaverunt.

F. Bartholomeus R[e]oxei, qui P. Garciam Garcés comitatus est in expeditione Malucensi, et paullo ante [in] Japoniam rediit.

F. Andrés Amacusa, qui modo etiam Japoniam vocatus rediit.

F. Petrus Chiquam
F. Georgius
F. Michael Matzuda
F. Tadeus pictor
F. Alexius
F. Romanus

} Hi omnes commoditatis causa habitarunt more japonico in Domo Sancti Michaelis; mox jam regioni assueti, aliis in locis opportune habitabunt.

F. Augustinus Vota fuit cum aedificatione in Residentia Silan.

F. Thomas Figueredo fuit cum aedificatione in Residentia Antipoli.

Hi sunt Patres Fratresque japonici: quos ego ut Fratres nostros Patresque amantissimos omni officio ac pietate amplectendos existimavi: fratres enim sunt, et exules pro Christo sunt.

Ut in cibo, potu, mensa, japonico more viverent curavi: omnia cum multis defectibus, quos ignoscat mihi Deus. Unus adhuc restat Pater Manuel de Ribeyro, qui ex India veniens Malucum profecturus erat, sed nescio quo modo anno amplius /8/ cum dimidio hic demoratus est. Bonus religiosus, sed cum in expeditione Malucensi navigaret, nescio quid audivi, quod Dominum ipsum Gubernatorem liberioribus et audacioribus verbis palam et cum scandalo fortasse lacessivit. Hic etiam, cum in Cavitensi portu rei Malucensis causa degeret, notatus est, quod non tam graviter et modeste cum externis ageret; quare illum hûc ad Collegium vocandum putavi; recte nunc procedit. Faxit Deus, quod cum bona gratia pergat eo, quo destinatus est.

En posui tibi ante oculos tuos filios tuos in Christo, ut tu ponas illos ante oculos Dei, et impetres illis largam et benignam benedictionem ab Eo, qui est benedictus in secula. Manilae, an. 1616 Julio 25.

Valerius de Ledesma

/8v/

† A Nuestro P.e Claudio Aquaviva
Prepósito General de la Compañía de
Jesús etc.

1a Vía. De Filipinas. 1.a Roma

51

Textus

Phil. 2 I 114

PRIMUS CATALOGUS PERSONARUM ANNI 1615
[PROVINCIAE PHILIPPINARUM]

Ex his qui ex Japonia venerunt

Remanent adhuc in hac Provincia

P. Melchior de Mora
P. Franciscus Calderón
P. García Garcés
P. Bartholomeus Suárez
H.º Augustinus Vota
H. Thomas de Figueredo
H. Michael Matçuda
H. Petrus Chiquam
H. Román
H. Georgius
H. Alexius
H. Thadeus

Reversi sunt in Japoniam

P. Sebastianus Vieyra
P. Martinus Moan
P. Didacus Yuqui
H. Bartholomeus Reoxey
H. Andrés Amacusa

Vita functus

H. Paulus Reoyn, Manilae 17 Septembris anni 1615.

P. Petrus Morejón, Procurator Japoniae ad Urbem, navigavit in Hispaniam.

. . . . . .

Scriptum Manilae. 12. die Augusti. an. 1616.

Valerius de Ledesma

22 *verbum* functus *corr.*

52

CATALOGUS PRIMUS INFORMATIONUM COMMUNIUM PATRUM FRATRUMQUE PROVINCIAE JAPONICAE

Junio 1617 confectus

I

1. Post Catalogum Triennalem anni 1614 consueto intervallo jam Informationes triennales anni 1617 sequuntur. E quibus tamen Catalogus Primus solus, isque duobus Catalogis distinctis, Japoniae et Collegii Macaensis, conservatus esse videtur. Cujus duplicis Catalogi si quae exemplaria *originalia* tunc in Europam missa sunt (de quo valde dubitamus), hodie deperdita sunt. Existebant autem olim in Archivo Macaensi S. J. duo exemplaria, quae cum ceteris ejusdem Archivi documentis medio fere saeculo XVIII. transcripta sunt; quae nunc (deperditis originalibus) in collectione 'Jesuítas na Ásia' in Bibliotheca Palatii 'da Ajuda' Olyssipone conservantur. De utroque exemplari sejunctim dicemus.

II

1. Primo loco de eo exemplari agemus, quod in volumine *49-V-7* exstat: id *exemplar A* vocamus. Praecedit in eo volumine Catalogus Patrum in Sinis degentium, initio Decembris 1614 (ut recte dicit titulus) exaratus (ff. 81-82v). Sequitur Catalogus Informationum Communium Patrum Fratrumque Japoniae 'feito em Junho do anno de 1614' (fol. 82v-91v). Erronee positum esse annum 1614 pro 1617 patet ex comparatione istius Catalogi cum Catalogo superius descripto Novembris 1614. Ceterum, post nomina Patrum (sub numeris 1-62 posita) novus sequitur titulus: « Catálogo dos Irmãos de Jappão, no *mesmo* anno de 1617 ». Ac re quidem vera, non solum *eiusdem* anni 1617 est ac praecedens Catalogus *Patrum* Japoniae, sed cum eo unum Catalogum efformat: propterea etiam numeri nominibus Fratrum praefixi a numero 62, cum quo desiit Catalogus Patrum, continuantur, ita ut a numero 63 usque ad 115 perveniatur.

2. Numquidnam in ipso titulo exemplaris A se prodit aliquis error illius manuscripti Macaensis (quod A^I vocare possumus), de quo A transscriptum est? Certum est enim manuscriptum illud (A^I) Catalogi anni 1617 factum esse secundum aliquem Catalogum anni 1614: quod comparatione praesentis Catalogi anni 1617 (A) cum tribus exemplaribus A B C Catalogi anni 1614 superius descriptis abunde constat. *Potuit* autem fieri, ut in A^I e praecedenti Catalogo cui innititur, erroneee remaneret numerus anni illius 1614; qui numerus descriptione transiret in praesens exemplar A. Haec non est vacua aliqua illatio, sed viam aperit ad considerandas *multiplices difficultates criticas,* quibus Catalogus anni 1617 modo edendus laborat.

3. Cur enim in Catalogo anni 1617 nomina recensentur eorum, qui sive in Japonia, sive Macai, sive Manilae (vel in via illuc) *jam dudum defuncti erant?* Nam: *P. Antonius Álvarez* die 12. Martii 1615 in Collegio Manilensi obierat[1]. — *P. Antonius Franciscus Critana* Novembri 1614 e Japonia in exilium ejectus atque Manilam navi profectus in itinere mortuus erat[2]. — *P. Belchior* [= *Melchior*] *de Moura* die 18. Octobris 1616 in Collegio Manilensi e vita cesserat[3]. — *P. Bartholomaeus Soárez* (olim Cimino) mense Martio 1617 in eadem civitate Manilensi supremum diem clauserat[4]. — *P. Johannes Baptista Machado* die 22. Maii 1617 in Japonia martyr occubuerat[5]. — *P. Mantius Hirabayashi* die 21. Martii 1615 in civitate Nagasaki mortuus erat[6]. —

Inter Fratres vero: *Frater Saitō Andreas* die 28. Februarii 1615 Manilae decesserat[7]. — *Frater Johannes Bernardes* die 4. Octobris 1615 Macai morbo correptus erat[8]. — *Frater Mizoguchi Mantius* die 19. Februarii 1615 in Japonia animam caelo reddiderat[9]. — *Frater Taichiku* Mantius Macai die 15. Januarii 1615 e terrestri vita migraverat[10]. — *Frater Sanga Mathias* die 23. Januarii 1615 in Collegio Manilensi caelestem patriam petierat[11]. — *Frater Ryōin Paulus* eodem anno, die 17. Septembris 1615, in eodem Collegio Manilensi, eum ad Superos secutus erat[12].

---

1 Valerius de Ledesma ad Gen., Manila, 26, Julii 1615, hisp., orig., *Phil. 11*, 85v.

2 Ib. - Praeterea: Celsus Confalonieri ad P. Bernardum de Angelis, Secretarium S. J., (Romae), Macao, 26. Decembris 1615, ital., autogr., *J. 17*, 36.

3 « Anua de la Provincia de Philippinas del año de 1616 », 6. Maji 1617, V.de Ledesma, hisp., Orig., *Phil. 6*, 119 (112-151v). — Matthaeus de Couros ad Gen., Nagasaki, 18. Septembris 1617, lus., orig., *J. 35*, 63v: defunctus mense Octobri 1616.

4 *J. 35*, 63v: vide notam antecedentem.

5 Johannes Rodríguez Giram ad Gen., Macao, 20. Decembris 1618, lus., *J. 58* 18-18v

6 Hieronymus Rodríguez sen. ad Gen., Nagasaki, 24. Martii 1615, lus., orig., *J. 58* 151v. — Cf. Matthaeus de Couros ad Gen., Nagasaki 15. Martii 1616, lus., orig., *J. 58* 289 (Necrologium, sine die et mense mortis).

7 Valerius de Ledesma ad Gen., Manila, 26. Julii 1615, hisp., orig., *Phil. 11*, 85v.

8 AHU, ms. 1659, 102 (Defuncti S. J., Macai). — Alphonsus de Lucena ad Gen., Macai, 2. Decembris 1615, lus., autogr., *J. 16 I* 237. — Cf. Nicolaus da Costa Macao, 27. Januarii 1616, Litterae Annuae Macaenses, lus., autogr.?, *J. 114*, 2 (1-9v).

9 Cat. I. Jap. Novembris 1614, exemplar B, *J. 25*,*8v. — Celsus Confalonieri ad P. Bernardum de Angelis, Secretarium S. J. Romae, Macao, 26. Decembris 1615, ital., autogr., *J. 17*, 36. — Hieronymus Rodríguez ad Gen., Nagasaki, 20 Martii 1615, lus., orig., *J. 58*, 151v; cf. eandem epistolam, hisp., apogr., manu P. Petri Morejón, *J. 58*, 162.

10 Nicolaus da Costa Macao, 27. Januarii 1616, Litterae Annuae Macaenses, lus., autogr.? *J. 114*, 2. — Valentinus Carvalho ad Gen., Macao, 20. Februarii 1615, lus., orig., *J. 16 II* 162.

11 Valerius de Ledesma ad Gen., Manila, 26. Julii 1615, hisp., orig., *Phil. 11*, 85v.

12 Catalogus Brevis ' Ex his qui ex Japonia venerunt ', adnexus Catalogo

Praeter socios istos jamdudum defunctos complures e Societate *dimissi* erant: *Frater Ludovicus Shiotsuka* mense Augusto 1615 e Macaensi Collegio in Japoniam regressus, paulo post e Societate dimissus erat[13]. — Demum incerto quidem tempore, sed illis annis, *P. Franciscus Luis*[14] et *P. Franciscus Lobo*[15], *Fratres Matsuō Ludovicus*[16], *Noma Andreas*[17], *Itō Johannes* (= Mantius Johannes, Mancio João[18]) e Societate dimissi erant.

4. Atqui omnium istorum nomina etiam tum in Catalogo anni 1617 inveniuntur! Sed si Catalogus 1617 cum Catalogo Novembris 1614 (cum exemplaribus A et C) comparatur, miro modo invenies, *informationes* praesentis Catalogi *de supradictis personis plane easdem* esse (si perpauca verba excipias) ac in Catalogo Novembris 1614, ita ut ne numerus quidem annorum vitae vel Ordinis auctus vel immutatus sit: quod de illis omnibus valet, *exceptis* tantum *tribus*, scl. Patribus Melchiore de Moura, Bartholomaeo Soárez (Cimino), Johanne Baptista Machado; illi vero *post ceteros omnes* (si interim incerto tempore dimissos praeterimus) morte e numero sociorum exciderant, scl. Octobri 1616, Martio et Maio 1617, priores duo Manilae, posterior in Japonia. *Cur ita, nisi quia qui Catalogum praesentem concinnavit, de ceterorum sorte jam nuntium obtinuerat, cum horum trium mortem ignoraret*?

5. Sed si ceterorum mortem vel dimissionem noverat, *cur eos Catalogo,* cum praecedentis Catalogi numeris vitae et Ordinis, *denuo inseruit*? Ad quam quaestionem dirimendam certa *argumenta externa desunt.* Sed haec nobis videtur rei genuina explicatio, quam ex parte ut certam, ut parte ut probabilem proponimus: sicuti ex ipsa declaratione patebit.

(1) Auctor praesentis Catalogi anni 1617 *prae manibus habuit aliquod exemplar Catalogi Primi Novembris 1614.* Quod *certo probatur* ex eo quod informationes de supradictis defunctis vel dimissis fere *tales quales* ex Catalogo Novembris 1614 in praesentem Catalogum transierunt, *ne numeris quidem* aetatis et vitae religiosae *mutatis!* Ce-

---

Primo Philippinarum, Anni 1615, scriptus Manilae, die 12. Augusti 1616, auctore Valerio de Ledesma, lat., orig., *Phil. 2 I* 114.

13 Hieronymus Rodríguez ad Gen., Nagasaki, 20. Martii 1616, lus., orig., *J. 16 I* 306v.

14 Vide superius: Introd. ad Cat. I. Nov. 1614, adnot. 34 et 35.

15 Ibidem.

16 Exemplar B istius Catalogi. — Cf. Matthaeus de Couros ad Gen., e Japonia, 9. Februarii 1623, lus., orig., *J. 37,* 214: ex qua epistola constat, eum e Societate Iesu dimissum esse, ac tunc Manilae in Seminario japonico PP. Dominicanorum magistrum linguae latinae egisse.

17 Vide inferius, doc. 84, quo constat Fratrem Andream Noma tempore Valentini Carvalho Macai ex Ordine egressum esse, eumque circa annum 1625 denuo desideravisse admissionem. Exemplar B praesentis Catalogi eum dicit dimissum (num. 68).

18 Eodem documento teste (vide notam praecedentem) etiam Mantius Joannes tempore Valentini Carvalho e Societate exierat, sed circa annum 1625 iterum admitti postulabat. Exemplar B istius Catalogi eum jam dimissum dicit (num. 105).

terum etiam informationes de aliis Patribus Fratribusque in genere simillimae sunt Catalogo Novembris 1614 (exemplaribus A et C), ita ut numeri quidem annorum aetatis vel vitae religiosae tribus annis aucti inveniantur, sed praeter haec pauca a praecedenti Catalogo discrepent, additis quibusdam rebus post Novembrem 1614 gestis, ut e. g. emissione votorum solemnium etc.

(2) Auctor, quo tempore praesentem Catalogum concinnavit, *supradictos Patres Fratresque mortuos rsp. dimissos esse scivit.* Cur enim ceterorum informationes ita corrigeret, ut tempori praesentis Catalogi, i. e. Junio 1617, corresponderent, *solasque* mortuorum et dimissorum informationes intactas relinqueret? Nam praeter eos nonnisi Fratris Didaci (Diogo) Pereira *aetas* immutata remansit: sed per errorem, nam numerus *annorum vitae religiosae* recte mutatus est! Error evidens etiam in informationes de P. Matthaeo de Couros irrepsit, qui dicitur annos natus 40, e quibus 33 (!) in Societate Jesu peregisset! Alii omnes annis aetatis et vitae religiosae aucti sunt. Id sine dubio non casu, sed quia auctor de defunctis et dimissis certior factus erat. Quodsi, ut diximus, etiam trium ultimo loco defunctorum anni aucti sunt, id inde est, quia auctor de eorum morte nuntium nondum receperat.

(3) Sed si eos mortuos vel dimissos sciebat, *cur Catalogo inseruit*? Censemus *nullo modo* eum denuo Catalogo *inseruisse* eorum nomina, *sed reliquisse; aliud enim auctor praesentis Catalogi non videtur fecisse, nisi ut ipsum exemplar Catalogi Novembris 1614, quod prae manibus habebat, opportune corrigeret,* inserens loco annorum aetatis et vitae religiosae, quos continebat, *novos numeros,* emendans quae emendanda, adjiciens quae addenda erant. Nomina autem eorum, quos mortuos vel dimissos sciebat, vel omnino intacta relinquebat, vel aliquo signo vel in margine vel in textu delebat. Quod deinceps exemplar Catalogi Primi Novembris 1614, correctum et auctum (ita ut Catalogum Primum Junii 1617 constitueret), forsitan eo demum tempore, quo totum archivum Macaense transscribebatur, descriptum est, et in apographo emendationes quidem receptae sunt (aliquando male, e. g. quando de P. Francisco Eugeni scribit: « Sabe bem a lingoa mediocremente »: nam secundum stilum Catalogi 'bem' et 'mediocremente' sese vicissim excludunt), sed *mortui et dimissi eliminati non sunt.* Ita etiam in titulo Catalogi falsus numerus ('1614' pro '1617') facile explicatur, eo quod numerus ille vel omnino non, vel non clare correctus erat.

6. Quae usque modo de origine istius Catalogi dicta sunt, inde etiam confirmantur, quod in II. parte exemplaris A inter Fratres (i. e. nonsacerdotes) aliqui de Societate recensentur, qui mense Junio anni 1617 jam ad sacerdotium provecti erant, quin in Catalogo ordinationis sacerdotalis mentio ulla fiat. Qui, cum Catalogus Primus anni 1614 conficeretur, nondum sacerdotio aucti, jure in omnibus ejusdem Catalogi exemplaribus inter Fratres collocati erant. — Sed teste Catalogo Brevi Januarii 1616[19], duo ex eis, Fr. Constantinus Dourado et Fr. Sixtus Iyo, tunc ad sacros ordines recipiendos Malaccam petere jussi erant: vix dubium

---

[19] Vide supra, *Doc. 49.*

quin eo ipso anno 1616 Malaccae sacerdotes facti sint[20]. Alii duo, Fr. Didacus (Diogo) Yuki et Fr. Martinus Shikimi Moan, teste Catalogo Brevi Exsulum Japonensium, qui Catalogo Primo Manilensi diei 18. Julii 1615 adjunctus est, jam tunc ordines sacros receperant[21]: qui etiam, teste Catalogo Manilensi diei 12. Augusti 1616, jam e Philippinis in Japoniam redierant[22]. Unde est, quod, cum Junio 1617 Catalogus Primus sociorum Japoniae exararetur, duo ex eis in Collegio Macaensi, duo in Japonia residebant. — At in exemplari A Catalogi anni 1617 nulla ordinationis sacerdotalis mentio fit: verba tamen « Hé subdiácono », in Catalogo 1614 de Didaco Yuki et de Martino Shikimi adjuncta, in Catalogo 1617 omittuntur. Cur omittuntur? Nonne ideo, quia auctor de ordinatione conferenda vel collata sciebat?

Porro, Patres poni in elencho Fratrum (sive quod ordinationis sacerdotalis mentio omittatur, ut in exemplari A; sive quod illi in elencho quidem Fratrum sed ut Patres recenseantur) est factum prorsus singulare in historia Catalogorum, quod nonnisi ex origine Catalogi explicatur: nempe ex adaptatione et correctione praecedentis Catalogi (Novembris 1614).

7. Sed aliud quoque est, quod in isto textu mireris. Nam in ipsius tenore, prout nunc exstat, informationes de variis eventibus leguntur, qui nonnisi post annos locum habuerunt.

Sic *sub num. 14* notatur: P. Celsum Confalonieri per duos annos Rectorem Collegii Macaensis fuisse. Atqui ille factus est Rector Macaensns mense Maio anni 1618[23], quod munus gessit usque ad diem 15. Augusti 1620[24].

---

[20] Ex iis Fratribus, qui teste Catalogo Brevi Macaensi Januarii 1616 ad sacros ordines recipiendos Malaccam petituri erant, unus, nomine Antonius de Sousa, eo ipso anno 1616, jam sacerdos, in Japoniam venit, unde sequenti anno 1617 in Collegium Macaense, Superiorum jussu, rediit: Hieronymus Rodríguez ad Gen., Nagasaki, 26. Martii 1617, lus., autogr., *J. 17*, 76.

Unde constat, et anno 1616 Malaccae sacros ordines collatos esse; et unum ex eis, quos Catalogus Brevis Januarii 1616 nominat, tunc ordinatum esse. Sed cum ex exemplari B praesentis Catalogi Junii 1617, et ex Catalogo Brevi Macaensi Junii 1618 (vide infra *Doc. 56*) P. Constantinum Dourado et P. Sixtum Iyo sacerdotes factos esse sciamus, non sine causa inferimus, eos quoque eo ipso anno 1616 Malaccae sacerdotio auctos esse.

[21] Valerius de Ledesma utrumque Catalogum subsignat. Dies 18. Julii 1615 Catalogo Primo Philippinarum apponitur; post hunc, sine nova 'datatione' Catalogus Brevis exulum Japonensium sequitur, in cujus fine subscriptio originalis. Nomina duorum supradictorum neosacerdotum japonensium: ib., *Phil. 2 I* 107v.

[22] Vide supra, notam 12 ad hanc introduct.: *Phil. 2 I* 114.

[23] Ita sec. Elenchum Superiorum et Rectorum Macaensium, Aj. 49-IV-66, f. 46v — Celsus Confalonieri ad P. Bernardinum Confalonieri, Assistentem. Macao, 16. Novembris 1618, ital., autogr., *J. 17*, 190. — Franciscus Pírez [ad Nunium Mascarenhas, Assistentem], Macao, 10 Januarii 1619 lus., autogr., *J. 17*, 216-217. — Camillus Costanzo ad Gen., Macao, 25. Decembris 1618, ital., autogr., *J. 34*, 232: Visitator, paulo antequam navim conscenderet, ut in Japoniam abiret, Celsum Confalonieri Rectorem fecit. Quodsi eo loco dicitur: ante quattuor circiter menses: tempus profectionis non accurate de-

Quae *sub num. 25* de P. Gabriele de Matos dicuntur, aliquo modo confusa sunt. Is enim ante discessum in Europam Rector Macaensis fuisse dicitur, Rector Miyacensis post regressum ex itinere Romano. Sed de lapsu calami transscribentis agi videtur. Nam P. Gabriel de Matos ante iter Romanum per breve tempus (supervenit enim persecutio) Rector regionis Miyacensis fuit, non Rector Macaensis, ut habet Catalogus. Postquam vero anno 1619 ex Europa Macaum rediit [25], fere per annum, a die 15. Augusti 1620 [26] usque ad diem 14. Octobris 1621 [27] munere Rectoris Macaensis, non Miyacensis, functus est.

Sub num. 45 P. Matthaeus de Couros nunc Provincialis Japoniae esse dicitur. Qui quidem in Japonia die 18. Julii 1617 munus Provincialis in se suscepit [28]; at Macai ut talis non est promulgatus nisi circa mensem Octobrem 1617, quando, accepto nuntio e Japonia, P. Valentinus Carvalho officium Provincialis deposuit [29].

Sub num. 58 P. Sebastianus Vieira munere Procuratoris Japoniae in civitate Macaensi fungi dicitur. Is vero Procurator Japoniae nonnisi decreto Visitatoris P. Gabrielis de Matos, die 1. Decembris 1621 [30], nominatus esse videtur.

Ejusmodi eventus, mensi Junio 1617 posteriores, vix dubium quin Catalogo jam composito postea adjuncti sint. Qui in A[I] ut notae vel marginales vel interlineares additi fuisse videntur, sed in transscriptione exemplaris A in ipsum textum recepti sunt.

8. Aliam etiam considerationem ad texendam historiam istius Catalogi utilem ne omisisse videamur: usque modo de aliquot sociorum *ultimis votis,* in Catalogo ad eorum nomina adjectis, siluimus. E quorum numero unus die 26. Novembris 1616 [31] (non 1617) Malaccae ultima

---

scribitur. Vide etiam vitam P. Francisci Vieira in opere nostro *Biographiae* (in praep.).

[24] Ajuda 49-IV-66 f. 46v (cf. annot. praecedentem). Sed nota: teste Catalogo Brevi Septembris 1620, tunc Celsus Confalonieri munere Rectoris Macaensis fungebatur. Vide infra *Doc. 67.* Die vero 25. Aprilis 1621 P. Gabriel de Matos, successor eius, se ante octo fere menses Collegii regimen suscepisse dicit: Gabriel de Matos ad Gen., Macao, 25. Aprilis 1621, lus., autogr., *J. 17,* 280.

[25] Alphonsus de Lucena ad Nunium Mascarenhas, Assistentem, Macao, 15. Octobris 1619, lus., autogr., *J. 17,* 246v.

[26] Vide notam 24 huius introd.: *J. 17,* 280.

[27] Die 14. Octobris 1621 Gabriel de Matos factus est Visitator: Aj. 49-IV-66, f. 57.

[28] Matthaeus de Couros ad Gen., Nagasaki, 15. Septembris 1619, lus., orig., *J. 35,* 104: « Quando aos 18 de Julho de 1617 tomei posse deste offício ... ».

[29] Alphonsus de Lucena ad P. Nunium Mascarenhas, Assistentem, Macao, 2. Octobris 1617, lus., autogr., *J. 17,* 89.

[30] Gabriel de Matos, Visitator, Macao, 1. Decembris 1621, autogr., Madrid, R. Ac. Hist., Jes. 21, ff. 494-494v, 499-499v: documentum quo Sebastianus Vieira nominatur Procurator Provinciae Japonicae (Cf. opus nostrum *El « Archivo del Japón »* 195).

[31] Bartholomaeus de Siqueira, ultima vota (Coadj. Spir.), Malaccae, 26. Novembris 1616, Originale in *Lus. 20,* 84 et *Lus. 21,* 7.

vota emisit, tres autem die 4. Maji 1617 in Collegio Macaensi [32], tres item die 5. Augusti 1617 in civitate Nagasaki [33], unus ibidem die 1. Octobris 1617 [33a], unus die 10. Junii 1618 in Collegio Macaensi [34], duo tandem die 9. Februarii 1620 (non 1619) in civitate Nagasaki [35]. — Cum nulla sit ratio valida dubitandi, quin Catalogus iste primo compositus sit mense Junio 1617 (nam in utroque exemplari A et B numerus annorum tum aetatis tum vitae religiosae singulorum id clare demonstrat), concludendum est: eorum tantum vota, cum Catalogus fieret, adjecta fuisse, quos auctor Catalogi vel vota jam nuncupasse, vel saltem proxime emissuros esse sciebat; ceterorum vero vota postea demum addita fuisse.

9. Quae diximus, *ea pro Catalogi istius usu omnino ante oculos habenda sunt, ne ex illo falsae conclusiones deducantur.* Nam quod quorundam nomina etiam in Catalogo Junii 1617 contineantur, nullo modo demonstrat (ut in aliis Catalogis vere demonstraret) socios illos etiam tum, et ut Societatis membra, vixisse. Id in casu praesenti, pro singulis ostendendum est. — Ceterae autem informationes valore aliquo proprio (praeter valorem Catalogi Primi Novembris 1614, de quo derivantur) non destituuntur. Nam augmentum annorum tum aetatis, tum vitae religiosae, informationes de viribus corporis et sanitate, de professione emissa etc. scienter, nec sine consideratione, Catalogo inserta sunt.

10. Quaeres, ubinam exemplar A^{I} istius Catalogi factum sit.: quod in Collegio Macaensi conscriptum esse videtur. Catalogus enim titulo teste Junio 1617 correspondet: auctor vero mortem trium illorum Patrum (ut supra diximus [36]), Melchioris de Moura, die 18. Octobris 1616 Manilae defuncti, Bartholomaei Soárez (Cimino), mense Martio 1617 Manilae mortui, Johannis Baptista Machado, die 22. Maji 1617 in Japonia propter Fidem interfecti, ignorat: quos eventus neque Manilae, neque

---

[32] Macai, 4. Maii 1617 ultima vota:
P. Emmanuelis Gonçálvez (Coadj. Spir.), Originale in *Lus. 21*, 2/2v;
P. Martini de Campo (Hara) (Coadj. Spir.), Originale, *Lus. 21*, 3/3v;
Fr. Tsuchimochi Joseph (olim Hector) (Coadj. Temp.). Orig., *Lus. 27*, 6.

[33] Nagasaki, 5. Augusti 1617 ultima vota:
P. Didaci Carvalho (Prof. 4 vot.), Originale, in *Lus. 4*, 108;
P. Francisci Eugeni (Prof. 4 vot.), Originale in *Lus. 4*, 102, 107;
P. Johannis da Fonseca (Prof. 4 vot.), Originale in *Lus. 4*, 105/5v, 109, 110/0v.

[33a] Nagasaki, 1. Octobris 1617 ultima vota:
P. Christophori Ferreira (Prof. 4 vot.), Originale in *Lus. 4*, 6, 106.

[34] Macai, ultima vota, 10. Junii 1618: P. Emmanuelis Rodríguez (Coadj. Spir.), Originale in *Lus. 21*, 5/5v.

[35] Nagasaki, ultima vota, 9. Februarii 1620
P. Sebastiani Kimura (Coadj. Spir.), Originale, lat., *J. 37*, 20.
Fr. Sadamatsu Gasparis (Coad. Temp.), Originale lus., *J. 37*, 22.

[36] Cf. supra in hac introd. num. II, 3 et 4.

in Japonia tunc *simul* ignorare poterat: unde recte concludi posse videtur, Catalogum istum A^I (de quo A transcriptione originem trahit) Macai compositum esse. — Nota etiam, saltem bis [37] in exemplari A *de Collegio Macaensi* sicut ' de hoc Collegio ' (' deste Collegio ') sermonem esse. Extra Collegium Macaense constitutus, auctor ita vix loqueretur.

III

1. Alterum exemplar, in volumine *49-IV-66*, ff. 106-110 ejusdem collectionis ' Jesuítas na Ásia ' existens, quod B vocamus, a priori exemplari multiplici ratione *discrepat.*

2. Et primum quidem, complurium sociorum, tum defunctorum, tum dimissorum (necnon unius in Indiam regressi) informationes in exemplari A ex antecedenti Catalogo Novembris 1614 immutato fere tenore transsumptas esse dixeramus. Quod *in exemplari* B ulterius *confirmatur, explicatur, evolvitur.* Nam numeri, qui in exemplari A ab uno usque ad ultimum progredientes singulis nominibus apponuntur, tum in exemplari A, tum in exemplari B, iidem sunt ac in Catalogo Novembris 1614 (in exemplaribus A et C), ita ut Patres Fratresque eadem omnino serie inter se sequantur. Atqui, ubi exemplar A Catalogi 1617 mortuorum et dimissorum informationes ex praecedenti Catalogo anni 1614 invariato tenore reddit, ibi in exemplari B Catalogi 1617, *loco istarum informationum,* servato tamen numero progrediente et omisso nomine, haec nota substituitur: « Hé falecido » (« Mortuus est »), vel similiter; vel haec: « Dimissus »; vel « Foi para as Províncias da Índia ». Quis, quo tempore, quo loco defunctus, dimissus, profectus sit, non indicatur.

3. Ejusmodi notae etiam informationibus trium illorum Patrum substituuntur, quorum mortem auctor exemplaris A ignorabat: Melchioris de Moura, Bartholomaei Soárez (Cimino), Johannis Baptistae Machado. — Ac praeterea duorum aliorum Patrum informationibus similis nota substituitur, qui mense Junio 1617 (quo titulo teste praesens Catalogus compositus est) etiam tum vivebant: numero 27, i. e. P. Johanni Pomerio, qui die 2. Februarii 1618 in Collegio Malacensi mortuus est [38]; et numero 51, i. e. P. Nicolao de Ávila, qui die 28. Maji 1618 Macai e vita decessit [39]. Unde *istam formam* Catalogi Junii 1617 (exemplar B) *non ante finem mensis Maji 1618 redactam esse concludimus*: quamvis ceterae ejus informationes Junio 1617 (ut recte in titulo exprimitur) correspondeant.

4. Si etiam accuratiorem de tempore atque origine exemplaris B inquisitionem institutis: id adverte, die 28. Junii anni 1618 in eodem

---

[37] Vide exemplar A num. 52 (' Padre Nicolao da Costa ') et num. 62 (' Padre Vicente Ribeyro ').

[38] Cf. Catal. Br. Collegii Macaensis et Missionis Cochincinae Junii 1618: infra, *Doc. 56.*

[39] AHU *ms.1659,* 102 (Defuncti S. J., Macai); cf. Catalogum in nota praecedenti allegatum, *Doc. 56.*

Collegio Macaensi defunctum esse P. Vincentium Antoglietta[40], cujus mortem auctor ignorat; sicut eum latet mors Fratris Didaci (Diogo) Shibata, die 14. Septembris 1618 Macai defuncti[41]. Ex quo id saltem sequitur: exemplar B (quod Macai compositum censemus) *inter diem 28. Maji 1618* (i. e. mortem P. Nicolai de Ávila jam in textu omissi) *et diem 28. Junii 1618* (i. e. mortem P. Antonii Vincentii Antoglietta, quam auctor ignorabat) *exaratum esse*. Id nobis satis probatur. Sed opponet aliquis, potuisse eo tempore e Macaensi portu solvere aliquam navim in Japoniam, ubi secundum nuntios allatos Catalogus compositus esset. Quod e sola textus exemplaris B consideratione excludi vix posse fatemur. Sed eo minus id nobis suadetur, quia in componendo Catalogo Primo *Macaensi* ejusdem anni 1617 easdem normas adhibitas esse conspicimus, quae in Catalogo Japonico anni 1617 observantur.

5. Tandem, tardiore etiam tempore exemplar B correctum est. Nam sub num. 2 informationi de P. Alvaro Dias in fine subjungitur: « Morreo em Macao ». Qui Macai die 18. Januarii 1620 defunctus est[42]. Ceterum de aliis sociis, qui annis 1618 et 1619 obierunt, nihil!

6. Nota etiam, in exemplari B non solum ultima vota post Junium 1617 emissa praeteriri (quae in exemplari A adjuncta sunt), sed etiam trium sociorum, qui ea die 4. Maji 1617 Macai nuncuparunt. Cur desunt?

IV

Ad quaestionem istam dirimendam, de relatione inter utrumque exemplar, A et B, Catalogi 1617 indagandum est.

1. Et primum quidem, *utrumque exemplar a Catalogo Primo Novembris 1614* derivatur, cujus et numerationem et, magna ex parte, textum retinet. Sed ad Catalogum Novembris 1614 *proprius accedit exemplar A, magis recedit ab eo exemplar B.*

2. Utrumque exemplar A et B Catalogi Japonici 1617 ab exemplaribus A C Catalogi Novembris 1614 (vel a forma eis consimili) dependet: quae Macai confecta esse ostendimus; non ab exemplari B ejusdem Catalogi 1614 derivatur, quod in Japonia aliquibus mensibus post exemplaria A C ortum habuit. Id enim e comparatione Catalogorum clare constat. Quodsi aliquando, rarissime quidem, Catalogus Junii 1617 exemplari B Catalogi Novembris 1614 magis conformis videtur (dum constanter formam A Catalogi 1614 sequitur, et exemplaris B data ignorat), id aliunde, non ex usu exemplaris B derivandum est.

3. Exemplar B veluti textum contractum continet, omissis saepe verbis non vere necessariis. Catalogus A, prout nunc exstat, exemplari B certe anterior est; ita enim ex annotatione mortuorum, dimissorum, profectorum in alias partes, neosacerdotum in ipso texto B patet; quamvis *postea* in exemplar A varia additamenta introducta sunt, e. g. vota anni 1617 et sequentium annorum, quae in exemplari B desunt.

---

[40] AHU *ms. 1659*, 102 (Defuncti S. J., Macai).

[41] Ibidem, fol. 102.

[42] Ibidem, fol. 102v.

4. Nihilominus exemplar B Catalogi 1617 a forma A ejusdem Catalogi, prout illa nunc exstat, descendere nequit: nam in forma A neque defuncti, dimissi, aliove profecti indicantur, neque inter Fratres ii, qui jam sacerdotio aucti erant, a ceteris distinguuntur: quae omnia in exemplari B continentur; dum e contra, quae in exemplari A Catalogi 1617 ad Catalogum 1614 adjuncta sunt, etsi Junio 1617 anteriora, in forma B desiderantur.

5. Obvium est vicissim, *nullo modo exemplar A descendere posse a forma B*. Nam exemplar B ne nomina quidem eorum, quos mortuos, dimissos, profectos esse dicit, recenset, quae in A leguntur. — Praeterea socii illi, qui in B inter Fratres quidem, sed ut sacerdotes, scribuntur, ii in A inter Fratres et ut Fratres commemorantur. Eventus etiam Junio 1617 anteriores, qui ad textum Catalogi 1614 adjecti, in forma A Catalogi 1617 leguntur, in ejusdem Catalogi 1617 forma B desunt: qui proinde ex B in A transire non poterant.

6. Totius denique indaginis conclusio haec est: tum forma A, tum forma B Catalogi Primi Japonici Junii 1617 a Catalogo primo Novembris 1614 *aeque immediate* dependet: neque A ab exemplari B, neque exemplar B a forma A originem trahit; sed utrumque exemplar directe a Catalogo Primo 1614 (et ab illo quidem, multis correctionibus et additionibus aucto), derivatur.

V

Editio. Cum inter utrumque exemplar A et B istius Catalogi Primi Junii 1617 haud parva vigeat diversitas, tum verbis, tum maxime re, necessarium nobis visum est istius quoque Catalogi (sicut Catalogi Primi Novembris 1614) *utramque formam* simul edere. Quamvis enim in introductione et adnotationibus, indagine facta, corrigenda emendavimus, attamen, ut ipsum documentum pleniore luce historica perfundatur, necesse est, ut informationes utriusque textus hic transcriptae se vicissim perficiant. Quod ubi fit, e textu B statim apparebit, quaenam nomina in A delenda sint (defunctorum, dimissorum, profectorum); qui sacerdotio aucti sint; de quibusnam Patribus Fratribusque informationes addendae sint. E contra e textu A elucebit, quaenam nomina numeris defunctorum dimissorum, profectorum, in textu B correspondeant; quinam socii ultima vota emiserint, quaenam informationes e textu A etiam in textum B transferendae sint. Sed comparato quoque textu, legenti non paucae errandi occasiones remanent; quae ut vitentur, a nobis in introductione et adnotationibus sedulo ostenduntur.

52

Textus A

Liss. Aj. 49-V-7,ff. 82v-94v

CATÁLOGO DAS ENFORMAÇÕES COMMUAS DOS PADRES E IRMAONS DE *JAPPÃO*, FEITO EM JUNHO DO ANNO DE 1617.

Padres

1. P.e Affonso de Lucena, Portuguez, natural de Villa de Leomil, bispado de Lamego, sam e de medíocres forças de 66 annos de idade e 52 da Companhia. Ouvio o curso de philosophia e hum anno de theologia. Leo gramática á tres annos. Foy 20 annos Reitor em Omura. Sabe bem a língoa de Jappão. Foy feito Coadjutor Espiritual formado no anno de 1592.

2. P.e Álvaro Dias, filho de Portuguez, nascido na Índia em a parte /83/ de Cochim, de idade de 63 annos e 43 da Companhia, doente e de muito fracas forças. Ouvio o curso de Artes e anno e meio de theologia e dous de casos. Foy seis annos ministro do Collégio de Arima. Sabe muito bem a língoa de Jappão e por vezes a ensinou, e prega nella mediocremente. Foy feito Coadjutor Espiritual formado no anno de 1594 [*leg.*: 1592].

3. Padre Ambrósio de Barros, filho de Português, nascido na Índia na cidade de Dio, de medíocres forças, de idade de 62 annos e da Companhia 37. Estudou dous annos casos. Sabe bem a língoa de Jappão. Foy feito Coadjutor Espiritual formado o anno de 1603.

4. Padre António Álvares, Portuguez, de São Gonsalo de Amarante, diocese de Braga, de idade de 62 annos e 27 da Companhia, são e de boas forças. Estudou dous annos casos. Sabe mediocremente a língoa de Jappão. Foy feito Coadjutor Espiritual formado no anno de 1590.

5. Padre António Fernández, Português, natural da aldea da Nóbrega, do arcebispado de Braga, de idade de 65 annos e da Companhia 41, de medíocres forças. Ouvio as Artes e dous annos casos de conciência. Sabe bem a língoa e prega nella. Foy feito Coadjutor Espiritual formado no anno de 1599.

6. Padre António Francisco Critana, Castelhano, de Almodovar del Campo, do arcebispado de Toledo, de idade de 64 annos e da Companhia 43. Acabou seus estudos de philosophia e theologia,

foy feito Licenciado em Artes. Foy ministro alguns annos da Casa Professa de Toledo e do Collégio de Japão. Hé de fracas forças. Sabe mediocremente a língoa de Japão. Foy feito Coadjutor Espiritual formado no anno de 1593.

7. Padre António Ixida, Japão, natural de Ximabara, terras de Arima do reyno de [Figen], de idade de 47 annos e 29 da Companhia, de boas forças. Estudou tres annos casos e sabe bem as Letras de Japão, e prega [em] sua língoa bem.

8. Padre Belchior de Moura, Castelhano, da villa de Caravaco do reyno e diocese de Múrcia, de 74 annos de idade e da /83ᵛ/ Companhia 50, hé doente. Ouvio o curso de philosophia e dous annos de theologia. Foy 14 annos Superior da Casa e Seminário de Arima, e tres Superior das partes do Ximo, e depois Reitor da mesma casa de Arima tres annos. Foy feito Professo de 4 votos o anno de 1590. Sabe mediocremente a língoa de Japão.

9. Padre Balthazar de Torres, Castelhano, natural do reyno e cidade de Granada, de idade de 54 annos e da Companhia 3[8], de medíocres forças. Accabou seus estudos de philosophia e theologia, leo latim hum anno e theologia sete, sabe mediocremente a língoa de Japão. Foy feito Professo de 4 votos no anno de 1601.

10. Padre Bertholameu de Siqueyra, Português, natural da cidade de Lixboa, de idade de 50 annos e 29 da Companhia, de boas forças. Ouvio hum anno lógica e tres de casos, foy Procurador desta Província perto de hum anno. Sabe mediocremente a língoa. de Japão. Foy hum anno ministro do Collégio de Nangasaqui. Feyto Coadjutor ... [Espiritual] no anno de 617.

11. Padre Bento Fernández, Português, natural da villa de Borba, do arcebispado de Évora, de idade de 38 annos e da Companhia 22, de boas forças. Acabou os estudos de philosophia e tres annos de theologia. Sabe bem a língoa de Jappão. Fes profissão de 4 votos ao primeiro de Janeiro de 1614.

12. Padre Bertholameo Soárez, olim Chimino, Italiano, natural da cidade de Nápoles, de idade de 34 annos e da Companhia 19, de mediócres. forças. Estudou philosophia tres annos e 4 theologia, sendo secular hum anno de leis, leo hum anno latim, dous annos philosophia em Macao.

13. Padre Carlos Spínola, Italiano, natural de Génova, de 52 annos de idade e 32 da Companhia, de medíocres forças. Acabou seus estudos de philosophia e theologia, leo gramática dous annos e mathamática tres, foy ministro da Casa Reitoral de Miyaco sete annos e seis de Procurador de Japão. Fez profissão de 4 votos no anno de 1598. Sabe bem a língoa de Japão e prega nella. /84/

14. Padre Celso Confalonero, Italiano, natural da cidade de

Milã[o], de idade de 61 annos e da Companhia 47, fracas forças. Acabou seus estudos de philosophia e theologia, leo rhetórica e grego ...[um] anno, foy Mestre de noviços oito annos em Japão e Re[i]tor de Macao dous annos. Sabe bem a língoa de Jappão e prega bem nella. Foy feyto Professo de 4 votos o anno de 1591.

15. Padre Christóvão Ferreyra, Portuguez, natural de Torres Vedras, do arcebispado de Lixboa, de idade de 37 annos e da Companhia 21, boas forças. Acabou seus estudos de philosophia e theologia. Sabe bem a língoa de Japão e prega bem nella. Feito Professo de 4 votos no anno de 1617.

16. Padre Camillo Constanço, Italiano, da cidade de Cosença, de idade de 45 annos e da Companhia 25. Estudou tres annos de Artes e 4 de theologia, leo humanidade tres annos. De boa forças. Sabe bem as Letras e língoa de Japão, e prega nella mediocremente. Foi feyto Professo de 4 votos em Outubro de 1615.

17. Padre Diogo Carvalho, Portuguez, de Coimbra, de idade de 39 annos e da Companhia 23, de boas forças. Accabou seus estudos de philosophia e theologia que servio 4 annos inteyros, leo hum anno latim. Sabe mediocremente a língoa de Japão. Feito Professo de 4 votos no anno de 617.

18. Padre Francisco Calderón, Castelhano, da villa de Sória, do bispado de Osma, de idade de 69 annos e da Companhia 47, de medíocres forças. Accabou seus estudos, fes-se Lecenciado em Artes. Foy onze annos Reytor do Collégio e Seminário de Jappão e ... da casa e Seminário de Arima. Sabe mediocremente a língoa de Jappão. Foy feito Professo de 4 votos o anno de 1591.

19. Padre Francisco Pírez, Portuguez, de S. Fins, do arcebispado de Braga, de idade de 53 annos e 31 da Companhia, de medíocres forças. Foy ministro seis annos parte no Collégio de Amacusa e parte no de Arima. Sabe mediocremente a língoa de Japão. Foy feito Coadjutor Espiritual formado o anno de 1603. /84^{v}/

20. Padre Francisco Luís, Portuguez, de Villa de Frades, do arcebispado de Évora, de idade de 48 annos e da Companhia 30, de medíocres forças. Estudou dous annos de cazos. Foy ministro do Collégio de Macao quatro annos. Foy feito Coadjutor Spiritual formado no anno de 1604.

21. Padre Francisco Pacheco, Portuguez, natural de ... [Ponte] de Lima, arcebispado de Braga, de idade de 52 annos e da Companhia 32, de boas forças. Acabou seus estudos, leo na Índia dous annos latim, e theologia 4 annos em Macao. Foy Reytor tres annos no Collégio da mesma [c]idade. Foy feito Professo de 4 votos no anno de 1603.

22. P.e Francisco Eugénio, Italiano, de Perúsia, de idade de 39 annos e 23 da Companhia, de medíocres forças. Acabou seus estudos de Artes, theologia tres annos, leo gramática tres annos. Sabe bem a língoa mediocremente. Feito Professo de 4 votos no anno de 16[17].

23. P.e Francisco Lobo, de pay portuguez, da cidade de Macao, de idade de 36 annos e da Companhia 13, de boas forças. Acabou seus estudos de Artes e tres annos de theologia, leo hum anno latim. Sabe bem a língoa de Jappão e prega nella bem.

24. Padre Gaspar de Crasto, Português, de Braga, de idade de 56 annos e da Companhia 38 annos, de boas forças. Ouvio 2 annos de casos. Sabe mediocremente a língoa de Japão. Foi feito Coadjutor Spiritual formado no anno de 1603.

25. P.e Gabriel de Mattos, Português, natural da villa da Vidigueira, do arcebispado de Évora, de idade de 46 annos e da Companhia 30, de boas forças. Acabou seus estudos de philosop[h]ia e theologia, leo hum anno gramática em Portugal, em Japão hum anno rethórica. Foi ministro da Casa da provação dous annos e a[lgum tempo] Reytor em Macao, e foi Procurador de Japão a Roma e depois Reitor de Miaco. Sabe bem a língoa de Japão e prega bem nella. Foy feyto Professo de 4 votos o anno de 1611. Foi hum /85/ anno Companheiro, Admonitor e Consultor do Provincial.

26. Padre Grácia ... [Garcés], Castelhano, natural da villa de Molina, diocese de Segóvia, de idade de 57 annos e da Companhia 43, de boas forças. Acabou seus estudos de philosophia e theologia, leo Humanidade quatro annos, Sabe bem a língua de Japão e prega bem nella. Foy feito Professo de 4 votos o anno de 1601.

27. P.e Jo ... Pomério, Italiano, ... Lazo, diocese de Torin, de idade 56 annos e da Companhia 34, de fracas forças. Ouvio o curso das Artes e tres annos de theologia, leo dous annos Humani--dade e dous rethórica. Teve dous annos cuidado do Seminário de Japão. Foi feito Coadjutor Espiritual formado o anno de 1596. Sabe mediocremente a língoa de Japão.

28. P.e João Bauptista Baeça, Castelhano, da cidade de Úbeda, diocese de Jaén, de 59 annos de idade, 38 da Companhia, medíocres forças. Ouvio algum tempo leis e cánones, acabou seus estudos de Artes e theologia. Sabe bem a língoa de Japão e prega nella. Foy feito Coadjutor Spiritual formado o anno de 1599.

29. Padre João Rodríguez Giram, Portuguez, da villa de Allcouchete, arcebispado de Lisboa, de idade de 59 annos e da Companhia 41, de medíocres forças. Estudou o curso de Artes e hum anno e meyo de theologia. Foy oito annos Companheiro do Padre

Vice-Provincial. Sabe bem a língoa de Japão e prega nella. Foy Coadjutor Espiritual formado o anno de 1599.

30. Padre João Nicolao, Italiano, da cidade de Nápoles, de idade de 57 annos e da Companhia 37, de fracas forças. Estudou ... hum anno. Hé pintor. Sabe menos que mediocremente a língoa de Japão. Foi feito Coadjutor Spiritual formado no anno de 1602.

31. Padre João de Fonseca, Portuguez, de Lisboa, de idade de 47 annos e da Companhia 29, de boas forças. Ouvio o curso de Artes e tres annos de theologia. Sabe mediocremente a língoa de Japão. Feito Professo de 4 votos no anno de 617. /85v/

32. Padre João da Costa, Portuguez, de Azeitão, arcebispado de Lisboa, de idade de 42 annos e da Companhia 26, de boas forças. Ouvio o curso de Artes e quatro annos de theologia. Sabe mediocremente a língoa de Japão. Feito Professo de quatro votos no anno de 1616.

33. Padre João Baptista Zola, Italiano, da cidade de Brexa, de idade de 41 annos e da Companhia 24, de boas forças. Acabou os estudos de philosophia e tres annos de theologia, leo rethórica 4 annos. Sabe mediocremente a língoa de Jappam. Fez profissão de 4 votos o primeiro dia de Janeiro de 1614.

34. P.e João Vicente Antolheti, Italiano, natural da cidade de Tárento, de idade de 40 annos e da Companhia 21, de boas forças. Acabou os estudos de philosophia, 3 annos de theologia. Sabe bem a língoa de Japão e prega nella. Feito Professo de 4 votos no anno de 1616.

35. Padre João Baptista, natural das Ilhas Terceyras, Portuguez, de idade de 37 annos e da Companhia 20, de boas forças. Estudou o curso das Artes e tres annos de theologia, ensinou latim. Sabe mediocremente a língoa de Japão.

36. Padre João Baptista Porro, Italiano, de Milam, de idade de 42 annos e da Companhia 25, de boas forças. Ouvio o curso de Artes e quatro annos de theologia, teve cuidado do Seminário de Japão perto de dous annos, leo em Europa quatro annos rethórica e hum em Jappão. Sabe bem a língoa de Japão e prega bem nella. Foy feito Professo de quatro votos no anno de 1611.

37. Padre Jácome António, Italiano, de Bitonto, de idade de 38 annos e da Companhia 21, de boas forças. Leo gramática 2 annos, de theologia ... Foy hum anno ministro no Collégio de Macao. Sabe mediocremente a língoa de Japão.

38. Padre Jerónymo Rodríguez, Portuguez, da villa de Monforte, bispado de Elvas, de idade de 50 annos e da /86/ Companhia 32, de medíocres forças ... [Acabou] seus estudos de philosophia e theologia. Foy Reytor do Collégio de Nangasaqui tres annos e

Consultor da Província, foi Viceprovincial de Japão tres annos. Sabe bem a língua de Japão. Foi feito Professo de 4 votos o anno de 1602.

39. Padre Jerónymo de Ángelis, Italiano, da ilha de Sicília, de idade de 49 annos e da Companhia. [Acabou seus estudos de philosophia] e theologia, le[o] Humanidade tres annos. Sabe bem a língoa de Japão. Foy feito Professo de 4 votos no anno de 1611.

40. P.e João Matheus Adami, Italiano, natural da ilha de Sicília e da cidade de Masara, de idade de 41 annos e da Companhia 22, de medíocres forças. Acabou seus estudos de philosophia e theologia. Sabe bem a língoa de Japão e prega nella mediocremente. Foy feito Professo de quatro votos no anno de 1611.

41. P.e Jullião [Nacaura], Japão, natural de Naucara [Nacaura], lugar de Omura, do reyno de Figen, de idade de 50 annos e da Companhia 26, , de boas forças. Estudou tres annos de casos, prega e confessa, e sabe mediocremente as Letras de Japão.

42. P.e Luís, Japão, natural de Firando, do reyno de Figen, de idade de 51 annos e da Companhia 30, de boas forças. Estudou tres annos casos. Sabe mediocremente as Letras de Japão, prega bem em sua língoa.

43. P.e Manoel Borralho, Portuguez, de Santarém, arcebispado de Lixboa, de idade de 69 annos e da Companhia 40, de medíocres forças. Estudou casos hum anno. Sabe a língoa de Japão mediocremente. Foy feito Coadjutor Spiritual formado no anno de 1599.

44. Padre Marcos Ferraro, Italiano, da cidade de Catanzaro, do reyno de Nápoles, de idade de 61 annos e da Companhia 40, rebusto. Ouvio as Artes e dous annos de theologia. Sabe /86v/ mediocremente a língoa de Japão. Foy feito Coadjutor Espiritual formado no anno de 1599.

45. Padre Matheus de Couros, Portuguez, de Lisboa, de idade de 40 annos e da Companhia 33, de boas forças. Ouvio o curso das Artes e tres annos de theologia. Foy hum anno Reitor da Caza de Xequi e sinco do Collégio de Arima, é agora Provincial de Japáo. Sabe bem a língoa de Japão e prega nella. Foy feito Professo de quatro votos no anno de ...

46. P.e Manoel Gonsalves, Portuguez, de villa de Esposende, do arcebispado de Braga, de idade de 37 annos e da Companhia 15, de medíocres forças. Estudou dous annos casos. Sabe bem a língoa de Japão. Coadjutor Spiritual no anno de 1617.

47. P.e Manoel Borges, Portuguez, da cidade de Évora, de idade de 34 annos e da Companhia 17, de boas forças. Estudou o curso de philosophia e ouvio tres annos de theologia, leo latim dous annos, e foy tres annos Procurador de Japão.

48. Padre Manoel Rodríguez, filho de Portuguez, natural de Macao, de idade de quarenta annos e da Companhia 15, de boas forças. Estudou casos dous annos. Sabe mediocremente a língoa de Japão. Feito Coadjutor Spiritual no anno de 618.

49. Padre Martinho Campo, natural de Fasami, terra de Omura, do reyno de Figen, de idade de 49 annos e da Companhia 26, de boas forças. Estudou casos tres annos, leo hum anno gramática. Sabe bem as Letras de Japão e prega muito bem em sua língoa. Feito Coadjutor Espiritual no anno de 1617.

50. P.e Manceo Firabayoxi, Japão, do reyno de Bungo, de idade de 42 annos e da Companhia 19, de fracas forças. Estudou o curso das Artes e dous annos de theologia. Sabe mediocremente as Letras de Japão e prega bem em sua língoa. /87/

51. Padre Nicolao de Áv[i]la, Castelhano, de Villacastim, do bispado de Segóvia, de idade de 65 annos e da Companhia 45, de fracas forças. Estudou casos por sy, leo latim em diversas partes 20 annos. Sabe arrezoadamente a língoa de Japam. Foi feito Coadjutor Spiritual formado no anno de 1590.

52. Padre Nicolao da Costa, Portuguez, de Lixboa, de idade de 48 annos e da Companhia 30, de medíocres forças. Estudou hum anno lógica e tres casos de conciência, foy hum anno menistro do Collégio de Nangasaqui e dous deste Collégio. Sabe mediocremente a língoa de Japam. Feito Coadjutor no anno de 616.

53. Padre Pero Paulo Navarro, Italiano, de Laino, do reyno de Nápoles, de idade de 58 annos e da Companhia 38, de boas forças. Ouvio o curso das Artes, dous annos de theologia. Sabe muito bem a língoa de Japão e prega nella. Foy feito Professo de 4 votos no anno de 1601.

54. Padre Pedro Morejón, Castelhano, de Medina do Campo, diocesi de Valla...[dolid], de 55 annos de idade e da Companhia 40 annos, de medíocres forças. Acabou seus estudos de philosophia e theologia. Foi Reytor das partes do Cami 9 annos e agora ... [está] em Europa, aonde foy por Procurador eleito no 2.º lugar. Sabe bem a língoa de Japão e prega nella. Foy feito Professo de quatro votos no anno de 1602.

55. P.e Pedro Márquez, Português, natural de Mouram, arcebispado de Évora, de idade de ..2 annos, e da Companhia 25, de boas forças. Acabou seus estudos de philosophia e theologia, leo tres annos, da Missão de Cochinchina . Sabe mediocremente a língoa de Japão. Feito Professo de quatro votos no anno de 616.

56. P.e Pero Martinz, Portuguez, natural da villa de Estre[moz], arcebispado de Évora, de idade de 34 annos e da Com-

panhia 18, de boas forças. Acabou o curso de philosophia e estudou tres annos de theologia. /87v/

57. P.e Ruy Gómez, Portuguez, de Lixboa, de idade de 59 annos e da Companhia 33, de boas forças, e foy dous annos ministro do Collégio de Nangasaque. Estudou casos dous annos. Sabe mediocremente a língoa de Jappão. Foy feito Coadjutor Espiritual formado no anno de 1603.

58. Padre Sebastião Vieyra, Portuguez, da villa de Crasto Dario, bispado de ... [Porto], de idade de 44 annos e da Companhia 28, de medíocres forças. Acabou seus estudos de philosophia e theologia. Foy Procurador da Província em Macao tres annos e em Japão outros tres; é agora também Procurador de Japão em Macao. Sabe mediocremente a língoa de Japão. Foy feito Professo de 4 votos no anno de 1611.

59. P.e Sebastião Quimura, Japão, natural de Firando, terras do reyno de Figen, de idade de 52 annos e da Companhia 33, de boas forças. Estudou tres annos de casos. Sabe bem as Letras de Japão e prega bem em sua língoa. Foy feito Coadjutor formado Spiritual no anno de 619.

60. Padre Thomé Thçusi, Jappão, natural de Sonongui, lugar de O ...[mura] no reyno de Figen, de idade de 48 annos e da Companhia 28, de boas forças. Estudou casos de conciência dous annos. Sabe bem as Letras de Japão e prega muito bem em sua língoa.

61. P.e Valentim Carvalho, Portuguez, de Lixboa, de idade de 59 annos e da Companhia 41, de boas forças. Acabou seus estudos de philosophia e theologia, foi feito Mestre em Artes, leo latim 7 annos, curso de Artes em Lixboa e 4 annos theologia em Macao. Foy Reitor do Collégio de Macao 8 annos, e foi 6 annos Provincial desta Província. Foy feito Professo de 4 votos no anno de 1596.

62. Padre Vicente Ribeyro, Portuguez, natural de Oeiras, arcebispado de Lixboa, de idade de 40 annos e da Companhia 22, de medíocres forças. Ouvio philosophia e 4 annos de theologia. Foy ... [ministro] deste Collégio dous annos e meyo. Sabe bem /88/ a língoa de Jappão e prega muito bem nella. Foy feito Professo de quatro votos o anno de 1614.

Catálogo dos Irmãos de Jappão no mesmo anno de 1617.

63. Irmão Ambrózio Fernández, Portuguez, natural da aldea do Sisto, diocese do Porto, de idade 66 annos e da Companhia 39, de boas forças. Foy 21 annos sotto-ministro do Collégio de Nangasaqui e há 4 que ajuda o Procurador da Província ... Foy feito Coadjutor Temporal formado o anno de 1591.

64. Irmão Agostinho Ota, Japão, natural de Uracami ... do reyno de Fijen de idade de 42 annos e da Companhia 15, de boas forças. Sabe mediocremente as Letras de Japão e prega polas Residencias. Hé estudante.

65. Irmão Aleixo Xinsi, Japão, natural do reyno de Bungo, de idade de 52 annos e da Companhia 28, de medíocres forças. Sabe mediocremente as Letras de Japão e prega polas Residências. Hé Coadjutor Temporal.

66. Irmão André Saito, Japão, natural do reyno de Bungo, de idade de 48 annos e da Companhia 19, de medíocres forças. Sabe mediocremente as Letras de Jappão e prega polas Residência. Hé Coadjutor Temporal.

67. Irmão André Amacusa, Japão, natural do reyno de Fingo, de idade 54 annos e da Companhia 36, de boas forças. Sabe mediocremente as Letras de Japão e prega polas Residências. Hé Coadjutor Temporal.

68. Irmão André Noma, Japão, natural da cidade de Gu[i]fu, do reyno de ... [Mino], de idade de 32 annos e da Companhia 7, /88^{v}/ de fracas forças. Estudou seis annos de latim. Sabe muito bem as Letras de Japão, e ao prezente as ensina no Seminário, e prega bem em sua língoa.

69. Irmão Balthazar Correa, Portuguez, de Santiago, do bispado de Lamego, de idade de 59 annos e da Companhia 36, de medíocres forças. Foi sotto-menistro no Collégio de Goa hum anno, outro[s] dous em Macao e tres em Japão. Foy feito Coadjutor Temporal formado no anno de 1591.

70. Irmão Bertholameu Rioxei, Japão, natural do reyno de Bungo, de idade de 55 annos e da Companhia 22, de medíocres forças. Sabe mediocremente as Letras de Japão e prega bem em sua língoa Hé Coadjutor Temporal.

71. Irmão Constantino, Japão, natural de Isafay, lugar do bispado de Figen, de idade de 51 annos e da Companhia 22, de medíocres forças. Leo latim dou[s] annos, estudou anno e meyo casos de conciência. Sabe mediocremente as Letras de Japão.

72. Irmão Christóvão, Japão, natural do reyno de Bungo, de idade 45 annos e da Companhia 15, de boas forças. Sabe mediocremente as Letras de Japão e prega polas Residências. Hé Coadjutor Temporal.

73. Irmão Diogo Pereyra, filho de Portuguez, nascido na Índia, na cidade de Couchim, de idade 64 annos e da Companhia 44, de muito fracas forças. Foy feito Coadjutor Temporal formado o anno de 1591.

74. Irmão Diogo Xibata, Japão, natural de Notçu, lugar do reyno de Bungo, de idade de 53 annos e da Companhia 14, de

fracas forças. Sabe bem as Letras de Japão e prega polas Residẽncias. Hé Coadjutor Temporal.

75. Irmão Diogo Yuqui, Japão, natural do reyno de Ava, do ..., de idade 42 annos e da Companhia 22, de boas forças. /89/ Estudou casos tres annos, leo latim sinco annos. Sabe bem a Letras de Japão e prega bem em sua língoa.

76. Irmão Domingos Dias, Portuguez, de Lisboa, de idade de 60 e hum annos e da Companhia 36, de fracas forças. Sabe bem a língoa de Japão e ajuda na cultivação dos christans. Foy feito Coadjutor Temporal formado no anno de 1601.

77. Irmão Francisco Fernández, Portuguez, de Montemor-o-Novo, diocese de Évora, de idade 66 annos e da Companhia ..., de medíocres forças. Sabe bem a língoa de Japão. Foy feito Coadjutor Temporal formado o anno de 1593.

78. Irmão Francisco Calado, Portuguez, natural de Soure, bispado de ... [Coimbra], de idade de 27 annos e da Companhia oito, de boas forças. Hé Coadjutor Temporal.

79. Irmão Ga[s]par de Payva, Portuguez, de Lamego, de idade de 59 annos e da Companhia 32, de medíocres forças. Sabe mediocremente a língoa de Japão. Foy feito Coadjutor Temporal formado o anno de 1600.

80. Irmão Gaspar Sadamatçu, Japão, natural do Fasami, lugar de Omura, do reyno de Figen, de idade de 51 annos e da Companhia 39 annos, e de boas forças. Sabe bem as Letras de Japão e prega polas Residências. Coadjutor formado Temporal.

81. Irmão Gómez Sungui, Japão, de Yamanguchi, lugar do reyno de Suvo, idade de 70 annos e da Companhia 34. Sabe bem mediocremente as Letras de Japão. De medíocres forças. Foy feito Coadjutor Temporal formado o anno de 1600.

82. Irmão João Bauptista Pece, Italiano, de Catanzaro, do reyno de Nápoles, de idade 57 annos e da Companhia 37, robusto. Foi feito Coadjutor formado Temporal o anno de 1601. /89v/

83. Irmão ... [João Bernar]des, Portuguez, de Lixboa, de idade de 54 annos e da Companhia 36, e robusto. Foi sotto-ministro no Collégio de Macao oito annos e em Jappão 19 annos. Foi feito Coadjutor Temporal formado o anno de 1602.

84. Irmão João Ya[ma], Jappão, do reyno de Tçunocuni, de idade de 51 annos e da Companhia 30, de boas forças. Sabe bem as Letras de Japão e prega polas Residências. Hé Coadjutor Temporal.

85. Irmão Ignacio Cato, Jappão, da ilha de Macasa [Amacusa], do reyno de Fingo, de idade de 44 annos e da Companhia 15, de medíocres forças. Sabe mediocremente as Letras de Japão e prega pollas Residências. Hé Coadjutor Temporal.

86. Irmão Jorge Tonno, Japão, natural de Conga, lugar do Tacacu, do reyno de Figen, de idade de 42 annos e da Companhia 10, de boas forças. [Foi] dous annos sotto-ministro do Seminário [e tres na Casa] Reitoral de Myaco. Sabe mediocremente as Letras de Japão. Hé Coadjutor Temporal.

1. *Conclusionis gratia resumimus*: Catalogus Primus Macaensis Octobris 1617 e praejacenti Catalogo Primo Macaensi anni 1614, sub finem anni composito, qui etiam Patres in Sinis degentes comprehendebat, factus est. Exemplar A ita concinnatum esse videtur, ut exemplar Catalogi anni 1614 multis correctionibus auctum transcriptione in novum Catalogum transformaretur. Defuncti, dimissi, profecti in Indiam, cum deleti non essent modo evidenti, in novum Catalogum transierunt. Quando vero compositum est exemplar B, jam mortuorum, dimissorum, profectorum ratio habita est.

2. Exemplar A istius Catalogi iisdem proprietatibus distinguitur ac exemplar A Catalogi Japonici Junii 1617. E contra, exemplar B Catalogi praesentis easdem proprietates ostendit ac exemplar B Catalogi Japonici Junii 1617: B quasi textum contractum continet, in quo fere verba essentialia retinentur.

3. Textus A, ut patet, non potest descendere a textu B, in quo informationes de iis, qui jam defuncti, dimissi, profecti erant, omittuntur. Sed neque B potest descendere a forma A (*prout jacet*), quia in A mors, dimissio, profectio complurium sociorum non indicantur. Sed B aeque immediate a praecedenti Catalogo 1614, probabiliter multis correctionibus et additionibus aucto, originem trahit, sive agatur de eodem exemplari Catalogi 1614, in quo etiam A fundatur, additis tamen novis correctionibus, sive in alio, aliquantum differenti.

4. Diximus formam B istius Catalogi Macaensis correspondere formae B Catalogi Japonici, Junio 1617 facti (vel potius, ut ostendimus, non ante finem Maji 1618 concinnati): sed Catalogus iste Macaensis concisa verborum brevitate, quae in B non casu, sed voluntate adhibita est, ab aliis Catalogis Primis magna evidentia distinguitur; simul auctor praesentis Catalogi numeros quidem Catalogi praecedentis retinet, sed

---

[30] Matthaeus de Couros ad P. Nunium Mascarenhas, Assistentem, Nagasaki, 25. Septembris 1619, lus., autogr., *J. 35*, 132v.

[31] Cf. J. Fr. Schütte, S. J., *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan I, 1*, pag. 127.

informationes, quae de mortuis, dimissis, profectis erant, delet; addit autem rationem, ob quam quisque e numero sociorum exciderit; modus iste etiam in exemplari B Catalogi Japonici Junii 1617 tenetur, dum ab aliis Catalogis Primis longissime distat. Quare non dubitamus auctorem *exemplaris B* utriusque Catalogi, Japonici nempe et Macaensis, unam eandemque personam esse (quidquid de cetero sit de auctore vel auctoribus correctionum in praecedentem Catalogum anni 1614 inductarum).

5. *Exemplar A* utriusque Catalogi, Japonici et Macaensis, uno eodemque modo, ab aliis Catalogis Primis sat distante, exaratum est; retinet enim Catalogi praecedentis numerationem; porro socios, qui post ultimum Catalogum defuncti, dimissi, profecti erant, in textu *non* delet; vix dubium, quin etiam textus utriusque exemplaris A (Catalogi Japonici et Catalogi Macaensis) ab uno eodemque auctore in istam formam redactus sit.

6. De compositione duplicis formae A et B utriusque Catalogi, Japonici nempe, Junii 1617, et Macaensis, Octobris 1617, fontes *externi* desiderantur. Qua de causa multae quaestiones circa utrumque Catalogum hodiedum sine responso remanent. Difficillime enim e textuum tam singulari modo concinnatorum *internis* notis de auctore, seu de auctoribus, ac de origine istorum Catalogorum judicatur. Ne illud quidem statui potest, quam partem amanuensis saeculi XVIII. in exarando textu habuerit: num Catalogos jam forma, qua nunc exstant, in Archivo Macaensi invenerit, an duo exemplaria utriusque praecedentis Catalogi anni 1614 (Japonici et Macaensis), vario modo correctionibus aucta, meliore qua potuit arte, transscripserit.

7. E dictis patet utrumque Catalogi exemplar, A et B, caute omnino adhibendum esse, ne multis erroribus ansa praebeatur. Sed A et B *simul sumpta et inter se comparata* pretio historico non destituuntur.

8. *De modo edendi* vide quae sub numero V. introductionis ad Catalogum Primum Japonicum Junii 1617 dicta sunt.

53

Textus A

Ajuda 49-V-7 91^v-94^v

Catálogo das Informaçoens Commuas
dos Padres e Irmãos do Collégio de Madre de Deos
de Macao, renovado no mez de
Outubro de 1617. /92/

15. Padre Manoel Dias, Portuguez, natural de Alphalham, Bispado [de Porta]legre, de idade de 58 annos e da Companhia 41, de boas forças. [Ouvio] o Curso das Artes e tres annos de theologia. Foi na Índia Superior de Tana e Chaul 4 annos, Companheiro do P.e Alexandre Valignano, Visitador, tres. Reitor do Collégio de Macao duas vezes, huma 3 annos e meio, e por outros 4 tres e meio [!] Foy por Superior de tres Residências / que estã[o] pola China adentro, seis annos./Feito Professo de 4 votos no anno de 1595.

16. P.e Diogo Pinto, Portuguez, natural de Quintella, Bispado de ..., de ... annos de idade e da Companhia 52, de fracas forças. Acabou o Curso das Artes, e ouvio dous annos de theologia. Leo dous annos latim, e hum Casos de conciência. Foy tres annos ministro do Collégio de Macao. Foi feito Coadjutor Espiritual formado no anno de 1588.

17. P.e Francisco Laguna, Castelhano, de Entreva, Bispado de [Ca]llahora, de idade de 65 annos, e da Companhia 47, de boas forças. Acabou seus estudos de philosophia e theologia. Leo theologia moral 12 annos. Foy menistro do Collégio de Macao dous annos e meio. Fez profissão de 4 votos no anno de 1603.

18. P.e João Rodríguez, Português, natural de villa Cernancelhe, Bispado de Lamego, de 56 annos de idade, e da Companhia 39, de boas forças. Ouvio o Curso de philosophia, e 4 annos de theologia. Leo ... annos latim. Foi 12 annos Procurador desta Província. Foi feito Professo de 4 votos o anno de 1601. Sabe muito bem a língua de Japão, e prega nella.

19. P.e Manoel Gaspar, Português, da cidade de   , de idade de 58 annos, e da Companhia 38, de boas forças. Acabou o Curso de philosophia, e ouvio tres annos de theologia. Leo latim tres annos, e Casos de conciência hum anno. Foy Procurador do Collégio de S. Paulo de Goa, e das Províncias da Índia 7 annos.

4-5 *In fine f.* 91^v 15 *quod initio pag. seq. repetitur.* || 11-12 *Ms. erronee invertit* que estã[o] — seis annos/Foy por — Residências].

Foi Procurador de Japão em Macao 5 annos. Foi ministro do Collégio de Baçaim hum anno, e Vicereitor do mesmo Collégio perto de outro. Fez profissão de 4 votos ... de 16 ...

20. P.e Jerónymo Centimano, Italiano, da cidade de no reyno de Nápoles, de idade de 53 annos, e da Companhia 36, de medíocres forças. Ouvio philosophia sendo secular, e na Companhia Casos de conciência 2 annos. Ensinou humanidade 2 annos. Foi Coadjutor Spiritual formado no anno de 1598. /92v/

21. P.e Jerónymo Rodríguez, Portuguez, de Montemor-o-Novo, Arcebispado de Évora, de idade de 42 annos, e da Companhia 25, de boas forças. Ouvio o Curso das Artes, e tres annos de theologia. Leo latim anno e meio, e theologia 5 annos. Foy tres annos Reytor deste Collégio de Macao. Professo de 4 votos no anno de 616.

22. P.e Francisco Boldrino, Italiano, de Roma, de idade de 41 annos, e da Companhia 24, de boas forças. Acabou seus estudos de philosophia sendo secular, e na Companhia ouvio 4 annos de theologia. Leo dous annos Escritura na Índia, sinco ... de theologia neste Collégio. Foy feito Professo de quatro votos no anno de 1612.

23. P.e Francisco Busomi, Italiano, da cidade de Nápoles, de idade de 41 annos, e da Companhia 24, de medíocres forças. Estudou philosophia, e quatro annos theologia. Foi ministro na Caza Professa de Nápoles dous annos. E 5 annos leo theologia neste Collégio.

24. P.e João Gonsálvez, Portuguez, de Santa Maria de Bargens, Arcebispado de Braga, de idade de 78 [! *sed leg.* 48] annos, e da Companhia 29, de medíocres forças. Ouvio philosophia, e tres annos theologia. Foy 4 annos ministro. Foy Procurador deste Collégio 12 annos. Foy feito Coadjutor Espiritual formado o anno de 1612.

25. P.e [Francisco Taveira], de pay Portuguez, natural da cidade de Macao, de idade de 42 annos, e da Companhia 20, de fracas forças. Estudou o Curso das Artes, e 4 annos de theologia. Leo 3 annos de humanidade, dous annos de philosophia, e 6 mezes Casos de conciência. Foy dous annos Procurador deste Collégio.

26. Padre Miguel Cabral, Portuguez, de Villa Real, Arcebispado de [Braga], idade de 40 annos, e da Companhia 19, de boas forças. Acabou o Curso de philosophia, e ouvio perto de tres annos de theologia. Leo sinco annos latim.

27. P.e Francisco Carvalho, Portuguez, da cidade de Lixboa, de idade de 51 annos e da Companhia 31, de fracas forças. Ouvio Casos de conciência 3 annos. Ensinou 4a escola de leer e escrever

42-43 *In fine f. 92 21 quod initio pag. 92v repetitur.*

18 annos. Foi feito Coadjutor Esperitual formado no anno de 1612. / f. 93 /

28. P.e Manoel Fernández, Portuguez, natural de Tentugal, Bispado de Coimbra, de idade de 29 annos, e da Companhia 16, de mediocres forças. Acabou o Curso das Artes, ouvio 3 annos de theologia. Foi Mestre dos Noviços hum anno e 7 mezes; e foy ministro deste Collégio dous annos e meio.

29. P.e Manoel López, Portuguez, de Abrantes, Bispado da Guarda, de idade de 34 annos, e 14 da Companhia, de boas forças. Ouvio annos e meio de Cánones sendo secular, e na Companhia acabou o Curso das Artes, ouvio tres annos de theologia. Foi Mestre dos noviços 4º annos. Leo theologia hum anno ... Casos dous e meyo ... ainda.

30. P.e Manoel Barreto, Português, da , Bispado do Porto, de idade de annos, e da Companhia 38, de boas forças. Ouvio o Curso anno e meyo de theologia. Leo sete annos latim no Seminário de Japão. Sabe bem a língua de Japão, e prega nella. Procurador de Japão foy 4 annos neste Collégio. Foi feito Coadjutor Espiritual formado no anno de 1[6]16.

31. P.e João [Vremano], Dalmata, d'Espaluto, idade 35 annos, da Companhia 18, forças mediocres. Ouvio philosophia, e mais dous annos theologia. Leo humanidade hum, é mathemático.

32. P.e [Christóvão] Brono, Italiano de Milão, de idade de 34 annos, e da Companhia 16, forças . Ouvio philosophia, e theologia 4 annos. [Leo] humanidade, e dous mathemática.

33. P.e Estévão Coelho, Portuguez, de Abrantes, Bispado da Guarda, de idade de 34 annos, e da Companhia 13, de boas forças. Ouvio o Curso das Artes, quatro annos de theologia. Leo latim hum anno.

34. P.e Francisco de Pina, Portuguez, da cidade da Guarda, de idade de 35 annos, e da Companhia 12, de boas forças. Ouvio o Curso das Artes e quatro annos de theologia.

35. P.e António Freyre, Português, da Villa Nova de [Portimão], Bispado do Algarve, de idade de 30 annos, e da Companhia 14, de boas forças. Estudou o Curso das Artes, e 4 annos de theologia. E leo /f. 93v/ o Curso das Artes tres annos, é agora ... ministro.

36. P.e Manoel Carvalho [= Coelho], Português, da villa de Góes, Bispado de Coimbra, de idade de 31 annos, e da Companhia 15, de boas forças. Leo hum anno gramática. Estudou o Curso das Artes, e quatro annos de theologia.

37. P.e [António de Sousa]

38. P.e [Pero Soárez?]

77-78 *In fine f. 92v* 28 *quod initio pag. 93 repetitur* || 112 *In fine f. 93* o Curso *quod initio pag. 93v repetitur.*

Irmaons

39. Irmão Diogo Leytão, Portuguez, do Concelho de S. Martinho de Mouros, Bispado de Lamego, de idade de 50 annos, e da Companhia 26, de boas forças. Foy sotoministro deste Collégio, e agora ... Fez votos de Coadjutor Temporal formado o anno de 16..

40. Irmão Gonsalo Francisco, Portuguez, de Bonbassas, Arcebispado de Braga, de idade de 51 annos, e da Companhia 28, de boas forças. Fez os votos de Coadjutor Temporal formado o anno de 1604.

41. Irmão Vicente Carruba, Italiano, de Palermo, de idade 45 annos, e da Companhia 25, robusto. Occupa-sse nos offícios de caza. Hé Coadjutor Temporal.

42. Irmão André Pinto, Portuguez, da cidade de Lamego, de idade 34 annos, e da Companhia 14, de boas forças. Hé Coadjutor Temporal no anno de 16...

43. Irmão João Bras, Portuguez, das Monteyras, Bispado de Lamego, de idade de 45 annos, e da Companhia 13, de boas forças. Faz os offícios de caza. Hé Coadjutor Temporal formado no anno de 617.

44. Irmão António Dias, Portuguez, natural de ..ge [= Ega], Bispado de Coimbra, de idade 32 annos, e da Companhia 10, de boas forças. Ocupa-sse nos offícios de caza. Hé Coadjutor Temporal. /94/

45. Irmão Belchior Ribeiro, Portuguez, natural da freguesia de S. Pedro de Terrados, Arcebispado de Braga, de idade de 28 annos, e da Companhia 7, de boa forças. Hé enfermeyro e Coadjutor.

46. Irmão António Pinhão, Portuguez, de Punhete, Bispado de Guarda, de idade de 26 annos, e da Companhia 2, de boas forças. Coadjutor Temporal.

47. Irmão Manoel de Andrade, Portuguez, de Coimbra, de idade de 38 annos, e da Companhia 7, de medíocres forças. Hé Coadjutor Temporal.

48. Irmão Gonsalo da Sylva, Portuguez, de Lixboa, de idade de 25 annos, e da Companhia 2, de medíocres forças. Occupa-sse nos offícios de casa. Hé Coadjutor Temporal.

49. Irmão Thomé de Mattos, Portuguez, de Telha, Arcebispado de Lisboa, de idade 28 annos, e da Companhia 2, hum mes; de boas forças. Hé Coadjutor Temporal, e ao prezente refeitoreyro.

50. Irmão Belchior da Gama, Português de ... , de idade de 32 annos, e da Companhia 5, de medíocres forças. Hé Coadjutor Temporal. Foi aqui ...

---

136 Faz] *ms.* foi || 141-2 *In fine f. 93v 45 quod initio pag 94 repetitur*

51. Irmão Jozeph Correa, Portuguez, de Villa Longa, Arcebispado de Lisboa, de idade de 25 annos, e da Companhia ..., de boas forças. Hé Coadjutor Temporal.

52. Irmão [António] de Ponte, Portuguez, natural de Crasto de Airo, Bispado de Lamego, de idade de 34 annos, e da Companhia 7, de boas forças. Hé Coadjutor Temporal.

53. Irmão Máncio, Japão, de Arrima, cidade de Tatacu [= Tacacu], no reyno de Figen, de idade de 36 annos, e da Companhia 5, de fracas forças. Hé Coadjutor Temporal.

54. Irmão Francisco de Araújo, Português, da ilha de S. Miguel, de idade de 33 annos, e da Companhia 4, de boas forças. Hé Coadjutor Temporal. /94v/

55. P.e João Vromano, natural de Spalato, cidade de , de idade de 35 annos, da Companhia 18, de forças medíocres. Estudou philosophia tres annos, e theologia dous annos e alguma cousa mais ... / hum anno de humanidade, de mathemática cinco annos.

56. P.e Christóvão No ... [=Brono], natural de Milão, de idade 34 annos, de boas forças, da Companhia 16. Estudou philosophia, e quatro annos inteyros de theologia. Leo tres annos gramática, e dous de mathemática.

53

Textus B

Ajuda 49-IV-66 110-111v

Catálogo 1º das In[formações com]muas dos
Padres e Irmãos do Collégio [de Macao.
feito em Outu]bro de 1617*

Padres

1. O P. Manoel Dias, Portuguez, [de Alpalham, Bispado] de Portalegre, annos de idade 58, de Companhia 4[1] ... tres annos / 110v / theologia. Foi Superior de Tana e Chaul quatro annos, e Companheiro do Vizitador Alexandre Valignano 3, e Reitor do Collégio de Macao duas vezes, cada vez tres annos e meyo, e dentro

172 *In fine f. 94* 55 *quod initio pag. 94v repetitur* || 6-7 *In fine f. 110* theologia *quod initio f. 110v repetitur*

* In parte inferiori paginarum pars chartae excidit: quo facto lacunae in textu ortae sunt, quae titulum et numeros 1 9-15 25-29 afficiunt.

da China Superior de tres Rezidências seis annos. Professo de 4 votos, anno de 1595.

2. O P. Diogo Pinto, Portuguez, de Guintenlla [= Quintella], Diocesi de Miranda. Annos de idade 71, de Companhia 52, de forças fracas. Ouvio philosophia, e dous annos theologia. Leo dous annos latim, e hum anno Cauzos (!). Foi trez annos ministro do Collégio de Macao. Coadjutor Spiritual formado de 1588.

3. Hé falecido[1].

4. O P. João Rodríguez, Portuguez, de Sernache [= Sernancelhe], Diocesi de Lamego. Annos de idade 56, de Companhia 39, forças boas. Ouvio philosophia e theologia. Leo 4 annos latim. Foi Procurador da Província 12 annos. Sabe bem a léngua de Jappão, e prega nella. Hé Professo de 4 votos em 1601.

5. Está Provincial de Goa[2].

6. Foi perá Província de Goa[3].

7. O P. Jerónymo Rodríguez, Portuguez, de Montemor o Novo, Diocesi de Évora, annos de idade 48, de Companhia 25, forças boas. Ouvio philosophia e trez annos theologia. Leo latim anno e meyo, theologia 5, vay em trez que hé Reitor deste Collégio.

8. O P. Francisco Boldrino, Italiano, de Roma, annos de idade 41, de Companhia 24, forças boas. Ouvio philosophia secular, e theologia da Companhia. Leo dous annos Escritura na Índia, e sinco theologia neste Collégio de Macao. Professo de 4 votos em 1612.

9. O P. Francisco Buloni [= Buzomi], Italiano, de Nápoles, annos de idade 41, de Companhia 24, forças medíocres. Ouvio philosophia e theologia. Foi ministro na Caza Professa de Nápoles dous annos. Leo theologia neste Collégio sinco.

10. O P. João Gonsalves, Portuguez, de Santa Maria de Bargens, Diocesi de Braga, annos de idade 48, de Companhia 29, forças medíocres. Ouvio philosophia, e theologia trez annos. Foi ministro deste Collégio 4 annos, e vay em [ ] de Procurador. Coadjutor [Spiritual] formado em 1612.

11. O P. Franc[isco Taveira], Portuguez, de Macao, annos de idade 42, de Companhia 20, for[ças ......]. [Ouvio] philosophia e theologia. Leo philosophīa dous annos, latim trez annos [.....] ezes. Foi dous annos Procurador deste Collégio.

---

1 P. Franciscus de Laguna die 28. Maji 1617 in Collegio Macaensi obiit: *AHU 1659* f. 102; cf. *J. 35* 63v et *J. 114* 141v.

2 P. Emmanuel Gaspar in Indiam rediit, ubi jam anno 1618 recensetur: *Goa 25* 27v.

3 Etiam P. Hieronymus Centimano in Indiam profectus est, ibique jam anno 1618 recensetur: *Goa 27* 36.

4 P. Michael Cabral ultimo trimestri 1615 Macai dimissus est: *J. 16 I* 237; cf. *J. 16 II* 292 et *J. 25* 107.

12. Dimissus[4].

13. Está Provincial de[5] [.....].

14. O P. Manoel Fer[nández, Portuguez], de Tentugal, Diocesi de Coimbra, annos de idade 33, de Companhia [?, forças medío]cres. Ouvio philosophia e theologia. Mestre dos Noviços h[um anno .....], e dous e meyo ministro deste Collégio.

15. O P. Manoel [López, Portuguez, de] Abrantes, Diocesi da Guarda, annos /111/ de idade 34, de Companhia 14, forças boas. Ouvio secular 4 annos Cánones, e na Companhia philosophia trez annos, e theologia. Mestre dos Noviços 4. Leo theologia hum, e cauzos (!) dous e meyo.

16. O P. Manoel Barreto, Portuguez, Diocesi do Porto, annos de idade 53, de Companhia 38, forças boas. Ouvio philosophia e hum anno e meyo theologia, e [leo] latim sete. Sabe bem a língua de Jappão, e prega nella. Foi 4 annos Procurador de Jappão neste Collégio. Coadjutor Espiritual formado no anno de 1600.

17. O P. João Vremano, Dalmata, de Spalato, annos de idade 35, de Companhia 18, forças medíocres. Ouvio philosophia, e dous annos theologia. Leo humanidades hum anno, e matamática sinco annos.

18. O P. Christóvão Brono, Italiano, de Milam, annos de idade 34, de Companhia 16, forças boas. Ouvio philosophia e theologia. Leo trez annos humanidades, e dous matamática.

19. O P. Estévão Coelho, Portuguez, de Abranche[s], Diocesi de Guarda, annos de idade 30, de Companhia 13, forças boas. Ouvio philosophia, e trez annos theologia.

20. O P. Francisco de Pina, Portuguez, da cidade de Guarda, annos de idade 31, de Companhia 12, forças boas. Ouvio philosophia, e trez annos theologia.

21. O. P. António Freire, Portuguez, de Villa Nova de Portimão, Diocesi do Algarve, annos de idade 30, de Companhia 14, forças boas. Ouvio philosophia, e tres annos theologia.

22. O P. Manoel Coelho, Portuguez, da villa de Góes, Diocesi de Coimbra, annos de idade 31, de Companhia 15, forças boas. Leo latim hum anno. Ouvio philosophia, e trez annos theologia.

23. O P. António de Souza, Portuguez, de Covilhão, Diocesi da Guarda, annos de idade 28, de Companhia 14, forças boas. Ouvio philosophia, e tres annos theologia.

24. Dimissus[6].

---

83 14] *antea* 28 *quod est deletum*

---

[5] P. Franciscus Carvalho in Indiam se contulit, ubi per plures annos in Provincia Cochinensi recensetur (in Catt. *Goa 29*). Unde postea Macaum rediit.

[6] Videas, quae in introd. ad hunc Catalogum supra III, 2 b de P. Petro Soárez (per conjecturam) innuimus.

Irmãos

25. O Ir. Diogo Leitão, Portuguez, do con[selho de S.]Martinho de Moura, Diocesi de Lamego, annos de idade [, Compan]hia 26. Foi sottoministro deste Collégio. Forças boas. Coad[jutor Temporal] formado em 1613.

26. Hé falecido [7].

27. O Ir. Vicente Carruba, Cicilian[o], annos de idade 45, de Companhia 25, robusto. Ocupa-se [nos offícios de ca]za. Coadjutor Temporal.

28. O Ir. André Pinto, de Lamego, a[nnos de idade], de Companhia 14, forças boas. Coadjutor Temporal.

29. O Ir. João Bras, Portuguez, das [Monteiras], Diocesi de Lamego, annos /111v/ de idade 45, de Companhia 13, forças boas. Faz os offícios de caza. Coadjutor Temporal.

30. O Ir. António Dias, Portuguez, de Ega, Diocesi de Coimbra, annos de idade 32, de Companhia dez. Occupa-sse em os offícios de caza. Coadjutor Temporal.

31. O Ir. Belchior Ribeyro, Portuguez, de S. Pedro de Terrados, Diocezi de Braga, annos de idade 28, de Companhia, 7, forças medíocres Coadjutor Temporal. Enfermeyro.

32. O Ir. António Pinhão, de Punhete, Diocesi de Guarda, annos de idade 26, de Companhia 7, forças boas. Coadjutor Temporal.

33. O Ir. Manoel de Andrade, Portuguez, de Coimbra, annos de idade 28, de Companhia 7, forças medíocres. Coadjutor Temporal.

34. Dimissus [8].

35. Dimissus [9].

36. O Ir. Belchior da Gama, Portuguez, de Elvas, annos de idade 32, de Companhia 5, forças medíocres. Coadjutor Temporal.

37. O Ir. Dámazo Correa, Portuguez, de Villalonga, Diocesi de Lixboa, annos de idade 25, de Companhia 7, forças boas. Coadjutor Temporal.

38. O Ir. Mança Guivi [?] [Ir. Máncio João II = Itō João], Jappão, de Firando, annos de idade 36, de Companhia 5, forças fracas. Coadjutor Temporal.

39. Dimissus [10].

---

[7] Fr. Gundisalvus (Gonçalo) Francisco die 4. Octobris 1616 Macai mortuus est: AHU 1659 f. 101; cf. *J. 35* 63v.

[8] Fr. Gundisalvus (Gonçalo) da Silva ante diem 27. Januarii 1616 jam dimissus erat: *J. 25* 107.

[9] Fr. Thomas de Matos post Catalogum Oct. 1617 in Catalogis non jam recensetur: neque in Catt. Japoniae (*J. 25*), neque Sinarum (*J. 134*), neque Provinciae Goanae (*Goa 25*).

[10] Fr. Franciscus de Araújo ante diem 27. Januarii 1616 dimissus erat: *J. 25* 107.

54

BREVE RELAÇAM DO NÚMERO DOS OBREIROS E DOS LUGARES, POR ONDE DISCORRERAM, DESDO ANNO DE 614 ATTÉ O PRESENTE DE 617, POR JAPAM, OCCUPANDO-SE EM CONSERVAR E CULTIVAR AQUELLA CHRISTANDADE, TODO O TEMPO DESTA ÚLTIMA PERSEGUIÇAM

1. *P. Hieronymus Rodriguez senior*[1], ex oppido Monforte, Dioeceseos Elvas, anno 1585 Societatem Jesu in Lusitania ingressus ac post decem annos, anno 1595, in Indiam profectus, anno 1600 (die 13. Augusti) in Japoniam advenit; sub finem proximi anni 1601 ad superiores Japoniae partes missus, per plures annos primum in Fushimi (prope metropolim Miyako), deinde in regione septentrionali (« Hokkoku »), degit; per tres annos (ante Patrum exilium), scl. fere a vertente anno 1611/12 usque ad Octobrem 1614, Collegii Nagasakiensis Rector fuit. Cum ceteris in exilium ejectus, e navi clam se subtrahere et in Japoniam reverti potuit; et naviculam quidem suam ad superiorem Japoniam direxit, sed bello exorto per mensem fere per varios portus vagans, tandem in urbe Hiroshima per duos menses delituit; accepto autem nuntio de Provincialis profectione Macaum, ipse fere mense Februario 1615 ad portum Nagasaki reversus Viceprovincialis munus in se suscepit; quod usque ad diem 18. Julii 1617 gessit; et die 14. Octobris 1617 Superiorum jussu Macaum revocatus est.

2. Qui in ipsa Japonia Viceprovincialis officio fungens, de numero sociorum sui Ordinis, necnon de aliorum Ordinum Patribus Fratribusque, tunc in Japonia degentibus, et de modo procedendi, quem singula haec Instituta religiosa tenebant, optime instructus erat. Occasionem autem, de his, quae ipse vidisset et expertus esset, scribendi, praebuit ei *Relatio quaedam, ab aliquo membro Dominicanae familiae (cuius nomen tacet*[2]*) composita,* in qua socius ille Ordinis Praedicatorum de

---

[1] Vide ejus vitam in vol. nostro *Biographiae.*

[2] De Relatione illa Dominicana haec, quae sequuntur, statui posse videntur:

a) *Titulus* illius a P. Hieronymo Rodríguez expressis verbis non refertur; qui forsitan in titulo Responsi Viceprovincialis continetur « Reposta dada a huma / *Relação sobre a Christandade de Japão neste tempo da perseguição, feita per hum Religioso de S. Domingos* / cum menos informação do que convinha »; quem titulum (si vero ita titulus Relationis O. P. positus erat) lingua hispanica scriptum fuisse vix est cur in dubium vocetur.

b) Neque *auctorem* P. Hieronymus Rodríguez nominat; quem e septem Patribus O. P., qui Novembri 1614 in Japonia remanserunt, fuisse auctor Responsi disertis verbis asserit. Quorum nomina P. Pablo Fernández O. P. in opere *Dominicos donde nace el Sol* (Barcelona 1958) pag. 86 ita indicat: « Asi se quedaron en la Misión los PP. Francisco de Morales, Jacinto Orfanell, José Salvanés, Alonso Navarrete, Juan Rueda, Alonso de Mena, y Tomás

persecutione in Japonia (ubi ipse versabatur) vigente, et de Martyribus anno 1617 pro Fide interemptis, refert. In qua, cum aliqua minus recta in detrimentum Societatis affirmarentur, P. Hieronymus Rodríguez rerum veritatem exponere atque ita errores dictae Relationis corrigere studuit.

Zumárraga, Vicario Provincial ». E quibus P. Alphonsus Navarrete certo ut auctor excludi potest; nam in Relatione illa Dominicana de ejus martyrio refertur.

c) *Tempus, quo Relatio* O. P. composita est, e Responso P. Hieronymi Rodríguez cognoscitur: nam in ea etiam de eventibus, qui anno 1617 acciderunt, agitur; eodemque anno 1617 Relatio illa in manus P. Hieronymi Rodríguez incidit, qui Responso a se redacto die 15. Decembris 1617 in civitate Macaensi, ad quam die 14. Octobris 1617 e Japonia profectus erat, subscribit. Qua de causa Relatio illa Dominicana vel tota composita, vel saltem ad terminum perducta esse non potuit nisi *anno 1617*. Neque multo ante ejusdem P. Hieronymi Rodríguez profectionem e Japonia redacta esse potuit; ille enim die 14. Octobris e Japonia abiit; sed in Relatione Dominicana non solum de martyrio P. Johannis Baptista de Machado S. J. et P. Petri de Assumptione, Franciscani, qui simul *die 22. Maji 1617* pro Christo mortui sunt, et de martyrio P. Alphonsi Navarrete O. P. et P. Ferdinandi de S. Joseph O. E. S. A. et Leonis Tanaka Catechistae, qui die 1. Junii 1617 pro Fide obierunt, refertur, sed etiam de morte pro Christo duorum Japonensium, hospitum P. Ferdinandi et P. Alphonsi, qui die 1. Octobris in ipsa civitate Nagasakiensi capite plexi sunt: ita ut Relatio illa Dominicana inter diem 1. et diem 14. Octobris 1617 ad terminum perducta sit.

d) *De iis, quae Relatio O. P. continebat,* P. Hieronymus Rodríguez sat accurate dicit: « na qual trata brevemente do muito que os Religiosos alli padecem agora, e do que têm feito *estes tres annos* (que há que dura o nosso desterro) per cultivar e conservar a Christandade naquelles reinos; tratando juntamente com a mesma brevidade dos quatro Religiosos das quatro Religiões e hum *Dôjuco* Japam que em Omura, e dos dous Japões seculares que em Nangasaqui morreram por causa da fé este anno presente de 617 ». Sed praeter ea, quae ultimis tribus annis (1614-1617) gesta erant, auctor Relationis Dominicanae *priores quosdam eventus* velut digito indicabat; quos inter P. Hieronymus Rodríguez tres nominatim effert: nam auctor Dominicanus de I. Legationes Japonica in Europam (1582-1590), improbando eam, loquebatur; de martyribus mense Februario 1597 passis agebat, severe de iis judicans, qui eorum mortem (ab initio) non ut verum martyrium agnoscebant; de principis Ōmurani (Ōmura Yoshiaki D. Sancho) defectione narrabat: cui ansam dedisset modus agendi P. Johannis Rodriguez Tçuzu, qui (ut auctor O. P. ait) « llebó pintada la ciudad de Nangasaqui al Emperador diciendo que, siendo suya, era malo que ubiesse calles sujetas a otro »: quam accusationem auctor Responsi vehementer repellit: » Parece que refere o que ouvio, mas hé grandíssima falsidade ».

e) Indicato narrationis Dominicanae objecto praecipuo, additis etiam eventibus quibusdam prioribus, ad quos illius auctor data occasione deflectit, P. Hieronymus Rodríguez non semel e Dominicana Relatione textum *verbotenus* adhibet: ita ut facile, si illa Relatio alicubi appareret, ab aliis, forsitan similibus, dignosci posset.

E locis ad verbum allegatis aliqua saltem majoris momenti hic reddimus.

* Auctor Dominicanus fere a principio suae Relationis ita dicit:

3. Relationem suam, munere Viceprovincialis jam deposito, Macai die 15. Decembris 1617 manu propria signavit: « Jeronymo Rõiz ». Quam quidem Capitulis non divisit; sed *sex partes* distingui possunt (confer

---

« De quando en quando cada uno (scl. os *Tonos*) en sus tierras da algun repelón a los pobres Christianos, de manera que van acabando e disminuyendo cada día, y los que quedan, tan atemorizados, que apenas ay quien se publique por tal, o tenga imagen, ni rosario, sino quando mucho escondido y guardado ».

Et paulo post:

« Como no tienen Padres ni predicadores que los consuelen y animen, van cayendo artos ».

** Etiam ea, quae Relatio Dominicana de captura P. Johannis Baptistae Machado refert, P. Hieronymus Rodríguez indicat; quod verbis quidem propriis, Relationi Dominicanae similibus, praestat; deinde vero ad verbum allegans prosequitur:

« No mirando a muchos que decían ser imprudencia el acudir a los Christianos en tiempos que les parecia se irritaba el Emperador, fue todos estes tres años por donde los Padres de Santo Domingo e S. Francisco iban, animando y confessando a los Christianos en todo tiempo y ocasión, aunque con recato, como los dichos Padres hacían ».

Quae verba idem P. Rodríguez deinde explicat, ab erroneis vera discernens.

*** De profectione P. Alphonsi Navarrete ad terram Ōmuranam (ubi captus est) auctor Dominicanus ita habet:

« El Pe Vicario Provincial fray Alonso Navarrete, viendo el espanto que avia caido en los Christianos, y orgullo que tenían los gentiles (scl. com a morte dos dous Padres) se determinó de ir a Omura ».

Loca, quae allegavimus sufficient, ut si alicubi Relatio illa Dominicana, quam descripsimus, appareret, illico dignosci possit.

II. Sed praeter istam Relationem O. P., quam P. Hieronymus Rodríguez suo Responso explicat atque corrigit, auctor Responsi *ad aliam quoque Relationem* se refert, a Dominicano quodam (cujus nomen tacet) compositam.

a) Altera haec Relatio, quae de eodem fere tempore (1614-1617) agebat, eodemque mense Octobri 1617 ad finem perducta erat, P. Hieronymo Rodríguez similiter praejacebat, cum Responsum suum ad primam illam Relationem scriberet. Altera saltem Relatio (originalis) etiam nunc exstat; quam ex Archivo Dominicano Provinciae S. Rosarii Manilae, cum illorum Patrum Dominicanorum benigno favore, photographice expressam tenemus: Arch. Prov. S. Ros. Sección Japon, Tom. 2, Doc. 1 (*antiq. vol. 301*).

b) Quam Relationem P. Franciscus de Morales O. P., unus e septem PP. Dominicanis tunc (1614-1617) in Japonia degentibus, composuit. Id ex iis praesertim locis facile demonstratur, quae P. Hieronymus Rodríguez *verbotenus* adhibet: in ejus Responso (fol. 419) ita legimus:

* « *A outra Relação* ... diz que

El Pe frei Alonso, Vicario Provincial, andaba deseando de *embiar algún Religioso de su Orden a Omura para levantar los renegados y confessar los Christianos, los quales con el exemplo del martyrio estaban sobre manera allentados y dispuestos; pero, como él* era el primero en ministrar los sacramentos etc., fue el primero agora etc. ' »

In Relatione a P. Francisco de Morale composita ita habes:

opus nostrum *Introductio*) [3]: I. De numero Religiosorum et Clericorum. II. De locis ab eis excultis. III. De vita Christianorum, tam in

« El bendito Pe fr. Alonso Navarrete, Vicario Provincial de los Religiosos de Santo Domingo de Japón, como esto supo, andava deseando *embiar algún Religioso de su Orden a Vomura para levantar lor renegados y confesar los Christianos, los quales, con el exemplo del martirio estaban sobre manera alentados y dispuestos. Pero como* en materia de administrar sacramentos y procurar el bien de las almas, siempre el bendito Padre era el primero, agora ...

** Et paulo inferius, P. Hieronymus Rodríguez *ex altera Relatione* sequentia verba adhibet:

« Ya se començava a ver el fruto desta salida, porque antes estaban temblando en estas aldeas y nadie se osava a mostrar Christiano ni dar posada a Religioso ».

Et in Relatione P. Francisci de Morales:

« Ya se comenzaba a ver el fruto desta salida, porque antes estaban temblando en estas aldeas y nadie se atrevía a mostrar Christiano ni a dar posada al Religioso » .

*** Etiam ea, quae P. Hieronymus Rodríguez de brevi quadam epistola P. Ferdinandi de S. Joseph in suo Responso adducit, comparationis gratia hic ponimus:

(Fol. 422) « *Na outra Relaçam* se refere outra (carta) do P.e frei Fernando pera o mesmo P.e Viceprovincial da Companhia, em que diz que pede a todos os da Companhia que '*se ayan con grande amor y caridad con todos los ministros de la Christiandad*' ».

(Fol. 424-424v) « ... *de nos aver con amor y caridad con todos los ministros de la Christiandad,* como no-lo encomenda o Pe frei Fernando de S. Joseph ».

P. Franciscus de Morales in sua Relatione de eadem epistola P. Ferdinandi haec habet:

« Charissimo Padre, Ya en víspera de la muerte embio a V. Ra estos dos renglones y este divino en señal de amor que a V. Ra y a toda la Compañía he tenido y le pido encarecidamente a toda ella y a sus hijos *se ayan con grande amor y charidad con todos los ministros de esta Christiandad.* fr. Hernando de Santo Joseph ».

c) Altera tamen Relatio Dominicana non ea forma, qua nunc in Archivo Provinciae S. Rosarii O. P. Manilae exstat (quae die 29. Novembris 1617 ab ejus auctore P. Francisco de Morales subsignata est (fol. 30v)), P. Hieronymo Rodríguez prae manibus erat; ille enim die 14. Octobris 1617 e Japonia profectus, Relationem die 29. Novembris in Japonia signatam Macai opportuno tempore recipere vix poterat. Sed illam Relationem accurate inspicienti dubium non est, quominus ultima ejusdem pars reliqua Relatione posterior est. Relatio enim fol. 29 ita finem habebat: « Y los unos y los otros por differentes caminos, lo que pretenden es el augmento desta Christianidad y la gloria divina ». Cui auctor dein subjunxit: « Despues de escrito esto vinieron nuevas de otros martirios ... ». Scriptum, quod P. Hieronymus Rodríguez in manibus habebat, istius Relationis exemplum (vel originale vel apographum) fuisse videtur, quod ultima parte carebat, quae nunc in originali Manilensi legitur. Dempta enim ultima illa parte, Relatio eventus usque ad initium Octobris 1617 referebat; quam propterea P. Hieronymus Rodríguez die 14. Octobris secum e Japonia Macaum ferre poterat.

[3] In P. I., Cap. 4o, p. 216.

genere quam per singulas regiones. IV. De martyrio P. Johannis Baptistae Machado S. J. V. De sollicitudine P. Alphonsi Navarrete O. P. pro Christianis Ōmuranis. VI. De habitudine Societatis ad alios Ordines (atque Clerum saecularem) in Japonia, tam antiquiori tempore quam recentioribus annis.

4. *Documentum originale* a P. Hieronymo Rodríguez subsignatum exstat in *J. 58* 409-426v, inter Litteras Annuas Japoniae 1614-1616. Constat 18 foliis chartae japonicae; primum colore et qualitate ab aliis differt, et tegumenti seu coperculi loco servit, folium autem correspondens in fine deest; cetera folia 23×16,2-16,5 cm. extenduntur, dum primum paulo largius est; sed primum male ligatum videtur: nam f. 409 olim a scriptura vacabat, quamvis postea (Romae, ut videtur) tum in alto, atramento bruno, annus « 1614 », tum in parte inferiori, ad latus sinistrum, annorum numeri « 14 ad 17 » (i. e. 1614 usque ad 1617) scripti sint; folium autem, 409v titulum breviorem ab alio titulo distinctum continet: « Reposta dada a huma Relação sobre a Christandade de Japão neste tempo da perseguiçao, feita per hum Religioso de S. Domingos con menos informação do que convinha ». Quasi ad calcem paginae additur: « 1a via ». Illa pagina (409v) olim externa, alia (409) interna fuisse videtur. Fol. 426, post subscriptionem autographam auctoris, adjungitur haec nota; « Esta reposta se fez apressadamente, estando as embarcações pera partir pera a Índia, e por isso menos limada no estilo, mas muito na verdade ». Fol. 426v vac.

5. *Editio* istius documenti in volumine Catalogorum ex ipsius titulo et e summario, quod supra posuimus, justificatione non indiget; nam pars I. et pars II. de sociis in Japonia degentibus, et de aliorum Ordinum et Cleri saecularis membris, referunt; quod quidem, ut plurimum, tacitis nominibus fit; sed numerus et qualitas (Pater, Frater; Europaeus, Japonensis) exprimuntur. Simul loca, in quibus operantur, describuntur. Peculiaris meriti est, quod Patrum Fratrumque illis annis (Nov. 1614 - Oct. 1617) in Japoniam venientium, e Japonia discedentium, accurata mentio fit. Nemo non videt duas partes I. et II. (quae decem primas paginas complectuntur), non forma externa, sed re, in Catalogorum genere versari. — Pars III. statum Christianorum (i. e. pacem vel persecutionem) in variis Japoniae regionibus, in quibus Societatis sacerdotes operam dabant, describit ac proinde, quae in II. parte dicta erant, complet. Tertia pars sex paginas sequentes comprehendit. Cetera de martyrio P. Johannis Baptistae Machado, de Christianis Ōmurensibus, de relationibus inter Societatem et alios Ordines atque Clerum saecularem (praesertim de « schismate » Nagasakiensi) non tam directe cum re nostra connectuntur quam praecedentia, sed opus Societatis in Japonia illis annis optime illustrant; quapropter visum est, Relationem integram, non obtruncatam, hoc loco praesentare.

J. 58 409-426v
F. 409v

Textus

Resposta dada a huma Relação sobre a Christandade de Japão neste tempo da perseguição, feita per hum Religioso de S. Domingos com menos informação do que convinha [1]

1ª Via. /410/

Breve Relaçam do número dos obreiros, e dos lugares por onde discorreram, desdo anno de 614 atté e presente de 617, por Japam, occupando-se em conservar e cultivar aquella Christamdade, todo o tempo desta última perseguiçam.

Vindo ter a minha mão huma breve Relaçam que fez hum Religioso da sagrada religiam de S. Domingos, dos que residem em Japam, na qual trata brevemente do muito que os Religiosos alli padecem agora, e do que têm feito estes tres annos [2] (que há que dura o nosso desterro) pera cultivar e conservar a Christamdade naquelles reinos; tratando juntamente com a mesma brevidade dos quatro Religiosos das quatro religiões e hum *Dôjuco* Japam que em Omura [3], e dos dous Japões seculares que em Nangasaqui [4] morreram por causas da Fé este anno presente de 617, notei que dizia algumas cousas e tocava outras, as quaes pediam mais declaraçam, pera se dar a cada hum o que hé seu, e pera tirar algumas dúvidas a quem lesse a sobredita Relaçam. E como quer que estive em Japam todos estes tres annos da perseguiçam, donde me parti

---

20 tocava *corr.*

---

[1] De auctore Relationis illius Dominicanae vid. Adnot. 2 ad introd.

[2] A mense Novembri 1614 usque ad autumnum anni 1617.

[3] Cardim, Catalogus Mm., op. cit. 17-18: (Anno 1617)

« *Maji 22.* P. Ioannes Baptista Maciadus [Machado], Lusitanus, e Societate IESV. - P. Petrus de Assumptione, e Religione Seraphica, sectis gladio capitibus defuncti, Vomurae.

Iunii 1. P. Fr. Petrus [*leg.*: Alphonsus] Nauarrete, Ordinis Praedicatorum, P. Fr. Ferdinandus a Divo Iosepho, Sancti Augustini Eremita, Leo Tanaca, Religiosorum Societatis IESV Catechista, gladio caesi, Vomurae ».

[4] Ibidem, p. 18: (Anno 1617)

« *Octobri 1.* Andreas Yoxinda, Seminarii Soc. IESV alumnus, P. Fr. Ferdinandi a D. Iosepho hospes, Gaspar Ficoyo, P. Fr. Alphonsi Nauarrete hospes, capite plexi, Nangasachi ».

aos 14 deste Outubro passado, e por rezão do officio que tinha [5], me correo quasi tudo pela mão, poderei dar particular rezam das cousas.

★

E começando pelo primeiro que propuz,os Clérigos seculares e Religiosos que de todas as quatro Ordens ficaram em Japão ao tempo que nos desterrárão o anno de 614, forão por todos: sete de S. Domingos [6]; seis de S. Francisco [7]; hum de S. Agustinho [8]; todos sacerdotes; sinco Clérigos Japões, também sacerdotes [9]. De nossa Companhia [10] ficaram 28: ss. sacerdotes 19, e Irmãos 9. Dos quaes vieram pera Macao o anno seguinte [1615] hum Padre e dous Irmãos, parte por doentes, parte por assi pedir o Capitam mór e Portugueses, por se arrecearem de encontrar com os inimigos e pelejarem. Mas logo no /410v/ mesmo anno [1615] tornaram a Japam seis Padres e hum Irmão, e pera Macao na Nao dos Portugueses tornárão dous Padres [1616]. E no anno de 1616 passaram a Japão quatro Padres e dous Irmãos; e no presente de 617 na monçam do Norte, por via de Cochinchina, se tornárão hum Padre e quatro Irmãos, pera ver, se com isto de algum modo po-

---

[5] Viceprovincialis Japoniae munere fungebatur.

[6] Videas nomina eorum apud Pablo FERNÁNDEZ O. P. *Dominicos donde nace el sol,* Barcelona 1958, p. 86:

P. Francisco de Morales O. P.
P. Jacinto Orfanell O. P.
P. José Salvanés O. P.
P. Alonso Navarrete O. P.
P. Juan Rueda O. P.
P. Alonso de Mena O. P.
P. Tomás Zumárraga O. P., Vicario Provincial

[7] Franciscanorum nomina habes apud Dor. SCHILLING O. F. M., *Le Missioni dei Francescani* op. cit., II p. 202:

P. Pedro Baptista O. F. M. (Porres y Tamayo)
P. Apolinar Franco O. F. M.
P. Luis Gómez O. F. M. (Palomino)
P. Juan de Santa Marta O. F. M.
P. Pedro de la Assumpción O. F. M.
F. Gabriel de la Madalena O. F. M.

Sed notandum est: inter Patres desiderari P. Didacum (Diego) Pardo, de quo tum apud SCHILLING l. c. 206-208, tum infra in textu nostro, tacito quidem nomine clara mentio fit (fol. 410v); dum Fr. (laicus) Gabriel de la Madalena secundum textum P. Hieronymi Rodríguez anno 1615 in Japoniam transiit (fol. 411).

[8] P. fr. Fernando de S. Joseph, de quo infra, fol. 411.

[9] De Clero saeculari vid. infra, Adnot. 18.

[10] De PP. et FF. Societatis Jesu 1614-1617 vid. opus nostrum INTRODUCTIO pp. 348-349.

díamos apaguar o muito que se fallava que avia Padres em Japão, e pela mesma causa assi nolo pedirem muitos principaes Christãos de Nangasaqui, que governão a Cidade, por se temerem de alguma grande tormenta, como começou logo a haver e ainda dura. Mas neste mesmo anno, na monçam do Sul tornaram pera Japam tres Padres e dous Irmãos, donde eu só me partí pera Macao este Oitubro, por ser assi necessário, com ordem do P.e Matheus de Couros, nosso Provincial que agora hé, e Governador daquella Igreja, o qual reside em Japam. De todos os da Companhia acima ditos morrérão tres em Japam: hum glorioso martyr de Christo, ss.o P.e Joam Baptista, natural das Ilhas Terceiras, e dous de sua doença e em seu offício, hum Padre e hum Irmão.

Dos Religiosos de S. Domingos, nenhum dos sete que ficárão, sahía de Japam, nem foi a elle outro de novo; hum delles morreo gloriosa morte por Christo ao 1º deste Junho passado, ss.o P.e frei Alonso de Navarrete, seu Vigairo Provincial, outro ficava preso em Omura, ss.o P.e fr. Thomás do Spírito Santo [Zumárraga].

Dos seis de S. Francisco que acima disse ficárão em Japam, prendérão logo hum em Yendo [P. Diego Pardo], e matando o caseiro que o agazalhara, o Padre tiveramno preso muito tempo, até que tornando-se pera Nova Espanha tres Religiosos de sua Ordem, que vierão por embaixadores da parte de Sua Magestade a El Rey de Japão, o pediram e lho derão e o levárão comsigo, posto que a Embaixada nam teve o successo que se desejava e esperava[11]. Tornou-se também com os mesmos o P. frei Pedro Baptista, ao qual deixou por Commissário em seu lugar o P. fr. Diego Chinchón que era o Commissário de Japam ao tempo que nos desterrárão, e elle se foi desterrado pera Filipinas. Outro Religioso de S. Francisco por nome fr. Joam de Santa Martha prendérão em Omura o anno de 615, e levárãono pera o Miaco, onde ainda está preso no tronco. Aos 22 deste Mayo passado /411/ o P.e fr. Pedro d'Ascençam ou Assumpçam morreo em Omura glorioso martyr de Christo. E está alli também preso o P. fr. Apolinário Franco [O. F. M.], que ficou por Commissário em lugar do P.e fr. Pedro Baptista. O anno de 615 passou a Japão hum seu frade leigo[12] que cura a todos em Nangasaque com muita caridade; e este anno passaram dous sacerdotes[13].

---

56 Junho *corr., prob. ex* Janeiro

---

[11] Schilling, l. c. 208: Diego de Santa Catalina, Bartolomeo de Burguillos, Juan Matuta, omnes tres O. F. M.

[12] F. Gabriel de la Madalena O. F. M.

[13] Sec. Schilling, l. c. 208-209: die 12. Augusti 1617 ad civitatem Nagasaki pervenerunt P. Didacus (Diego) Pardo, e Nova Hispania regressus, et P. Anto-

O anno passado, em huma galeota que desgarrando de Macao foi dar a Japam forão dous Padres nossos[14] que ficárão lá. Foram também outros dous Padres, hum de S. Francisco, outro de S. Domingos, mas logo se tornárão na mesma galeota[15]; antes, sabendo o *Bunguió* gentio[16] delles, os nam quis deixar sair em terra e lhes poz vígias, mostrando-se muito agastado. Dos nossos dous Padres parece que também saberia, mas não fallou nada nelles, por ventura que, como se tinham desembarcado diffraçados em huma embarcação da terra, antes da galeota chegar ao porto, que dissimulou com elles, por nam bullir também com os demais, que sem dúvida sabia haver em Nangasaqui, e só se quis mostrar severo com os dous que soube em público virem na galeota, pera que os mais fossem attentos, como entendérão os mesmos Japões e os que sabem seu modo. O que nos sentimos alguma cousa (posto que fizemos pouco caso do dito, por se deixar ver por si quam fora da rezam era) hé que se queixaram estes dous Religiosos em Japam e em Macao, parece que dando crédito a quem diz o que imaginava, que nos os acusaramos diante do *Būnguió* gentio: cousa que se nam devera cuidar, e muito menos dizer, de pessoas seculares de bom viver, quanto mais de Religiosos. Mas nem por isso deixamos de os ir visitar à galeota, e de lhe mandar muitas vezes refresco, e offerecermonos pera tudo o que fosse necessário e nos podéssemos.

O P.e frei Fernando de S. Joseph da Ordem de S. Agustinho que ficou em Japão, morreo gloriosa morte por Christo ao 1º deste Junho passado com o P.e fr. Alonso de Navarrete e hum *Dôjuco* Japão[17] que pren-/411v/déram com o nosso P.e Joam Bap-

83 galeota *corr. ex* galiota || 88 galeota *corr. ex* galiota || 91 soube *add. sup. lin.* || 91 galeota *corr. ex* galiota || 105 Junho *corr.* (*ex* Janeiro ?)

nius de S. Bonaventura, et praeterea Fr. (laicus) Martinus de Pineda. — Quid sit de ceteris tribus, qui sec. SCHILLING, l. c. 206 anno 1617 in Japoniam advenerunt (immo, de quinque loqui videtur), nos latet. Numquid sub finem illius anni, vel etiam postea, Japoniam ingressi sunt?

[14] De PP. Antonio de Souza et Sixto Iyo (e Societate Jesu) agi videtur: cf. opus nostrum INTRODUCTIO p. 349.

[15] De duobus illis Religiosis videas etiam Litteras Annuas a P. Matthaeo de Couros die 22. Febr. 1617 in civitate Nagasaki signatas: *J. 58* 433 (428-484v), Ius., Orig.; et Annuas a P. Johanne Rodríguez Giram mense Novembri 1617 in Collegio Macaensi signatas, quae supradictis Litteris Annuis P. Matthaei de Couros innituntur: *J. 58* 337v (333-408v), 1a via, lus., Orig.

[16] « Então estava nesta cidade [Nagasaqui] hum gentio por nome Gonrocu em lugar de seu tio Safiôye, que hé o Gouernador della »: *J. 58* 433 (vid. Annot. praecedentem): Hasegawa Gonroku tunc avunculi Hasegawa Sahyōye, Gubernatoris Nagasakiensis, vices gerebat.

[17] Tanaka Leo, etiam hic inter Beatos relatus.

tista, e lhe ajudava à Missa e na cultivaçam dos Christãos, e este anno passou a Japão hum Irmão leigo da mesma Ordem.

Dos cinco Clérigos sacerdotes [18], dous morrérão, e outros dous,

---

[18] De Clero Saeculari Japonensi:

Ante exilium praeconum fidei, Novembri 1614, septem erant sacerdotes cleri saecularis Nagasakiensis. Qui die 22. Februarii 1614, paucis diebus post mortem Episcopi D. Ludovici Cerqueira (die 16. Februarii 1614 defuncti: vid. ejus vitam inter nostras *Biographias*), electioni P. Valentini Carvalho, Gubernatoris Episcopatus Nagasakiensis, subscripserunt: quorum nomina atque officia sunt sequentia:

P. Lourenço da Cruz, Párocho de S. Pedro
P. Paulo dos Santos, Párocho de S. João
P. Francisco António, Párocho de S. António
P. Miguel António de Santa Maria, Párocho de Santa Maria
P. Pedro Clemente, Coadjutor de S. António
P. João Luiz, Coadjutor de S. Pedro
P. Thomás dos Anjos, Capellanus Episcopi. — *J. 45 I* 226 228.

Ex his, Novembri 1614 *quinque in Japonia remanserunt*, ut auctor asserit (fol. 410); etiam Orfanell, ms. cit., p. 150; P. Paulus dos Santos Macaum in exilium venit, P. Thomas do Shiki (dos Anjos) Manilam se contulit: Valentim Carvalho-Gen., Macao 30. Dic. 1614, lus., Orig., 2a via, Primeira carta por via de Portugal, *J. 16 I* 131 (131-132v).

De eorum autem numero, qui in Japonia remanserunt, teste auctore nostro (fol. 411v), ante ipsius profectionem (*ante diem 14. Octobris 1617*, cf. fol. 410) *duo mortui sunt* (fol. 411v): quorum alter fuit filius Murayama Tōan Antonii, parochus ecclesiae S. Antonii in civitate Nagasaki, Murayama Franciscus Antonius; qui, cum initio Junii 1615 castellum Osacense, ubi ille cum aliis curam spiritualem Christianorum, militum exercitus ducis Toyotomi Hideyori, agebat, ab exercitu ducis Tokugawa Iyayasu impugnaretur, imminenti periculo sese subtrahere studens, e muro cecidit et mortuus est: Balthasar de Torres ad Gen., Sakai, 18. Jan. 1616, *J. 36* 222 (222-223v). — Mattheus de Couros ad Gen., Nagasaki, 25. Febr. 1618, lus., *J. 35* 70 (69-71v). — Id. ad eundem, Nagasaki, 20. Febr. 1619, lus., *J. 35* 94 (94-95v). — Orfanell, ms. cit. Cap. 30 = pp. 222-226.

Alter autem, quis e quatuor remanentibus (demptis scl. PP. Paulo dos Santos, Thoma dos Anjos, Murayama Francisco Antonio) fuerit, interim nescimus.

« 3º Catálogo com suplimento do primeiro e segundo rol dos Padres e Irmãos que estão no Collégio de Macao e Missão de Cochimchina sojeita a este mesmo Collégio. Feito em Junho de 1618 ».

1. Catalogus Brevis iste, sicut praecedentes Catalogi Primi, in collectione 'Jesuítas na Ásia' Bibliothecae Ajuda exstat, in volumine *49-V-7* foliis 147v-149v, desideratur vero in alio volumine *49-IV-66*.

2. Auctor socios Provinciae Japonicae extra fines ipsius Japoniae degentes recenset: non omnes tamen, verum eos solos, qui in Collegio Macaensi, in Missione Cochinchinae, in Sinis residebant; ceteri autem, qui in Philippinis insulis, Malaccae, Goae, aliisque in locis vel ad tempus vel stabili modo sedem habebant, hoc Catalogo non includuntur.

3. Catalogi *Pars prima* Patrum nomina continet; *altera* Coadjutorum Temporalium; *tertia* Fratrum Japonensium, unica serie, etsi partim

225-229 *manus P. Matthaei de Couros.*

studiis operam dantium, partim Coadjutorum Temporalium. — Junguntur dein duae notae: *Annotatio prior* Fratres istos Japonicos respicit atque, quid agant, describit. *Annotatio posterior* de duorum Patrum morte refert. — *Pars quarta,* quae est elenchus eorum, qui in Sinis degebant, iterum in Patres primum, deinde Fratres, dividitur. Ordo autem, quo in isto Catalogo nomina inter se sequuntur, is est, ut primum Superiores, Consultores Provinciae et Collegii, et alia quaedam munera, postea, serie alphabethica, omnes Patres, et novo ordine alphabethico, omnes Coadjutores, tandem similiter elencho alphabethico Fratres Japonici recenseautnr. Eodem modo, et inter Patres Missionis Sinicae (post Superiorem), et iterum inter Fratres ejusdem Missionis, ordo alphabethicus viget.

4. Catalogus iste aliquam affinitatem habet ad Catalogum Collegii Macaensis Januario anni 1616 exaratum, quem supra edidimus[1]; in praesenti Catalogo post titulum eadem, ac in illo, nota ponitur: « Os que não têm cruz eram de Jappão desterrados »: stabili enim modo Collegio Macaensi addictis parva praefigitur crux, quae in ceteris deest; deinde, in isto quoque Catalogo post Coadjutores Temporales *propria serie* enumerantur Fratres Japonici. Sed, in conficiendo isto Catalogo auctorem prae manibus habuisse Catalogum Januarii 1616, *ex prima Annotatione,* quae seriem Fratrum Japonensium sequitur, *omnino probatur. Nam eadem est* in utroque Catalogo, non solum sensu, sed etiam verbis, si paucas levis momenti variationes eximas, quae amanuensis errore illabi potuerunt.

5. Jam de nota, quae titulum sequitur, diximus: de parva cruce, eorum nominibus apposita, qui stabili modo Collegio Macaensi addicti erant. Facta autem comparatione inter istum Catalogum et Catalogos praecedentes Collegii Macaensis (Januarii 1616 et Januarii 1615[2]), notam illam in praesenti Catalogo non tam pleno jure (prout ejus verba sonant) adhiberi liquet: nam non omnes, qui illa cruce apposita carent, e Japonia in exilium ejecti Macaum venerunt. Quod pro usu istius Catalogi omnino retinendum est.

6. Quocirca primo loco notandum est, P. Matthaeum de Couros die 18. Julii 1617 in Japonia suscepisse munus Praepositi Provincialis[3] illudque usque ad initium mensis Octobris 1621 gessisse[4] neque unquam toto *illo* tempore e Japonia exiisse. Qui ut Superior Major totius Provinciae Japonicae (ideoque etiam Macaensis Collegii et Missionis Cochinchinensis) initio Catalogi suum locum habet, quamvis Macai tunc *non* degeret.

---

[1] Cat. Br. Collegii Macaensis, Jan. 1616: vide supra, Doc. 49.

[2] Cat. Br. Collegii Macaensis, Jan. 1615: vide supra, Doc. 44.
Cat. Br. Collegii Macaensis, Jan. 1616: vide supra, Doc. 49.

[3] Mattheus de Couros - Gen., Nagasaqui, 15. Sept. 1619, Orig., lus., 1a via per Philippinas, *J. 35,* 104: « Quando aos 18 de Julho de 1617 tomei posse deste officio (de Provincial ... »).

[4] Mattheus de Couros - Gen., Japonia, 6. Martii 1622, Autogr., lus., via unica per Philippinas, *J.* 37, 209: « Aos dous deste Outubro que passou, chegou aonde eu estava, do Cami o Padre Francisco Pacheco, e logo na mesma hora lhe entreguei o officio de Provincial ... ».

Neque cum ceteris e Japonia venerat P. Emmanuel Dias senior. Ille enim ab anno 1597 usque ad annum 1601 Collegii Macaensis Rector[5], a Novembri 1601 usque ad finem Octobris 1609 in regionibus interioribus Sinarum in vinea Domini laboraverat[6]; et iterum a die 1. Decembris 1611 usque ad finem Aprilis vel initium Maji 1615 Rectoris Macaensis munere functus[7], neque tunc neque postea in Japoniam trajecerat.

E Japonia quidem, sed Superiorum jussu, non vi ejectus, die 14. Octobris 1617[8] clam profectus, mense Novembri 1617[9] Macaum pervenerat P. Hieronymus Rodríguez. Is a die 6. Novembris 1614[10] (vel potius a Febr. 1615: cf. *Doc. 45*) usque ad diem 18. Julii 1617[11] in Japonia Viceprovincialis munere functus erat.

Praeterea, num unquam in Japoniam pervenerit P. Emmanuel López[12], dubitatur. De P. Antonio de Sousa in antecedenti Catalogo diximus[13]. *Patrem* aliquem Franciscum Fernández non cognovimus: suspicamur errorem irrepsisse in Catalogum. P. Johannes Rodríguez Interpres (Tçuzu) jam anno 1610 ob exortas in ipsum inimicitias ac machinationes politicas Japoniam relinquere jussus est[14]. P. Johannes Vremano ad Missionem Sinicam pertinebat[15].

---

5 *De suscepto munere*: Duarte de Sande - João Álvarez, Macao, 25. Oct. 1597, Autogr., lus., 1a via, *J. 13 I* 74; V - G, Macao, 10. Nov. 1597, Orig., hisp., 2a via, *J. 13 I* 86/86v; Manoel Díaz - Gen., Macao, 12. Nov. 1597, Orig., hisp., *J. 13 I* 94. *De terminato officio (1601)*: Manoel Díaz - Ant. Mascarenhas, Macao, 5. Nov. 1615, Orig., lus., 1a via per Philippinas, *J. 16 II* 231v.

6 *De profectione e Collegio Macaensi*: Manoel Díaz (Appontamentos sobre as rezões pollas quaes não concorda com o Padre Valentim Carvalho), Macao, 16. Dec. 1619, Orig., lus., *J. 161 I* 47. — Cf. etiam supra, Doc. 32A (Cat. Br. Japon., Oct. 1603). *De reditu (sub finem Oct. 1609 Macaum pervenit)*: Manoel Díaz - Ant. Mascarenhas Macao, 11. Nov. 1612, Orig., lus., 3a via, *J. 15 II* 190.

7 Francisco Pacheco - Gen., Macao, 19. Oct. 1611, Autogr., lus., 3a via, *J. 38*, 38. Affonso de Lucena - Gen., Macao, 12. Maji 1615, Autogr., lus., 2a via, *J. 16 II* 184v.

8 Jerónymo Rodríguez, Breve Relação, Macao, 15. Dec. 1617, Orig., lus., *J. 58*, 410: vid. supra, Doc. 54.

9 João Rodríguez Giram - Nuno Mascarenhas, Macao, 22. Aprilis 1618, Autogr., lus., 2a via per Philipp., *J. 17* 143v.

10 Valentim Carvalho - Gen., Macao, 30. Dec. 1614, Orig., lus., 2a via, *J. 16 I* 131; Jerónymo Rodríguez - Gen., Nangasaqui, 17. Martii 1615, Orig., lus., 1a via, *J. 16 I* 178.

11 Mattheus de Couros - Gen., Nagassaqui, 18. Sept. 1617, Orig., lus., 1a via per Indiam Orient., *J. 35*, 65.

Mattheus de Couros - Gen., Nagasaqui, 15. Sept. 1619, Orig., lus., 1a via per Indiam Orient., *J. 35*, 104.

12 Vide ejus vitam inter nostras *Biographias*.

13 De P. Antonio de Sousa vide supra, Introd. ad Doc. 53 (Cat. I. Macaensem Oct. 1617).

14 Francisco Pasio - Gen., Nangasaqui, 19. Martii 1610, Orig., lus., 1a via, *J. 14 II* 338v.— João Rodríguez Tçuzu — Gen., Cantão, 25. Jan. 1612, Orig. (pars finalis autographa), lus., 1a via, *J. 45 I* 100v.

15 De P. Johanne Uremano, Dalmata, vide Pfister, op. cit. (ed. 1932), nr. 43 (pp. 149-150).

7. Tandem, ex sociis Collegii Macaensis, in Catalogo parva cruce insignitis, aliquos e Japonia ejectos in exilium, Macaum venisse satis constat: ut sunt P. Emmanuel Gonçálvez, Fratres Andreas Pinto et Balthasar Correa.

8. Praeter usum sat arbitrarium illius signi, de quo modo diximus, alia menda non pauca in scriptionem nominum irrepserunt: e. g. Celso Confolonirio, loco: Celso Confalonieri; Christóvão Bravo, loco: Christóvão Brono (= Burro); Camilo Constantino, loco: Camillo Di Costanzo; Francisco Bushomo, loco: Francisco Busomo (etiam: Buzomo) etc.

9. E Sinis 4 socii Macaum venerant. Nam orta in illo regno persecutione mense Augusto anni 1616, PP. Alphonsus Vagnoni, Alvarus Semedo, Didacus Pantoja, Sabbatinus de Ursis, primum vi ad civitatem Kanton perducti, initio anni 1618 ad Macaense Collegium sese receperunt[16]. Quapropter in praesenti Catalogo recensentur.

10. Quis sit auctor Catalogi, non plane constat: num Visitator, P. Franciscus Vieira? num Rector Macaensis, P. Celsus Confalonieri[17]? An P. Vincentius Ribeiro, Socius Visitatoris? Cum istius Catalogi apographum unum dumtaxat, idque variis mendis obnoxium, notum sit (documento originali deperdito), quaestio dubia manet.

Constat tamen, Catalogum *Macai* confectum esse, non in Japonia: quod ex nota altera in Catalogo adjecta sufficienter probatur. Nam de morte Patris Nicolai de Avila, die 28. Maji 1618[18] Macai defuncti, usque ad Junium proxime sequentem (1618) nuntius in Japoniam perferri vix et ne vix quidem potuit. Neque navis e Malaccensi portu solvens in Macaensi portu navem in Japoniam profecturam obtinere solebat; ita ut de morte P. Johannis Pomerio, die 2. Februarii 1618[19] Malaccae defuncti, nuntius Macaum quidem, non vero in Japoniam tam cito perferri potuerit.

---

[16] Francisco Vieira - Gen., Macao, 17. Dec. 1617, Orig., lus., *J. 17*, 113v: Ubi initia persecutionis Sinensis (mense Augusto 1616 in civitate Nanking) et nomina quattuor Patrum expulsorum referuntur. — Joam Rodríguez Giram-Nuno Mascarenhas, Macao, 10. Jan. 1618, Autogr. lus., 1a via, *J. 17*, 126. — Francisco Vieira - Nuno Mascarenhas, Macao, 10./12. Jan. 1618, Orig., lus., 1a via, *J. 17*, 128: « Estamos cada dia esperando pelos 4 Padres da Missão da China ». — Joam Rodríguez Giram - Nuno Mascarenhas, Macao, 22. Aprilis 1618, Autogr., lus., 2a via per Philippinas, *J. 17*, 144: « Temos aqui quatro Padres nossos desterrados das cidades de Paqin e Nanqim ... ».

[17] De Rectoratu P. Celsi Confalonieri vide supra, Introd. ad Cat. I. Macaensem, Oct. 1617, Doc. 53.

[18] De ejus morte: AHU, *ms. 1659*, fol. 102.

[19] Annuae Litterae Provinciae Malabaricae anni 1618, Emmanuel a Costa, ad Gen., Cochim, 15. Dec. 1618, Orig., lat., *Goa 55*, 362.

Textus

Liss. Aj. 49-V-7, ff. 147v-49v

3.º Catálogo com suplimento do primeiro e segundo rol dos Padres e Irmaons que estão no Collégio de Macao e Missão de Cochimchina sojeita a este mesmo Collégio, feito em Junho de 1618.

Os que não têm cruz eram de Jappão desterrados.

P.e Matheus de Couros, Provincial.

P.e Celsso Confolonirio, Reytor.

P.e Valentim Carvalho, pregador, confessor e Consultor da Província.

P.e Manoel Díaz senior, pregador, confessor e Consultor da Província.

P.e Jerónimo Rodríguez senior, confessor, Consultor da Província, Perfeito do spírito et Múnitor do Reytor.

P.e Vicente Ribeiro, pregador, Consultor da Província e Companheiro do P.e Vizitador.

P.e Manoel López, pregador, Consultor do Collégio, mestre dos Cazos e Perfeito dos estudos.

\+ P.e Manoel Fernández, pregador do Collégio e confessor do mesmo Collégio.

P.e João da Costa, pregador, Consultor do Collégio, Procurador da Missam da China.

P.e João Matheus, pregador, confessor do Collégio e Perfeito dos enfermos.

P.e Affonso de Lucena, confessor dos Irmãos e Perfeito spiritual dos Irmaons japoens.

P.e Affonso Vanhone, confessor, pregador aos Chinas gentios e christãos.

P.e Álvaro Cemedo, confessor e pregador.

P.e Álvaro Díaz enfermo.

P.e António de Souza, pregador e confessor.

\+ P.e António Freyre, mestre do Curso, pregador e confessor.

P.e António Fernández, confessor.

\+ P.e Christóvão Bravo, na Missam de Cochimchina.

P.e Camilo Constantino, pregador e confessor.

P.e Constantino Dourado, Superior do Seminário e confessor.

\+ P.e Diogo Pintto, pregador e confessor. /148

P.e Diogo Pantoia, confessor, e está occupado em tresladar o catescismo em língoa china.

\+ P.e Estévão Coelho, pregador, confessor e Prezidente do Curso.
P.e Francisco Eugénio, pregador e confessor.
P.e Francisco Fernández, confessor.
\+ P.e Francisco Bushomo, na Missam de Cochimchina.
\+ P.e Francisco de Pina, na Missam de Cochimchina.
\+ P.e Francisco Taveyra, confessor, pregador e Perfeito da igreja.
P.e Gaspar de Castro, confessor.
\+ P.e Jerónimo Rodríguez junior, pregador, confessor e Consultor do Collégio.
P.e João Rodríguez Língoa, confessor.
P.e João Rodríguez Girão, confessor.
\+ P.e João Gonsálvez, confessor e Procurador do Collégio.
P.e João Nicolao, confessor.
P.e João Vicente Antolheta, pregador e confessor.
P.e João Vremano, lente de mathemática e confessor.
P.e Luíz, confessor.
P.e Manoel Borralho, confessor.
P.e Manoel Bórgez, pregador e Procurador de Jappão.
\+ P.e Manoel Coelho, pregador e confessor.
\+ P.e Manoel Díaz junior, pregador e confessor.
P.e Manoel Gonsálvez, confessor e mestre da segunda do latim.
P.e Manoel Rodríguez, confessor e mestre do canto.
P.e Marcos Ferraro, confessor.
P.e Martinho de Campo, confessor.
P.e Martinho Xequimi, confessor.
P.e Nicolao da Costa, confessor e Ministro.
P.e Pero Martins, pregador e confessor.
P.e Pero Márquez, Superior da Missam de Cochimchina.
P.e Rui Gómez, confessor.
P.e Sab[bat]ino de Ursis, mestre dos livros sínicos, que veyo da China.
P.e Thomé, confessor.

Irmãos Coadjutores

\+ Ir. André Pinto, mestre da escolla. /148v
\+ Ir. António Gómez, que veyo com o Padre Vizitador.
\+ Ir. António Díaz, na Missam de Cochimchina.
\+ Ir. António da Ponte, companheiro do Procurador de Jappam em Nangasaki.
\+ Ir. António Pinham, companheiro do Procurador de Jappam.
\+ Ir. Balthazar Correa, sotoministro.
\+ Ir. Belchior da Gama, despensseiro.
\+ Ir. Belchior Ribeyro, emfermeiro.
\+ Ir. Dámazo Correa, cozinheiro.

+ Ir. Diogo Leytam, roupeiro.
Ir. Diogo Pereyra, emfermeiro.
Ir. Domingos Díaz, anda nas obras.
Ir. Francisco Fernández, ajudante do Padre que tem cuidado da Congregaçam, sachristam da tribuna da Companhia.
Ir. Francisco Callado, faz os sapatos de caza.
Ir. Gaspar de Payva, porteiro.
Ir. João Baptista, ajudante do Padre do Seminário e comprador do mesmo.
+ Ir. João Bras, tem cuidado da Ilha Verde.
+ Ir. João de Castro, sachristão.
+ Ir. Manoel de Andrade, comprador do Collégio.
+ Ir. Simão Ferreyra, refeitoreiro.
+ Ir. Vicente Carruba, refeitoreiro e acompanha.

Irmãos jappoens.

Ir. Amacuça André.
Ir. Bertholameu.
Ir. Christóvam, livreiro.
Ir. Fancão Leam.
Ir. Funamoto Thoma, cursante.
Ir. Jozeph.
Ir. Júlio.
Ir. Xamada [Yamada] Justo, estuda Cazos.
Ir. Xama [Yama] João.
Ir. Lourenço.
Ir. Machida Mathias.
Ir. Machi [Maki] Miguel, na Missão de Cochimchina.
Ir. Máncio de Souza, porteiro do carro. /149
Ir. Moriama Miguel, tem cuidado do relógio.
Ir. Naito Luíz, mestre dos livros das seitas jappónicas com sua refutação.
Ir. Nicolao, tem cuidado dos *dojocos* do Seminário.
Ir. Nixi Romão, estuda Cazos.
Ir. Niva Jacobe, pinta.
Ir. Saito Paulo.
+ Ir. Valentim Vieira, europeo, cursante.
Ir. Xibata Diogo.

Destes Irmãos jappoens huns são estudantes, outros não. O exercício delles geralmente [é] aprender de novo alguns livros e escritos em língoa e lettra de Jappão, cuja notícia pode servir pera ajudar na cultivação da christandade. Também acompanhão aos que vão fora, e ajudão às vezes nos offícios da caza.

Neste anno, no mez de Mayo, falleceo o P.e Nicolao da Villa. Falleceo mais em Malaca o Padre João Pomeiro, que tinha cargo de Procurador desta caza, no mez de Fevereyro.

Rol dos Padres e Irmãos que estão na China

P.e Nicolao Longobardo, Superior.
P.e Francisco Sambiasi.
P.e Gaspar Ferreyra.
P.e João da Rocha.
P.e Júlio Aleny.
P.e Lázaro Catânio.
P.e Pero Espira.
P.e Pero Ribeyro.

Irmãos. / 149v

Ir. Domingos Méndez.
Ir. Francisco da Lage.
Ir. João Fernández.
Ir. Manoel Pereyra.
Ir. Pascoal Méndez.
Ir. Sebastiam Fernández.

57 58 59

PROVINCIAE PHILIPPINARUM CATALOGI ANNI 1618

1. Post Catalogum Primum Philippinarum die 12. Augusti 1616 subsignatum, deficientibus Catalogis sequentis anni 1617, jam ad Catalogos anni 1618 transimus. Vi inscriptionis seu tituli ad illum annum referuntur tres Catalogi sequentes:

De personis, pro anno 1618 (*Cat. Inform.*): 20. Julii 1618.
Catalogus brevis personarum, et supplementum primi, et secundi catalogi. Conscriptus post Cat. diei 20. Julii 1618.
Primus catalogus personarum. an. 1618: 20. Februarii 1619.

Ex istis tribus Catalogis, duo priores tantum intra annum 1618 confecti sunt: de quibus hoc loco agendum esse patet; qui vero tertio loco venit, num simul cum eis, an separatim sub sequenti anno ponendus esset, haesitavimus: nam Catalogus ille et ipsa inscriptione ad annum 1618 spectat, et compositionis tempore (*initio* anni 1619!) et sociorum in Japonia condicione facile ad annum 1618 trahi potest. Quare illum etiam hic includere statuimus.

2. Numerus sociorum « Japonensium », qui in Catalogis anni 1616 [1] ad 12 decreverat, morte duorum Patrum etiam magis diminutus est. Nam die 18. Octobris 1616 Manilae defunctus est P. Belchior de Mora [2]; et mense Martio 1617 ibidem obiit P. Bartholomaeus Soárez (Cimino) [3]. Medio autem anno 1618 P. Franciscus Calderón renuntiatus est Visitator Provinciae Philippinarum [4]; ille ergo in capite totius Catalogi, non jam inter « Japonenses » apparet. Propterea in duobus Catalogis, qui medio fere anno 1618 (prior: die 20. Julii; alter post hunc) exarati sunt, « Patres Fratresque Japonici » nonnisi *novem* numerantur, scl. P. García Garcés et octo Fratres natione Japonenses. Inter priorem et posteriorem Catalogum Informationum *duo* Fratres oriundi e Japonia ad suam Missionem reverterunt. Itaque in Catalogo Primo anni 1618, die 20. Februarii 1619 confecti, numerus iterum declinavit: scl. ad *septem* socios (P. García Garcés et sex Fratres Japonenses). Etiam Visitator, P. Franciscus Calderón, e vivis sublatus est: Manilae die 4. Decembris 1618 obiit [5]. — Praeterea id notandum est, jam tunc per varias Domos sparsos esse paucos socios « Japonenses » in Insulis Philippinis remanentes: ita ut in sequentibus post annum 1618 Catalogis (praeterquam in Catalogis Primis) de iis plerumque non jam ut de parte aliqua separata Provinciae tractetur, cum inter alios Patres Fratresque misceantur.

1.

« DE PERSONIS, PRO ANNO 1618 »
(20. Julii 1618)

1.« Cum personae de quibus scripturus sum, eaedem sint quae superioribus annis, de quibus jam semel atque iterum in meo provincialatu scripsi, supervacaneum videbitur, idem ab eodem de eisdem scribi: cum neque meum judicium est aliud, neque personarum mores sunt alii. Veniet alius Provincialis, et aliud sentiet, aliud scribet. Nunc, quoniam ex iis, quae scribenda sunt, alia sunt vetera, alia sunt nova,

---

[1] Vide supra, Docc. 50-51.

[2] De morte P. Belchioris de Mora: *Annua de la Provincia de Philippinas del año de 1616,* scripta a P. Valerio de Ledesma, cum ejusdem subscriptione originali, « de Manila, y Mayo 6 de 1617 años »: in istis Litteris annuis (*Phil. 6 I* 112-151v) continetur epistola P. Juan de Ribeira, Rectoris Collegii Manilensis, ad Provincialem, V. de Ledesma, « Manila, y Otubre 20 de 1616 » (*Phil. 6 I* 119-120), in qua de morte P. Belchioris de Mora refert.

[3] De obitu P. Bartholomaei Soárez (Cimino): Matheus de Couros — Gen., Nagasaqui, 18. Setembro 1617, 1a via, 1a carta,, lus., Orig., *J. 35,* 63v.

[4] Valerio de Ledesma, de Manila, y Diciembre 8 de 1618, Orig., hisp., *Phil. 11* 111-114v: epistola illa tota agit de vita et morte P. Visitatoris Francisci Calderón: qui defunctus est, dum actu fungeretur munere Visitatoris: quod munus per *sex menses* tenuit. Qui cum die 4. Decembris 1618 obierit, videtur mense Junio (saltem tempore a Majo ad Julium) renuntiatus esse Visitator.

[5] Ib., *Phil. 11* 111-114v.

hanc viam sequar, ut utraque continenter conjungam, cum ea distinctione, ut cum novum aliquid occurrit, *O littera* notetur ad marginem; ita enim fiet, ut totum hoc simul sit ante oculos Tuos, et novum, quod desideras, legas, et vetera, quae velis, legas, quae nolis, praetereas. Ita neque necessarium deerit, neque non necessarium oberit. Venio ad singula ».

2. Ita P. Valerius de Ledesma exorditur, dum, sicut praecedentibus annis, ita etiam anno 1618 de personis suae Provinciae Praepositum Generalem informat. Quae *Informationes* (latino sermone conscriptae) hic quoque mediam viam inter Catalogum Primum et Catalogum Secundum tenent. Praesens Catalogus exstat in vol. *Phil. 2 a* 9-16v: octo foliis chartae orientalis recenter restauratis componitur. Die 20. Julii 1618 Manilae a Provinciali, P. Valerio de Ledesma, datus et sigillo munitus est: proinde est originalis. Estque 2a via, ad Praepositum Generalem, P. Mutium Vitelleschi, directa. Fol. 16v praeter inscriptionem invenitur nota sequens, Romae adjecta:

P. Valerio de Ledesma
Manila, 20 de Julio
Habla de todos los su[jetos]
de la Provincia en particular.

3. Auctor ff. 15v-16 agit de sociis Provinciae Japonicae: « Patres Fratresque Japonici ». Recensentur novem: P. García Garcés et octo Fratres e Japonia oriundi. Ad nomina FF. Alexii et Thadaei apponitur nota de eorum proximo reditu in Patriam, a Visitatore P. Francisco Calderón et a P. García Garcés (eorum Superiore) deciso. Omnes vero « Japonici » (si excipis Visitatorem, P. Franciscum Calderón) hic *uno loco* ponuntur, etsi, ut ex ipso elencho patet, jam ad varias domos distributi erant.

2.
CATALOGUS BREVIS PERSONARUM, ET SUPPLEMENTUM PRIMI, ET SECUNDI CATALOGI

1. Duplex istius Catalogi Brevis exemplar in ARSI exstat, scl. 1a via = *Phil. 4* 5-8v (= exemplar A a nobis dictum) et 2a via = *Phil. 4* 1-4v (= exemplar B a nobis vocatum).

2. Auctor Catalogi Brevis singularum domorum socios recenset eorumque munera indicat. In principio textus, antequam de Collegio Manilano dicere incipit, tum Superiores Majores, Visitatorem, P. Franciscum Calderón, et Provincialem, P. Valerium de Ledesma, tum Procuratorem ad Urbem, P. Franciscum de Otaço, ejusque socium, P. Ludovicum Fernández (qui jam abierant) ac duos Patres Mexicum missos, P. Michaelem Ignacio et P. Nicasium Bravo, recenset. Post omnes Domos, et Missionem Otonensem, *manipulus Patrum Fratrumque Japonicorum* sequitur. Quo absoluto *Supplementum Primi et Secundi Catalogi*, seu *Admissorum, Dimissorum, Defunctorum elenchus*, adjun-

gitur. In serie Admissorum, praeter nomen, patria quoque, aetas, et dies ingressūs in Ordinem, et sat indefinita novitii aestimatio continetur; in Dimissis, praeter nomen, qualitas (status sacerdotalis, gradus in Societate) necnon tempus dimissionis indicatur; Defunctorum etiam (vel potius unius tantum defuncti, qui elencho inscribitur) locus et dies mortis annuntiatur.

3. Utraque via subscriptione autographa Provincialis, P. Valerii de Ledesma, munita ac proinde originalis est. Utrumque exemplar latino sermone exaratum est.

4. *Compositionis tempus* ab auctore non apponitur. Adest quidem in ultimo folio verso 2ae viae (*Phil. 4* 4v) nota Romae addita, qua dicitur:

« P. Valerio de Ledesma
Manila, 9 de febr.o

Catalogo Breve del an.
1618 »

Sed per errorem dies nonus Februarii habetur pro die compositionis: quod facile probatur: nam cum subscriptio Provincialis immediate sequatur tempus mortis unius defuncti (P. Matthaei Sánchez), qui obiit die 9. Februarii 1618, secretarius Romanus deceptus est. Quem errorem haud difficulter evitasset, si paulo superius legisset diem dimissionis P. Johannis de los Cobos, qui nempe die 27. Maji 1618 Societatem reliquit. Propterea Catalogus post illum diem, i. e. post diem 27. Maji 1618, conscriptus esse evincitur. Praeterea Fratres Japonici Thadaeus et Alexius « in Japoniam missi » dicuntur: de quibus Catalogus Informationum, die 20. Julii 1618 compositus, asserebat: « Hi duo modo in Japoniam proficiscuntur » [1]. Vix dubium est, in utroque Catalogo modum loquendi non casu differre, sed re: ideoque Catalogum Brevem (de quo hic agimus) post illum Catalogum Informationum, i. e. *post diem 20. Julii 1618,* factum esse. Sed quanto tempore post illum conscriptus sit, non facile determinatur; certo non multo post, forsitan eodem mense Julio, vel saltem sequenti mense Augusto ineunte: nempe non solum ante diem 4. Decembris 1618, quo die Visitator, P. Franciscus Calderón e vivis sublatus est [2], sed etiam *ante diem 4. Augusti 1618,* quo Fr. Petrus Santiago, alias de Pila, coquus Collegii Manilensis, a Societate dimissus est [3]: ille enim in praesenti Catalogo Brevi etiam tum recensetur (*Phil. 4* 1v). Ideo tempus compositionis satis restringitur: Catalogus Brevis anni 1618 inter 20. Julii et 4. Augusti conscriptus est.

5. « Patres Fratresque Japonici », qui ultimo loco ante Supplementum Catalogi Primi et Secundi veniunt, sunt iidem novem, qui

---

[1] Vide textum Doc. 57.

[2] Vide sequentem Catalogum, scl. Primum Catalogum Personarum, An. 1618, conscriptum die 20. Februarii 1619: infra, textum Doc. 59.

[3] Catalogus Dimissorum, ab anno 1616, in Provincia Philippinarum [scriptus Manilae, die 8. Augusti 1620, a Valerio de Ledesma (subscriptio autographa)], *Phil. 2 I* 117.

in Catalogo Informationum diei 20. Julii 1618: P. García Garcés et octo Fratres Japonenses. E quibus duo, ut diximus, jam in propriam Provinciam redierant, ceteri per varias Philippinarum Domos sparsi vivebant, sed in isto Catalogo uno loco scribuntur.

6. Nos *1am viam edimus* (habita ratione 2ae) *solius elenchi « Japonensium. »*

3.

PRIMUS CATALOGUS PERSONARUM. An. 1618.

(20. Februarii 1619)

1. Praeter Informationes a Provinciali P. Valerio de Ledesma Praeposito Generali sub die 20. Julii 1618 de singulis personis suae Provinciae datas, quibus mox adjunctus fuit Catalogus Brevis cum Supplemento Admissorum, Dimissorum, Defunctorum, idem Provincialis etiam Catalogum Primum proprie dictum ad annum 1618 spectantem composuit, cui die 20. Februarii 1619 suam subscriptionem apposuit.

2. Catalogus iste in vol. *Phil. 2 I* 118-123v servatur. In f. 118 titulus magnis litteris ornate depictus est; in f. 118v exstat Index alphabethicus, ordine nominum (non cognominum), sub quavis littera primo loco Patrum, dein Fratrum. Textus a f. 119 ad f. 123v extenditur: singulae paginae etiam antiquam numerationem (1 - 10) retinent. Pars inferior paginae 123 (= pag. 9) vacat; 123v recensentur « Qui ex Iaponia venerunt ». Omnibus nominibus in margine praefiguntur numeri, ab uno usque ad 108, hoc ordine:

Fol. 119 (pag. 1)	= 1-11	Fol. 121v (pag. 6)	= 60- 71
Fol. 119v (pag. 2)	= 12-23	Fol. 122 (pag. 7)	= 72- 83
Fol. 120 (pag. 3)	= 24-35	Fol. 122v (pag. 8)	= 84- 95
Fol. 120v (pag. 4)	= 36-47	Fol. 123 (pag. 9)	= 96-101
Fol. 121 (pag. 5)	= 48-59	Fol. 123v (pag. 10)	= 102-108

Propterea numerus « Japonensium » progreditur a 102 ad 108.

Informationes, quae de omnibus, etiam « Japonensibus », praebentur, sunt hae:

Nomen	Patria	Aetas	Valetudo	Tempus Societatis	Studia & Gradus	Ministeria	Gradus in Societate

« Japonenses » sunt septem, scl. P. García Garcés et sex Fratres e Japonia oriundi.

3. Eodem fol. 123v, post ultimum numerum (108), sequitur sub titulo « Defuncti » elenchus mortuorum: primo loco: « P. Franciscus Calderón, Manilae, 4. Decembris an. 1618 », deinde alii socii duo, Pater unus, alter Frater, neuter vero Provinciae Japonicae.

4. Ibidem, in fine: « Scriptum Manilae, 20. Februarii 1619. Valerius de Ledesma ». Quae subscriptio cum sit autographa, corroborata etiam apposito sigillo Provincialis, Catalogus est originalis. Fol. 118 praeter titulum legitur, inversa scriptrua: « Nº 8º / 1ª via ». Inscriptio desideratur; at, cum hodiedum exemplar istud exstet in ARSI, dubium non est, quominus, sicut ceteri istius seriei Catalogi, ad Praepositum Generalem directum fuerit.

Nos hic solum elenchum 'Japonensium' e Catalogo isto edimus.

57

Textus

Phil. 2a, (f. 9-16ᵛ) 15ᵛ-16

[CATALOGUS INFORMATIONUM
Provinciae Philippinarum
20. Julii 1618]

/15ᵛ/ Patres, Fratresque Japonici

P. García Garcés in domo suburbana Sancti Michaelis praeest Fratribus, qui ibi degunt more japonico. Dico autem morem japonicum in comedendo et sedendo et caet., nam vita quidem religiosa ad modum est et ad nostrum Institutum accomodata. Exules etiam pro fide Japonicos, viros et faeminas, illic prope habitantes, ministeriis spiritualibus adjuvat et consolatur. Ibi sunt qui secuntur: / 16

F. Romanus, valde senex.
F. Michael Matzuda.
F. Agustinus Vota.
F. Alexius
F. Thadaeus } hi duo modo in Japoniam proficiscuntur, quia ita Pater Visitator Franciscus Calderón et P. García Garcés convenire judicarunt.
F. Petrus Chiquan, in residentia Silan habitat.
F. Georgius, in Manilano Collegio.
F. Thomas Figueredo, in Residentia Antipoli.

En tibi tuorum imagines filiorum. Tu, Pater, enixe a Deo precare, ut quod deest istorum, ipse usque perficiat et novis nos semper benedictionibus augeat. Manilae, 20 Iulii anni 1618.

VALERIUS DE
LEDESMA

9 F. Romanus *infra lin., initio seq. pag. repetitur.* ‖ 18 istorum *le. prob., corr., antea* coelorum *vel simile quid* | ipse] i *del., deinde iterum* ipse.

58

Textus

Phil. 4 5-8ᵛ
f. 5

†

N. P. G. Pro anno 1618
N.º 8

CATALOGUS BREVIS PERSONARUM ET SUPPLEMENTUM PRIMI ET SECUNDI CATALOGI.

[Jul./Aug. 1618]

P. Franciscus Calderón, Visitator huius provinciae.

. . . .

/7/ Patres, Fratresque Japonici.

P. García Garcés preest aliquibus Fratribus japonicis Domi Sancti Michaelis, concionatur et adjuvat Japonios in spiritu.

F. Román
F. Michael } exercent ministeria domestica.

F. Georgius, socius est Procuratoris Provinciae.

F. Augustinos Vota, in Cavitensi Missione socius, domestica exercet ministeria.

F. Thomas Figueredo, in domo Taytay exercet domestica ministeria.

F. Petrus Chiquam, in domo Silang exercet domestica ministeria.

F. Thadeus
F. Alexius } in Japoniam missi.

Inscriptio, f. 8ᵛ: « † Nuestro Pᵉ etc.

1ª v.ª 8º »

6 *ms B* P.e ‖ 9 *ms B. forsitan legendum* contionator, *secus* contionatu[r] ‖ 13 *ms B* Augustinus ‖ 17 *ms B* Chiquan ‖ 18 *ms* Japoniani

59

Textus

Phil. 2 *I* 118-123v

PRIMUS CATALOGUS PERSONARUM. AN 1618
[PROVINCIAE PHILIPPINARUM]
[20. Febr. 1619]

123v Qui ex Iaponia venerunt

	Nomen	Patria	Aetas	Valetudo	Tempus Societatis	Studia & gradus	Ministeria	Gradus in Societate
102	P. García Garcés	Molina, diaecesis Siguntinae	1558	Bona	1572	3 annos philosophiae, 4 annos theologiae	Concionator Hispanorum,	Professus 4 votorum 1601, 10. Iulii.
103	G. Georgius Ruan	Arima in Japonia	1574	Bona	1607			Coadiutor
104	F. Román Tamura	Bungo in Japonia	1554	Firma	1593			Coadiutor Temporalis formatus anno 1608.
105	F. Michael Matzuda	Fingo in Japonia	1578	Bona	1588			Coadiutor.
106	F. Thomas de Figueredo	Firando in Japonia	1552	Firma	1582			Coadiutor.
107	F. Petrus Chiquam	Figem in Japonia	1566	Bona	1585			Coadiutor.
108	F. Augustinus Vota	Nangasaqui in Japonia	1574	Bona	1604, 1. Novembris			Coadiutor.

Defuncti.

P. Franciscus Calderón, Manilae 4 Decembris anni 1618.

. . . . (Sigillum)

Scriptum Manilae, 20. Februarii anni 1619.

VALERIUS DE LEDESMA

60

EPISTOLA P. MATTHAEI DE COUROS AD PRAEPOSITUM GENERALEM, NAGASAKI, 8. OCTOBRIS 1618

In II. volumine Collectionis « Autographa Martyrum », *J. 35,* 84-85v, 87-88v, exstat epistola, die 8. Octobris 1618 Nagasaki data, auctore P. Matthaeo de Couros, qui a die 18. Julii 1617 [1] usque ad diem 2. [2] vel 3. Octobris 1621 [3] munere Praepositi Provincialis fungebatur. Epistola illa de sociis tunc in Japonia degentibus agit, estque hoc loco textibus nostris inserenda.

Duplex istius documenti conservatur « via »: 1a via per Indiam Orientalem, 3a via per Indiam Orientalem. — 1a via (quam edimus) duobus foliis chartae japonicae, 36,2 × 26,8 cm., constat: ff. 84-85v. Sed fl. 85 vacat; 85v directionem epistolae et vestigia sigilli fert. — 3a via eodem modo 2 foliis chartae japonicae ejusdem fere magnitudinis, 36 × 27 cm., comprehenditur: ff. 87-88v; f. 88 vacat scriptura; 88v directionem documenti et vestigia sigilli portat.

Utraque via (textus et directio) ab eodem amanuensi nitide scripta atque a Provinciali propria manu « † Mattheus de Couros » subsignata est. Etiam verba, quae hoc nomen praecedunt, scl.: [1a via, f. 84v:] « D. V. P. indigno fo em Xo »; [3a via, f. 87v:] « indigno em Xo fo » manu ejusdem Provincialis posita sunt.

In 1a via, f. 84, in margine sinistro inferiore, manus quaedam Curiae Romanae S. J. atramento bruni coloris notavit: « P. Couros /Nangas/ 18 »; in 3a via, f. 87, in margine sinistro inferiore atramento ejusdem coloris legitur: « 18 »; f. 88v manus Romana scripsit: « P.e Matteos de Couros, Macao, 8 Outo 618 »: ubi substitutio loci « Macao » pro « Nagasaqui » per errorem facta est.

Inter utramque viam agglutinatum est folium parvum, 20,8 × 6,4 cm., in quo manus Romana epistolam brevissime ita resumpsit:

« P. Provincial. 8. Outubro 618. 1a carta.
Dá conta dos Nossos e dos lugares en que estam
em Japão. E do trato de Japam.
Cada P.e tras consigo hum *Dogico*
e moço, pera cuja sostentaçam se dá cada
ano 50#os [cruzados], e 8 maes pera presentes etc.
Este ano vinha de Macao o P.e Luís,
Japão, de que se não sabe se se perdeo ou não. » / f. 86v vacat.

---

1 P. Matthaeus de Couros ad Gen., Nagassaqui, 15. Sept. 1619, lus., Orig., *J. 35,* 104 (104-105v).

2 P. Matthaeus de Couros ad Praepositum Generalem, e Japonia, 6. Martii 1622, lus., autogr., *J. 37,* 209 (209-210v).

3 P. Franc. Pacheco ad Gen., Ximo, 27. Oct. 1621, lus., autogr., *J. 38,* 75.

Cum istius epistolae exstent 1ª et 3ª via, quaeritur de 2ª: quam olim missam fuisse certo scimus; ipse enim P. Matthaeus de Couros, die 20. Februarii sequentis anni 1619 ad eundem Generalem scribens, ita ait: «Neste Outubro passado de 1618 escreví a V.P. em tres vias pella India Oriental»[4]; haec autem 2ª via jam non apparet et videtur cursu temporum deperdita.

Textus

J. 35 84-85ᵛ

†

Muy Reverendo em Christo Padre Nosso.

Pax Christi.

Nesta darei conta a Vossa Paternidade dos da Companhia que estamos em Japam, e dos lugares em que residimos. Somos por todos trinta e tres. Destes, vinte e cinco são Padres, e oito Irmãos. Dos Padres há vinte Europeos, e cinco Japões. Dos Europeos oito são Italianos, nove Portuguezes, e dous Castelhanos. De todos estes, dezaseis sam Professos de quatro votos, dous Coadjutores Spirituaes, os demais não têm grao. Dos Irmãos dous são Portuguezes, e os seis Japões. Hum Japam, e hum Portuguez são Coadjutores formados.

Como esta perseguição nos levou todas as igrejas que tínhamos, e não ficou hoje por nós em Japam nem hum só palmo de terra, posto que não temos lugar nenhum determinado pera nosso assento, com tudo procu[ra]mos de andar por aquellas partes onde está o mayor corpo de Christandade, nas quais antigamente residíamos, não faltando nunca nellas Christãos que com risco de suas vidas nos recolhem e emparão.

E porque as feições dos Europeos são muy differentes das dos Japões, posto que de ordinário somos conhecidos, todavia com nos disfarçarmos, e andarmos de noite, procuramos de acudir a nossos ministérios. De tres maneiras se disfarção os nossos Europeos. Aqui em Nangasaqui, como hé porto aonde cada anno vêm os navios de Macao e das Philippinas, dous ou tres Padres e dous Irmãos andão em trajos de Portuguezes honestos. Dos demais Padres, assi aqui como nas outras partes de Japam, huns andão com a barba e cabeça rapada e com trajos compridos como

3 Christi] *A erronee* Christo || 16 procu[ra]mos] *A om.* ra

[4] P. Matthaeus de Couros ad Gen., Nangasaqui, 20. Febr. 1619, lus., Orig., 1ª via per Philippinas, *J. 35*, 94 (94-95ᵛ).

andão em Japam os que já professão vida quieta, deixadas as armas, ou a renda que posuhíam, a seus filhos morgados. Outros andão com o cabello crecido e atado a uzo de Japam, com hum terçadinho na cinta, como andam os seculares, conformando-se cada hum aos lugares per onde descorre, e à gente com quem trata. Dos Padres e Irmãos Japoens quasi todos andão ou como rapados ou como seculares. O trajo de todos hé honesto e limpo, sem uzarem de seda, tirando os que aqui em Nangasaqui se vestem como Portuguezes, os quais trazem alguns vestidos de tafeta, que hé o somenos de que nestas partes uza a gente Portugueza. Os que se tratão como Japoens, comummente se vestem de algodão, posto que alguns por respeito dos lugares onde estam uzão de certo pano feito de borra de seda chamado *tçumugui*[1], de que se veste a gente honrada ordinária. Em todos estes trajos não há côr certa, como também a não há nos de Japam, posto que sempre os Nossos uzam da mais honesta.

Quanto aos lugares em que os Nossos residem, ou pellos quais ordinàriamente discorrem: Nesta Cidade de Nangasaqui fica ao prezente o P.e Visitador Francisco Vieira, e o Provincial, com os Padres Consultores Carlo Spínola; João Baptista de Baessa, também meu Admónitor; Sebastião Vieira e Christóvão Ferreira. Estam também aqui dous Padres Japões: [Quimura] Bastiam e [Yyo] Sixto. Estes Padres cultivão quasi toda esta cidade, tendo cada hum seu bairro a que acode, não sem grande trabalho, porque andam de noite ouvindo as confissões dos doentes e sãos, postoque muitos destes também de dia com o devido resguardo vão a se confessar à casa aonde sabem que está o Padre: a qual somos forçados a mudar muitas vezes, e nem eu posso estar em huma mais que por oito ou dez dias, pollo risco da vida que correm os cazeiros, se os Governadores da Corte souberem que nos agazalhão. Especialmente depois que hum de nação China que ordinàriamente me agazalhava em sua casa, foi acuzado por isso, e o mandaram lá levar prezo, posto que, compadecendo-se delle por ser estrangeiro, dizem que o largárão, mas ainda não sabemos a certeza.

Dos Padres que residem nesta Cidade, também alguns cada anno acodem às Christandades de Vômura, Isafai, Gotó, e Firando, que deste porto não distão muito, padecendo dobrado trabalho do que se passava em tempo de nossa bonança.

31 e atado] *B* ai *add. sup. lin.* || 34 e Irmãos Japoens] *B rasura, deinde textus sicut in A* || 39 se tratão] se *in A postea add.* || 59 agazalhão] *B erronee* agalhão

[1] Tçumugui = Tsumugi. *Vocabulario da Lingoa de Iapam*, Nagasaki 1603, p. 248: « Tçumugui. Peças tecidas com borra de Japão ».

Dous Irmãos Portuguezes que aqui residem correm com o que hé necessário pera a sustentação dos que /84v/ estamos em Japam. Dos Irmãos Japoens hum chamado [Quimura] Leonardo há mais de anno e meyo que está no cárcere público pollo negócio de Naiqi[2] Paulo de que já se escreveo a Vossa Paternidade o anno passado. O Irmão [Sadamatsu] Gaspar me ajuda em escrever as cartas em letra Japoa. O Irmão [Quimura] Xucan Miguel catequiza. O Irmão Thadeu [alias Máncio João, pictor] que este ano veo das Philippinas vai logo pera Macao. O Irmão [Sugi] Gomes hé de mais de setenta annos e já não faz nada.

Pellas terras de Arima andão e se agazalhão o P.e Francisco Pacheco, Superior dellas, e os Padres João Baptista Zola, João da Fonseca, Jácome António [Giannone] e [Nacaura] Julião, Japão. Estes Padres, demais da Christandade de Arima, acodem também à das ilhas de Cózzura, Xiqi, e Amacusa, pertencentes ao reino de Fingo: em huma das quaes tem seu ordinário assento o P.e Francisco Boldrino, que também corre com o reino de Fingo; como o P.e Zola com os reinos de Chicugo e Chicugen, aonde há muita Christandade.

O P.e João Mattheus [Adami] que este anno veo de Macao, por estarmos aqui em Nangasaqui esperando por hum rebate da Corte, donde nos avizárão que vinha hum official del Rey a devaçar de nós, se desenbarcou antes de entrar neste porto, e levando consigo hum Irmão Japão chamado [Catō] Ignátio, se

85 os reinos] *A seq.* de reino *del.*

[2] Naiki proprie non nomen, sed officium denotat; quod ad ministerium Nakatsukasa-shō dictum pertinebat; Naiki (Dai-naiki, Chū-naiki, Shō-naiki) praesertim Imperatoris (Dairi) scriptos nuntios redigere debebant.

In praesenti epistola Naiki Paulus filius et heres Akashi Kamon Johannis est. Akashi Kamon-no-suke Johannes in praelio apud Sekigahara (Octobri 1600) contra Tokugawa Iyeyasu pugnaverat, sed intercedente Kuroda Nagamasa Damiano, vitam salvam habuerat. Cumque in bello inter Tokugawa Iyeyasu et Hidetada ex una parte et Toyotomi Hideyori ex altera iterum (1614/1615) contra Tokugawa dimicasset, ipse et filius ad mortem quaesiti sunt. P. Ishida Antonius et Fr. Kimura Leonardus, propterea quod cum Naiki Paulo clam tractaverant, in carcerem detrusi sunt. — Vid. Val. Carvalho, *Supplemento de la Annua de 1600, que trata de lo sucedido desde el Octubre de 1600 hasta Março de 1601. 1a via. Para Nuestro P.e General.* Orig., Nagasaki, 25. Februarii 1601. *J. 54* 119-120. — Francisco Pasio, *Relação breve do estado da Christandade de Japão, feita em Outubro de 1598,* Orig., lus., 1a via. Nagasaki, 3. Oct. 1598, *J. 54* 3-4. ("Acaxi Camon Joam, seu cunhado [de «Bijen no Chunagondono, senhor de tres reinos», i. e. Ukita Hideiye], casado cum huma sua irmãa mais velha"). — Valign. ad Gen., Nagasaki, 2/3. Martii 1601, Orig., *J. 14 I* 67v. — Matthaeus de Couros ad Gen., Nagasaki, 25. Febr. 1618, Orig., *J. 35* 69. («Acaxi Camon João»... «seu filho morgado Acaxi Naiqi Paulo»). — J. B. de Baeça ad Gen., Nagasaki, 7. Martii 1618, Orig., 1a via, *J. 34* 59.

foi às ilhas da Amacusa, aonde está ainda recolhido. O P.e [Tçuji] Thomé, Japão, que também veo de Macao nesta monção, está em hum lugar deste reino de Figen, chamado Caratçu, até passar esta trovoada.

O P.e Pero Paulo [Navarro] se ocupa com a Christandade de Bungo, e da de parte de Fiûga. O. P.e Ixida António, Japam, está ainda prezo na Cidade de Firoxima pollo negócio de [Acaxi] Naiqi Paulo, levando com paciência e edifficação os trabalhos da prizão.

O P.e João Baptista Porro tem a seu cargo andar discorrendo pellos reinos que aqui chamão Chûgocu [3], e alguns da ilha Xicocu. O P.e Baltazar de Torres, Superior das partes do Cami, reside na Cidade de Sacai. O P.e Manoel Barreto em Vôzaca. No Miyaco estam os Padres Bento Fernández e Yuqi Diogo, Japam. No reino de Vôxú, o mayor de todos os de Japão, residem os Padres Jerónimo Ángellis e Diogo Carvalho, que acodem a muitos Christãos espalhados por aquellas partes.

De todos estes Padres, os que mais accomodados vivem, são os que residem nesta Cidade de Nangasaqui, assi por os edifficios serem melhores e mais semelhantes aos de Europa, como porque, por respeito dos Portuguezes e Espanhoes que aqui são moradores e vêm de fora, matão vacas, e fazem pão, e finalmente se pode comer ao uzo de Espanha, por aver muitos que sabem deste ministério. Os Padres que andão espalhados por outras partes são os que em tudo levão o mayor pezo: porque as cazas, especialmente as das aldeas, são muito incómodas, térreas, cubertas de palha e muitas com as paredes do mesmo; outras com ellas feitas de varrichos ou caniços travados com cordas de palha, e depois barradas, e de ordinário nas portas não têm outro repairo senão huma esteira de palha, e muitas nem esta têm. O comer hé comummente o que se uza em Japam, o qual se lá algum comera algumas vezes na somana, o tiverão por grande penitente. Nossa cama ordinária hé huma esteira e nem esta todos querem ter, com hum feltro, huma almofada grande, e outra pequena de peito, com hum modo de cobertor estofado de algodão pera o inverno.

Cada Padre traz consigo hum *Dôjuco* que lhe ajuda à missa, e nos mais ministérios da Christandade, com hum moço de ser-

92 ilhas da] *A vel* de ; *B* de || 94 Figen] *B* Figem || 104 Miyaco] *B Miaco*

[3] Chûgocu = Chūgoku: ita illa regio dicebatur, quae ab Ōsaka-no-seki usque ad extremum meridiem et occidentem insulae Hondo extendebatur: 16 provinciae (' kuni ') Sanyōdō et Sanindō. Cf. João Rodríguez Tçuzu, *História da Igreja do Japão* (ed. Macau 1954) P. I., Livro 1, Cap. 5, pp. 93-94. — Cf. ed. japonicam (DOI Tadao), vol. I (Tōkyō 1967) p. 192, Annot. 13.

viço que compra e faz o que se há de comer, lava a roupa, e entende nos demais offícios desta sorte. Alguns Padres que andão per lugares muito trabalhosos trazem dous moços destes por se não poderem escuzar.

Pera sustentação de cada Padre e do *Dôjucu* e moço que o acompanhão se dão cada anno cincoenta cruzados. Dam se lhe mais oito cruzados pera alguns prezentesinhos que, conforme ao estillo da terra, sempre dão ou aos cazeiros, ou a outras pessoas de obrigação.

E posto que neste modo de vida de peregrinos que têm agora os Nossos de Japao, não faltão muitas occasiões de distração, todavia pella bondade de Deus cada hum procura a observância das Regras, quanto o prezente estado sofre; e todos, cada anno, se recolhem em alguma caza mais quieta a fazer os exercícios spirituaes. Vinha também este anno de Macao o P.e Luís [4], Japão, em huma galeota, de que se não sabem novas, e tem-se por perdida. Isto hé o que se me offereceo pera escrever acerca dos Nossos que estão agora em Japão. Na benção e santos sacrifícios de Vossa Paternidade humilmente me encomendo. De Nangasaqui, hoje, 8 de Outubro de 1618.

De Vossa Paternidade

Indigno filho em Christo

†

Mattheus de Couros. /85 vac.

---

134 que o] o *add. sup. lin.* in *A* || 139 vida de] *A* de *add. sup. lin.* || 145 que se não] *A* se *add. sup. lin.*

4 Pe Luís Japão, varie Fr. (postea P.) Luís, Nagasaki Luís, Niabara Luís, Luís de Hirado appellatur. Hic Septembri 1586 Societatem ingressus, atque (anno 1595?) Macaum missus, ibi anno 1598 Subdiaconus ordinatus, anno 1600, mense Augusto inde solvens in Japoniam rediit eodemque anno Diaconus factus est. Mense Septembri 1601 in Japonia sacerdotio auctus est. Deinde plerumque in oppido et feudo Arima sacerdotale ministerium exercens, Novembri 1614 cum ceteris e Japonia ejectus, Macaum venit. Unde anno 1618 in Japoniam redire conatus est; cf. *Biographias*. — Sed primae quatuor naves Lusitanorum (« galiotas »), quae tunc e portu Macaensi in Japoniam solverunt, navigium quoddam Hollandorum (« pataxo ») obviam habentes, impetum in illud fecerunt. Quo factum est, ut navigium illud incendio periret. E quatuor « galiotas » Lusitanorum tres iter in Japoniam prosecutae feliciter pervenerunt; quarta eorum navis vulneratos in praelio homines Macaum reportavit, iterumque in Japoniam solvit; in quo P. Luís, Japonensis, ibat. Sed navis illa disapparuit; vento vehementissimo (quo tunc in terra et in mari magna damna facta sunt) in mari interiisse videtur: João Rodríguez Giram, ad Assist. Lusit. N. Mascarenhas, Nagasaki, 20. Junii 1619, autogr., lus., 1. via = *J. 17* 221 (221-223v). — Cf. de eodem praelio maritimo C. R. Boxer, *The Great Ship from Amacon* (Lisboa 1963) 95-97.

/85v

†

Ao Muito Reverendo em Christo Padre Nosso, o P.e Mútio Vitelleschi, Prepósito Geral da Companhia de JESV.

1a Carta Roma.

(Vestigia sigilli)

1a Via pella Índia Oriental

Do Provincial. Dos 8 de Outubro de 1618. De Japam.

61

EPISTOLA B. FR. AMBROSII FERNÁNDEZ AD P. ALPHONSUM DE LUCENA E CARCERE ŌMURANO, DIE 5. MARTII 1619

In I. volumine collectionis « Autographa Martyrum », *J. 34* 184-185v, exstat sequens venerandum documentum Martyris Fr. Ambrosii Fernández S. J., scriptum e carcere (in quo post aliquos menses, summo mane diei 7. Januarii 1620 [1], obiturus erat): « Deste tronco de Susta [2], no Miasaqi, oje, 5. de Marso de 1619 ». Duobus foliis chartae japonicae, 32,8/23,2 cm., constat; f. 184v et 185v vacant textu; sed f. 185v P. Hieronymus Rodríguez sen. Macai sua manu notavit: « Do Ir. Ambrózio Fernández para o Pe Afonso de Lucena ». E quibus verbis elucet, sicut etiam ex ipso textu evincitur: epistolam istam ad P. Alphonsum de Lucena in Collegio Macaensi degentem directam et missam esse.

In summa pagina utriusque folii pars chartae excidit, sine dubio igne, cujus signa, in marginibus ejusmodi lacunae, adhuc conspiciuntur. Utrumque autem folium recenter restauratum est, levissimo strato serico superposito. Textus totus *manu ipsius Fratris Ambrosii Fernández* scriptus est, sicut duae aliae epistolae ejusdem Beati Martyris, quae cum ista in eodem volumine conservantur: prima, die 1. Octobris 1618 ad P. Hieronymum Rodríguez in Collegio Macaensi commorantem scripta = *J. 34* 182-183v, quae istam praecedit; altera, die 8. Decembris 1619 ad P. Matthaeum de Couros (tecto nomine: Ichiun-sama) data = *J. 34* 186-187v, quae istam sequitur.

---

158 1a via] *B* 3a via [pella Índia Oriental]

---

1 Informatio de morte Fr. Ambrosii Fernández (pro stabilienda veritate martyrii) facta est a P. Carolo Spinola S. J., in eodem carcere tunc detento, manu propria, cum subscriptionibus autographis testium: *J. 36* 196-199v: vid. ibi f. 198v.

2 « No cárcere de Suzuta, do estado de Vômura, terra de Japam »: ita in eadem Informatione (annot. 1), *J. 36* 196, cf. 198v.

Ratio autem, cur istam epistolam in praesenti volumine edendam censuimus, ea est, quod bonus Frater in margine alterius folii ejusdem epistolae *plurima nomina sociorum in Collegio Macaensi degentium* addit, quos cum ceteris et prae ceteris e carcere salutat; quorum elenchum ita absolvit: « Todos os mais Irmãos que me não lembro de seus nomes. Saraba. Saraba ». Deinde vero, mutata quidem scriptura, alia sex nomina ceteris junguntur, in quorum fine: « E os mais que me esquecem ». Illa autem nomina postea adjecta, quis nomine Fratris Ambrosii Fernández, cujus *non* est scriptura, addiderit, non liquet.

Nos integram epistolam cum elencho nominum hic edimus.

Textus

Jap. Sin 34, ff 184-85v.

†

[Je]sus Maria

Pax Christi.

Primita Nosso Senhor, Padre meu, tomar esta a V. R. com muito perfeita saúde pera sempre lhe fazer muitos servisos aõde quer que estiver.

Foi Nosso Senhor servido, Padre meu, que estãodo eu e o P.e Carlo Espínola em casa de Domingos Jorje[1], em Buchimache[2], dia de Santa Luzia, aos 13 de Dezembro, bem descuidados e fora de nos pareser que nos podião prender, nem no *Mache*[3] avia tal *sata*[4], às 11 oras da noite nos entrárão a casa, estãodo nos dormindo e nos amarrárão muito bem amarrados, que serto se me representárão os fariseus que prendérão a Christo Nosso Senhor; e nos diserão que nos querião embarcar pera os Lusõis. Basta, nos levárão à *xoia*[5] amarrados e nos puserão na casa donde têm seus mosos de serviso e hum cavalo. E asi dali a pouco chegá-

3. P.e Francisco de Punta [ita! = de Pina], Portuguez, da cidade da Garda, de idade de 34 annos, da Companhia 15, de boas forças. Ouvio o curso das Artes, e quatro annos de theologia.

4. P.e António Rodríguez [ita! = Fernández], Portuguez, natural da aldea de Nóbrega, do Arcebispado de Braga, de idade de

68 annos, e da Companhia 44, de medíocres forças. Ouvio as Artes, e dous annos Casos de consciência. Sabe bem a língoa de Japam, e prega nella. Foi feito Coadjutor Spiritual formado no anno de 1599.

5. Irmão António Dias, Portuguez, natural de Ega, Bispado de Coimbra, de idade de 35 annos, e da Companhia /191/ 13, de boas forças. Ocupa-sse nos offícios de casa. Hé Coadjutor Temporal.

73

EPISTOLA P. FRANCISCI PACHECO AD PRAEPOSITUM GENERALEM, E JAPONIA [« KAMI »], DIE 14. JANUARII 1621

Sicut anno praecedenti, die 6. Februario 1620 (Doc. 66), ita etiam anno 1621, die 14, Januarii, Superior Missionis S. J. regionum « Kami », idem P. Franciscus Pacheco, ad Praepositum Generalem sui Ordinis litteras dedit, quibus eundem de illis partibus, et de sociis ibi degentibus certiorem redderet. Quod quidem ea occasione *ut istarum regionum Superior immediatus* ultimo praestitit; nam anno 1621 a Provinciali, P. Matthaeo de Couros, ad inferioris Japoniae terras revocatus est; qui ei initio Octobris vi Litterarum patentium Praepositi Generalis munus Provincialis transmisit [cf. Doc. 76].

Cujus epistolae duae viae exstant in ARSI: 1ª et 2ª per Philippinas: *J. 38* 66-67ᵛ (1ª via); *J. 38* 69-70ᵛ (2ª via).

1ª via est tota autographa; et, praeter textum, directio quoque epistolae manu ipsius P. Francisci Pacheco scripta est. Continetur duobus foliis chartae japonicae, c. 31,4-31,6 × 22-22,2 cm. Fol. 67 vacat scriptura, sed ad consolidandam chartam, cui (fol. 67ᵛ) directio inscripta est, ex adverso agglutinatum est parvum folium (c. 9 × 16,5 cm.). Fol. 67ᵛ nonnisi directionem fert; vestigia sigilli nunc similiter parvo folio (7,5 × 5,4 cm.) cooperta sunt. In margine inferiore, latere sinistro, fol 66, manus Romana notavit: « Pacheco/Giapp./21 ».

2ª via iisdem fere notis distinguitur ac 1ª; nam etiam 2ª est tota autographa (textus et directio); fol. 70 vacat scriptura; ad locum vestigiorum sigilli consolidandum, fol. 70ᵛ parvum folium (8,4 × 8,8 cm.) agglutinatum est (quod pro *directione* consolidanda factum non est); manus Romana fol. 69 in margine inferiore sinistro notavit: « Fr. Pacheco/Giapp./21 ». De cetero fol. 70ᵛ nihil praeter directionem habet inscriptum.

---

24 13] *190v sub lin.; repetitur initio p. 191.*

Inter utramque « viam » insertum est folium chartae europaeae, c. 20,4 × 6,7-7 cm., in quo secretarius Romanus summarium epistolae scripsit: f. 68-68v; quod hic reddimus:

« P. Francisco Pacheco | Martyr [sup. lin.], 14, Janeiro 21 [*corr., antea* 22?]

A persiguiçam como dantes, e speranças nenhumas humanas que cesse.

Depois dos martyrios de Miaco [*corr.*] | de 619 [*vid. postea add.*], se levantou no povo outra persiguiçam contra os Christãos por occasiam de hum incêndio: foram muitos desterrados, outros caíram ettc. Mas estam quietas assi a cidade de Miaco, como Sacai, Osaca e Fuximi.

Dá conta dos que residem nas partes do Cami.

O P. Bento Fernández foi à Corte de Yendo, fes muito fruto nas Missões que, depois de sair da cidade, fes; e por não desistirmos da cidade de Yendo, mandou lá hum Padre Japam, pera ali cultivar os Christãos e faser missões pellos reinos vesinhos.

O P. Diogo Carvalho passou ao Reyno de Yézo, fora de Japam, e ali confessou os Christãos que foram às minas de ouro.

Os Padres de | Oxu [*corr.*] estiveram quietos, mas depois do Embaixador chegar, logo Masamune publicou lei contra os Christãos, e ouve | 6 [*corr.*] gloriosos mártyres.

O modo dos Nossos hé discorrer por varias partes, sacramentando, e convertendo alguns, postoque pouquos, por resam do medo que têm ettc. Faltando a persiguiçam, averá grande conversam.

Todos os Nossos procedem bem e com exemplo.

Nas partes do Cami só há 4 frades de
S. Francisco.

Os Christãos [do *sup. lin.*] tomáram o jubileu que se mandou
e se consoláram com a carta e indulgência de
Sua Santidade, e Lhe escrevem por 4 vias
os do Cami. /68v
Louva ao Visitador e Provincial de faserem bem
seu officio.

O Bispo dá mostras de ser aceito
a todos, e mandou boa esmola pera
se repartir pellos Christãos desterrados.

No mais se remete à Annua. »

Nos 1am viam epistolae, ratione habita 2ae viae (ubi a prima discrepat), integram hic edimus.

Textus

J. 38 66-67v

†

Jesus Maria

Muito Reverendo em Christo Padre Nosso

Pax Christi.

Em Novembro de 620 recebí tres vias de Vossa Paternidade, todas do mesmo teor, e data do primeiro de Dezembro de 617, em reposta das que escreví de Macao[1]; não traziam cousa, a que deva de responder , se não dar as graças a Vossa Paternidade polla reposta, e polla carta escrita em Janeiro de 619, com que Vossa Paternidade consolou e animou os obreiros desta Província, a qual o P.e Provincial communicou a todos. —

No estado secular de Japam não há mudança; o mesmo *Xógun*[2] governa, e hé imigo de Christo Nosso Senhor como era dantes; dura a persiguição; esperanças humanas poucas ou nenhumas tenho que cesse, se não, quando Deus for servido. —

---

[1] P. Franciscus Pacheco, post exilium Novembris 1614, mense Junio 1615 iterum e portu Macaensi solvit et mense Augusto 1615 in Japoniam advenit: vid. opus nostrum *Introductio* 210 212 348.

[2] Xogun = *Shōgun*: Tokugawa Hidetada, Shōgun 1605-1623. — Cf. *Doc.* 55 Annot. 1 ad textum.

Depois dos martyrios do Miaco, que ouve em Outubro de 619[3], posto que não se tratou mais de Christãos[4], e parecia qietar-se tudo, todavia em Abril de 620, da Somana Sancta até a Ascensão, se levantou huma persiguição, não ordenada pello *Tenca-dono*[5], nem por seus Governadores, se não do rumor do povo do Miaco. — Socedeo naquelle tempo por muitas vezes e em vários lugares, pôrem fogo ao Miaco, e qeimar-se grande parte da cidade: as cabeças das ruas e gente do povo imposeram falsamente este incêndio aos Christãos, dizendo que elles qeimavão o Miaco; e por isso ou os constrangiam a que se saíssem, ou deixassem a fee. Foi hum spectáculo miserando; muitos se desterraram e deixaram suas casas; muitos caíram; e muitos também ficaram sem os lançarem, nem caírem. Depois da Ascensão se qietou este rumor, e estão agora estas quatro Cidades Miaco, Sacai, Ozaca, Fuximi, qietas; a persiguição foi no Miaco, e já começava por Fuximi e Ozaca, mas não foi muito por diante. —

Nestas partes de Cami[6], Figaxi[7], e Oxu residimos nove Religiosos da Companhia: cinco sacerdotes Europeus, dous Japões; e dous Irmãos Japões; e oito *Dôjucus* catechistas; as Cidades do Sacai e Ozaca tem a sua conta o P.^e^ Francisco Pacheco com hum Irmão Japão; as do Miaco e Fuximi o P.^e^ Yuqi Diogo, Japão; e dahy vai às missões dos reinos de Tamba, Mino, Ovari, e Qinocuni. — O P.^e^ João Bautista Porro anda pellos reinos do Chúgocu[8] e Xicocu. —

Pera residir na Corte de Yendo, o Fevereiro passado foi o P.^e^ Bento Fernandes, mas por não achar quem o tivesse em sua casa muito tempo, se sahio, e foi té o Foccocu[9], sacramentando os Christãos por vários reinos, no que fez muito fruito, como Vossa Paternidade lerá na Ánnua[10]; este anno avia de tornar

29 este rumor] *A; B:* tudo || 40 foi] *A: corr. ex* fiz

[3] De Martyribus anni 1619 vid. supra, textum *Documenti 66.*

[4] Sacerdotes vel Religiosi ea occasione non sunt interfecti.

[5] *Tenca* = id quod sub coelo est = totus mundus, vel etiam tota natio. Sensu etiam strictiore significabat provincias prope metropolim Miyacensem. — *Tenca-dono*: is qui praeerat toti nationi = hoc loco idem dicit ac *Shōgun*, qui tunc erat Tokugawa Hidetada.

[6] *Cami* = Kami = Japonia 'superior', prope metropolim Miyacensem.

[7] *Figaxi* = Higashi = oriens. Pars Japoniae orientalis, seu ab oriente loci Ōsaka no seki.

[8] *Chūgocu* = Chūgoku: pars occidentalis insulae Hondo = Sanyōdō et Sanindō. Cf. Doc. 60, Annot. 3 ad textum.

[9] *Foccocu* = Hokkoku: provinciae 'septentrionales' = 7 provinciae viae Hokurokudō. Cf, *Doc. 64,* Annot. 10 ad textum.

[10] Ánnua de Japam do anno de 1620: João Rodríguez Giram, Macao, 10. Aprilis 1621, Orig., 2ª via, lus., *J. 59* 240-324v.

pera ver se podia ficar naquella cidade; mas o P.e Provincial, por ter delle necessidade lá no Ximo, o chamou; e por não desistirmos daquella missão, e cidade tam importante, tenho escrito ao P.e [Shikimi] Martinho Moan, Japam, que hia pera Oxu, fique em Yendo, pera ali cultivar os Christãos, e fazer suas missões pellos reinos vezinhos de Figaxi. —

No Oxu, na Cidade de Xendai, Corte e fortaleza principal do *Tono* Masamune [11], está o P.e Jerónymo de Ángelis com o Ir. Yama Joam, Japam. — No reino de Deva, que hé o último de Japão, onde tegora não foram outros Religiosos se não da Companhia, está o P.e Diogo Carvalho, que discorrendo pellas províncias daquelle reino, que hé grande, passou a Yezo, já fora de Japam, e confessou os /66v/ Christãos Japões que passão a Yezo às minas de ouro; na Ánnua deve ir huma sua Relação de Yezo que Vossa Paternidade folgará de ouvir [12]. — Nas terras de outro *Tono* grande de Oxu, chamado Camofida-dono [13], está o P.e Joam Mattheus Adami. —

---

58 deve ir] *A; B:* deve de ir

---

[11] Date Masamune, natus anno 1567, mortuus anno 1636 (sec. *Dai Nihon jinmei jisho*, i. e. Lex. biogr. Japon., edit. 11a. Tōkyō 1937, p. 1577), in Europa, etiam saec. XVII., propter alteram Legationem Japonicam notus. Qui in castello Sendaiensi residebat.

[12] Postquam P. Hieronymus de Angelis S. J. anno 1618, primus Europaeorum, ad insulam Yezo-Hokkaidō transiit, anno 1620 P. Didacus (Diogo) Carvalho eodem se contulit; die S. Mariae ad Nives, 5. Augusti 1620, primus in insula Hokkaidō sacrum litavit. Epistolam ejus, cum Relatione de insula Yezo, vide apud H. Cieslik, *Hoppō tanken.* Tōkyō 1962, pp. (11) -(28); epistola exstat in *J. 59* 317-321v.

[13] Camo Fida-dono = Gamō Hida-no-kami: agitur de feudo familiae Gamō in provincia Iwashiro (Aizu-Kurokawa-Wakamatsu).

Gamō Ujisato (1557-1595) filiam ducis Oda Nobunaga uxorem habuit. Sub duce Toyotomi Hideyoshi anno 1584 castello Matsugashima (Ise) praefectus, anno 1588 ad castellum Matsuzaka (Ise) translatus, demum anno 1590 feudum Aizu (Iwashiro) obinuit; quod ei post nova proelia pro Hideyoshi (contra Kunohe Masazane) fortiter gesta usque ad *hyaku-man goku* mille millium *koku*, auctum est. — Cf. *Sōgō Chihōshi dai nempyō*, Tōkyō 1967, pag. 656. — Adhortante Takayama Ukon Justo, Ujisato, paulo antequam mense Aprili 1585 contra 'sōhei' (= monachos-milites) Negoro (Kii) ad bellum profectus est, baptismum suscepit et Leo vocatus est. Eodem Justo sibi assistente, morbo (forsitan veneno sibi clam propinato) correptus, anno 1595 pie decessit. — De ejus conversione: Luís Fróis, Ánnua, 27. Aug. 1585, in Cartas (Évora 1598) II 155v-156, 163v; cf. J. Laures S. J. *Takayama Ukon*, op. cit. 171-174. — De ejus obitu: Luís Fróis, « Ánnua de Japão, de Março de 94 até Outubro de 95, 1a via, Nangasaque, oje vinte de Outubro do anno de 1595 », *J. 52* 112-112v. Etiam: « Parte da Ánnua de 1595 de Jappão, em que se referem as cousas tocantes às partes do Miaco ». « Desta caza de Nangassaque, aos 30 dias do mes de Setembro de 1595 » (sine subscriptione), *J. 52* 56-57; cf. Laures, ut supra, 255-257.

Os Padres de Oxu estiveram qietos e em paz até 29 de Setembro de 620, dia em que Masamune publicou lei contra os Christãos; e nota o P.e Jerónymo de Ángelis, que, em chegando a Oxu o Embaixador Japam [14] que foi a Roma, logo fez a lei da prohibição; e hum Christão me escreveo, ou mo disse hum nosso *Dôjucu* que agora veo de Oxu, que não quizera Masamune ver a seu Embaixador em espaço de dez dias, té que retrocedesse, e como disse que retrocedia o vio; e já até 15 de Novembro de 620 ouve seis gloriosos mártyres, segundo me disse o dito *Dôjucu*, e escreveo o P.e Jerónymo de Ángelis, cuja relação mandei ao P.e Provincial; deve de ir na Ánnua [15]. —

O fruito que todos fazem hé o que o anno passado escreví a Vossa Paternidade: discorrem por várias partes, sacramentando, e convertendo alguns de novo, posto que poucos; porque com o grande medo que têm da *Tenca* [16], não se atrevem a ouvir pregações do Catechismo; qualquer cousa que abrandar a persiguição, averá grande conversão. —

Todos os companheiros, me parece, procedem bem e com exemplo; não sei cousa escandalosa que acontecesse, assi pera com os de casa, como pera com os de fora; com todos corremos bem; e tomamos cadanno os Exercícios, e cada hum guarda as Regras, segundo o aperto, e perpétuo trabalho, em que andamos, as deixa guardar. —

63 de 620] *A; B om.* || 66 me escreveo] *A; B:* mo escreveo || 84 deixa] *A; B:* permitte

Filius ejus Gamō Hideyuki, cum pater moreretur, pueritiam vix egressus, ab Aizu ad Utsunomiya (Shimotsuke), feudum multo inferius illo, quod pater possederat, translatus est. Sed post proelium in campo Sekigahara (21. Oct. 1600) a Tokugawa Iyeyasu in feudum paternum Aizu-Wakamatsu (quamvis imminutum, quia a 1 000 000. koku ad 600 000 koku reductum) restitutus est. — Cf. Yoshida Tōgo, *Dai Nihon chimei jisho,* vol. Ōshu-Dewa, Tōkyō 1939, pag. 3988 (Wakamatsu-jō). Qui cum anno 1612 obiisset, filius ejus Tadasato feudum ejus hereditavit; et tempore epistolae, de qua hic agimus, feudum illud regebat, donec anno 1627, juvenis 25 annorum e vita cessit. Cujus heres (cum Tadasato filios non haberet) factus est frater ejus minor, Tadatomo nomine, filius secundigenitus ejusdem Gamō Hideyuki. Sed Tadatomo a feudo paterno Aizu-Wakamatsu ad insulam Shikoku translatus, feudum Matsuyama in provincia Iyo obinuit, ubi triginta annos natus obiit. — Cf. Yoshida Tōgo, *Dai Nihon chimei jisho,* loco superius in hac annot. allegato, pag. 3988.

[14] Hasekura Tsunenaga Rokuyemon, nomine baptismi (nam die 17. Febr. 1615 Matriti, praesente Rege Philippo III, sacramentum christianae regenerationis suscepit) Philippus Franciscus: cujus Legationis brevem historiam cum multis fontibus et libris de ea editis habes in nostro opere *Die Wirksamkeit der Päpste für Japan, op. cit.* pp. 48-71. De ejus reditu in Japoniam, de prohibitione fidei christianae in feudo Date Masamune (die 24. lunae 8ae, anni 1620), de ejus morte: ib. 67-68.

[15] Vide Adnot. 10, supra.

[16] *Tenca*: vid. Adnot. 5, supra.

Deste Cami até Oxu não há outros Religiosos se não da Companhia e de S. Francisco. — Estes ao presente são quatro[17]: hum em Fuximi; outro em Oxu, escondido perto das terras de Masamune, mas não dentro nellas; e dous por Yendo, segundo me disseram. — Desd' o anno passado se ajuntáram cá sete: tres[18] se tornáram já pera Nagasaqui, scil. o seu Commissário, que a mor parte do anno esteve em Yendo; e hum Irmão leigo Castelhano, e hum Terceirão Japam, dos quatro que ordenáram na Manila. —

Andam por cá tres Clérigos[19], que como se não atrevem a estar em Nagasaqui por medo de Feizo, cujo contrários foram na demanda em que venceo e destruio Tóan, e lhe socedeo no offício do governo daquella cidade[20], se vieram a estas partes; e mais procuram seu proveito, ao que parece, que ajudar as almas. —

Os Christãos tomáram com muito fervor o Jubileu que Sua Sanctidade concedeo o anno de 617, e chegou a Japam o de 620; e se alegráram e consoláram com a Indulgência, e carta de Sua Sanctidade, que muito estimáram, e a têm tresladada muitos pera a lerem muitas vezes nos ajuntamentos de suas Confrarias. — Os

---

86 e de] *A; de omittitur in B*

---

[17] Quamvis propter itinera, quibus frequenter tunc a loco in locum Franciscani mutabantur, difficile dictu videatur, ubi singuli certo aliquo tempore (e. g. die huic epistolae apposito) versarentur: in Fushimi P. Ludovicus (Luis) Gómez O. F. M., prope feudum (non *in* feudo) Date Masamune P. Franciscus Gálvez, in Yedo PP. Franciscus de Barajas et Diego Palomares de la Cruz tunc degisse videntur: cf. Dor. SCHILLING O. F. M., *Le Missioni dei Franciscani spagnuoli nel Giappone*, op. cit. II pp. 193-223.

[18] O seu Comissário = P. Didacus (Diego) Pardo O. F. M. — P. Pardo, Novembri 1614 in exilium non egressus, in Japonia superiori ministerium sacerdotale exercebat, sed hebdomada sancta anni 1615 in carcerem detrusus, per 18 fere menses in eodem detentus est; tandem liberatus, die 30. Septembris 1616 cum Legatis e Nova Hispania advectis in navi Mexicum profectus est. Unde anno sequenti ad insulas Philippinas regressus, die 12. Augusti 1617 cum P. Antonio de S. Bonaventura et Fratre laico Martino de Pineda iterum portum Nagasakiensem tenuit. (SCHILLING, *Le Missioni francescane*, op. cit. II 206-209). Num Frater laicus, de quo epistola, forsitan hic Frater Martinus de Pineda est? De sacerdote Japonensi, Manilae sacerdotio aucto, et Tertio Ordini S. Francisci adscripto, vix dubium est: nam P. Matthaeus de Couros die 10. Octobri 1620 expressis verbis refert (*J. 37* 156v): sacerdotem japonicum Johannem Miyazaki, Manilae ordinibus sacris auctum et Ordini Tertio S. Francisci adscriptum, in Japoniam regressum ac statim ad terras principis Date Masamune profectum esse. Illum ergo ad civitatem Nagasaki jam rediisse P. Pacheco in praesenti epistola asserit.

[19] De sacerdotibus japonicis e clero saeculari vid. *Doc. 54*, Adnot. 18.

[20] De illa lite inter Murayama Antonium et Heizō Johannem vide supra, *Doc. 66*, Annot. 10.

deste Cami respondem por quatro vias, e dão as graças a Sua Sanctidade. —

O P.e Visitador Jerónymo Rodríguez, posto que estou longe e não sei as particularidades, me parece que vai dando mostras de fazer bem seu offício, com sua brandura e experiência que tem. — O P.e Provincial Mattheus de Couros me parece diligente, e que faz bem seu offício, posto que estamos distantes, e não sei o que ao perto passa. —

Com a boa eleição que Vossa Paternidade fez em o Senhor Bispo Dom Diogo Valente [21] nos alegramos muito. — Elle de Macao já vai dando mostras de ser aceito a todos; e mandou huma boa esmola pera se repartir pollos pobres desterrados *pro Fide.* —

Não se offerece outro cousa que deva escrever a Vossa Paternidade. — Algumas tocantes à Christandade, e ao bom governo da Companhia, que cá se podem remedear, represento aos Superiores. —

Na bençam e santos sacrifícios de Vossa Paternidade peço humilmente ser encommendado. De Japam, e Janeiro 14 de 621.

De Vossa Paternidade
Indino filho
Francisco Pacheco.

A causa, por que Masamune persegue aos Christãos, hé medo da *Tenca,* que lhe tire o estado; e, por isso, em chegando o Embaixador, deu mostras que se conformava com o *Xógun,* e também perseguia a Lei de Christo Nosso Senhor.

———/67v/———

Ao muito Reverendo em Christo Padre Nosso, o P.e Mútio Vitileschi, Prepósito Geral da Companhia de JESV. Em ROMA

1a via per Philippinas

(Vestigia sigilli)

Do Cami de Japam, e de Janeiro 14 de 621. —

Eadem omnino via sine ullo additamento missa est per Goam. —

---

132 1a via per Philippinas] *A:; B:* 2a via per Philippinas.

---

[21] De Episcopo Didaco (Diogo) Valente, nominato in Consistorio diei 8. Januarii 1618, vid. op. nostrum *Die Wirksamkeit der Päpste für Japan* pp. 20-22.

74

PRIMUS CATALOGUS PERSONARUM [scl. PROVINCIAE PHILIPPINARUM]

[1. Maji 1621]

1. Catalogi Provinciae Philippinarum, qui immediate praecedentem Catalogum Primum diei 20. Februarii 1619 sequuntur, sunt tres: *Catalogus Informationum,* die 13. Julii 1619 compositus[1]; *Catalogus Brevis,* die 15. Maji 1620 conscriptus[2]; *Catalogus Informationum,* die 20. Maji 1620 confectus[3]: in omnibus istis manipulus « Japonensium » non jam a ceteris Patribus Fratribusque separatur, sed cum aliis in variis Provinciae Domibus viventibus miscetur. Verum quidem est, aliquos semper Japoniae socios (sed paucos) in domo Sancti Michaelis prope urbem Manilensem Japonensium Christianorum Fidei causa e sua patria in exilium missorum curam gessisse: alii vero per varia loca sparsi erant. Nostri non esse censemus, e singulis hisce Catalogis singulos expiscari, et ita, quod de illis est, in unum quid jungere; (nam tale principium, in toto tunc volumine adhibendum, gravissima secum ferret incommoda!); sed *ubi in ipsis Catalogis pars aliqua separata de « Japonensibus » agat,* hanc esse transscribendam atque edendam. Quapropter post dictos Catalogos jam ad Catalogum Primum diei 1. Maji 1621 accedimus.

2. Sed pro lectoris commoditate notamus: de septem sociis « Japonicis », qui tunc in Insulis Philippinis permanebant, anno 1620 quatuor Fratres e Japonia ortos ad suam Provinciam, i. e. ad Collegium Macaense, regressos esse. In Informationibus die 20. Maji 1620 confectis ita legimus: « *F. Augustinus Vota,* Japonius, Coadjutor, nunc in urbem Macham mittitur » (*Phil. 2a* 24v). — « *F. Romanus Tamura,* Japonius, Coadjutor, bonus senex, mox ad suos Macham proficiscetur, a suo Superiore vocatus » (*Phil. 2a* 25v). — « *F. Petrus Chiquam,* natione et Provincia Japonius, relig.... (desunt verba).. urbem Macham proficiscetur, evocatus a suo Patre Visitatore » (*Phil. 2a* 26/26v). — « *F. Georgius Ruan,* Coadjutor, Japonius, egregius religione ac labore Frater, paullo post in urbem Macham proficiscetur, a suo Patre Visitatore vocatus » (*Phil. 2a* 26v). — Omnes isti in Catalogo Brevi Provinciae Japonicae mense Septembri 1620 jam in Collegio Macaensi recensentur[4]. — Propter-

---

1 *Phil. 2a* 17-22v: « De Personis, pro anno 1619 »: Valerius de Ledesma, Manilae, 13. die Julii an. 1619, Orig., lat., ad Gen., 1a via.

2 *Phil. 4* 9-11v: « Brevis Catalogus Personarum Provinciae Philippinarum, pro an. 1620 »: Valerius de Ledesma, Manilae, die 15. Maji an. 1620. Orig., lat., ad Gen., 1a via.

3 *Phil. 2a* 23-28v: « De Personis, pro anno 1620 »: Valerius de Ledesma, Manilae, 20. Maji an. 1620, Orig., lat., ad Gen. 1a via.

4 De Catalogis Japonicis mense Septembri 1620 confectis videas superius Docc. 67-69 et 70-72.

ea mirum non est, in Catalogo Primo Provinciae Philippinarum, die 1. Maji 1621 exarato, loco septem sociorum tres solas inveniri.

3. Catalogus Primus Philippinarum, de quo hoc loco agendum est, continetur in vol. *Phil. 2 I* 139-144v; constat proinde 6 foliis, chartae orientalis. Fol. 139/9v: « Index Alphabeticus eorum qui in hoc Catalogo continentur »: qui elenchus secundum nomina (non cognomina) ita ordinatus est, ut primum omnes ejusdem *nominis* Patres, dein Fratres ponantur. Textus Catalogi Primi sequitur a fol. 140 usque ad fol. 144v. Informationum varia capita sunt haec:

Nomen	Patria	Aetas	Valetudo	Tempus Societatis	Studia & Gradus	Ministeria	Gradus in Societate

Singularum paginarum originalis numeratio conservatur; singulis vero nominibus numeri praefiguntur, sequenti modo:

Fol. 140 =	Pag. 1 =	Nr. 1-12	Fol. 142v =	Pag. 6 =	Nr. 61-72
140v =	2 =	13-24	143 =	7 =	73-84
141 =	3 =	25-36	143v =	8 =	85-96
141v =	4 =	37-48	144 =	9 =	97-99 /100-102/103
142 =	5 =	49-60			

Ultimā paginā (fol. 144 = pag. 9), ac post ultima nomina Provinciae Philippinarum (Nr. 97-99), adjungitur titulus: « *Qui ex Iaponia venerunt* »; et repetitis capitibus Informationum (Nomen, Patria etc,) ut supra, recensentur tres socii « Japonici », qui soli remanserant, *sub numeris 100-102*. Deinde, cum novo titulo: « Ex insulis Malucis » apponitur unus socius, sub numero 103. Atque ita textus Catalogi finem habet. — Fol. 144v tantummodo in parte superiore haec verba; « Scriptum Manilae, 1o die Maii an. 1621 »; in parte inferiore ejusdem paginae legitur nomen autographum auctoris: « Valerius de Ledesma »; quae subscriptio etiam sigillo munita est. Agitur igitur de documento originali. Totus textus latina lingua conscriptus est.

4. Nos solum Informationes eorum « Qui ex Iaponia venerunt » edimus.

Textus

PRIMUS CATALOGUS PERSONARUM
PROVINCIAE PHILIPPINARUM
(1 Maji 1621)

Qui ex Iaponia venerunt

Nomen	Patria	Aetas	Valetudo	Tempus Socie-tatis	Studia & gradus	Ministeria	Gradus in Societate
P. García Garcés	Motina, dioecesis Conchensis	1558	Bona	1572	3 an. phil. 4 an. theo-logiae	Conciona-tor Hispa-norum	Professus 4 vot. 1601 10. Julii *
F. Michael Matçuda	Fingo in Japonia	1578	Bona	1588 **			Schola-sticus
F. Thomas de Figueredo	Firando in Japonia	1552	Firma	1582		Ministeria domestica	Coadjutor

* [*leg.*: Junii].
** Ingressus est anno 1607.

75

EPISTOLA P. JOHANNIS BAPTISTAE PORRO AD P. PETRUM MOREJÓN HARIMA, DIE 6. OCTOBRIS 1621

Cum post Septembrem 1620 Catalogi Breves sociorum in ipsa Japonia inter persecutionum insidias clam remanentium desint, aliis documentis haec lacuna, quoad fieri potest, complenda est; ad quod praesertim Superiorum Majorum epistolae servire possunt; aliquando tamen in aliorum quoque epistolis elenchi nominum continentur, qui pro rerum adjunctis magnae utilitatis esse deprehenduntur.

P. Johannes Baptista Porro [1], Mediolanensis, die 7. Martii 1576 natus, ac die 8. Maji 1592 in Societatem ingressus, anno 1603 in Indiam Orientalem navigavit; ac demum medio fere anno 1605 in Japoniam pervenit. Qui cum per aliquod tempus in Seminario Arimensi degisset, postea (saltem anno 1609) ad superiorem Japoniam translatus, varios annos in urbe Ōsaka moratus est ; ubi die 11. Decembris 1611 solemnem 4 votorum professionem emisit. Cumque Fidei praecones anno 1614 e Japonia exire cogerentur, P. Porro unus ex illis fuit, qui clam remanentes curam spiritualem Christianorum gerere pergebant. Excurrebat autem per varias provincias seu « regna », i. e. *kuni,* inter urbes Ōsaka et Hiroshima sita (ita 1617[2]); quibus postea etiam aliae, inter Hiroshima et Shimonoseki sitae, necnon in insula Shikoku, Iyo, Sanuki Awa, et in Mari Interiori (Setonaikai) Awaji et Shodōshima, additae sunt (ita 1621 [3])

P. Porro non semel de suis laboribus apostolicis Romam scripsit. Exstat inter ejusdem epistolas una, scl. die 6. Octobris 1621 scripta, quam amico, olim Superiori suo, P. Petro Morejón [4], qui in Congregatione Provinciali mense Octobri 1614 Procuratoris Substitutus electus, per Philippinas et Novam Hispaniam in Europam profectus erat, « mukae ni », i. e. (redeunti) obviam misit, referens statum saecularem et

---

[1] Videas ejus vitam in vol. nostro *Biographiae.*

[2] P. Porro ad Gen., 15. Febr. 1615, ital., autogr., 1a via, *J. 16 II* 151: « Vo correndo e sacramentando conforme alle occasioni, col maggior secreto possibile, li Christiani d'Vôzaca, e de' regni di Farima e di Bijen ». — P. Hieronymus Rodríguez, die 14. Oct. 1617 e Japonia profectus, die 15. Dec. 1617 de Patre Porro (cujus tamen nomen silet) ita loquitur: « Discorrendo hum [Padre] ordinàriamente de Ozaca atté Firoxima pelos reinos de Farima, Bigem, Mimasaca e Bingo; e outro desde Firoxima pera baixo pelos reinos de Nangato, Suo e Tagima ... Estes dous Padres visitárão também os Christãos dos reinos de Iyo e Sanuqui no Xicocu, e o ordinário hé fazer estas visitas huma e duas vezes no anno, ȧndando sempre em roda viva » (cf. totum textum: Doc. 54): *Breve Relaçam, J. 58* 413. Primus ex istis duobus est P. Porro.

[3] Epistola, quam hic edimus, singulas provincias nominatim effert.

[4] De P. Petro Morejón, vid. vol. nostrum biographicum; praeterea opus nostrum *Documentos sobre el Japón, conservados en la Colección « Cortes » de la Real Academia de la Historia,* Madrid 1961, pp. 24-26.

ecclesiasticum Japoniae. Haec epistola, inter alias utilissimas notitias, etiam elenchum Patrum, quasi Catalogum Brevem, continet, neque sola nomina, sed loca quoque, ubi residebant, vel quae ordinarie percurrebant, indicat. Epistolam istam integram inter textus nostros recipimus.

Indoles ejus a plurimis aliis scriptis tunc e Japonia in Europam missis satis differt: nam epistola ista, ab amico, rerum japonicarum peritissimo, ad alium amicum, eādem scientiā apprime instructum, data, eventus politicos, personas vitae publicae regendae praepositas, ordinem « socialem » modumque vivendi Japonensium, geographiam japonicam, ex parte optime describit, ex parte, ut amico nota, supponit; verba etiam japonica ac sententias adhibet, ab amico facile intelligenda.

Quatuor autem sunt, quae auctor amico suo exponenda annuntiat; nam initio epistolae haec se tractaturum promittit: « 1°, do estado secular e político de Japão; 2°, do estado da perseguição; 3°, do estado da Companhia e Padres nossos; 4°, do meu particular ».

In primo quidem puncto amplam feudorum permutationem, factam a Tokugawa Hidetada (qui fuit Shōgun secundus, ordine chronologico, ejusdem familiae) anno 1619, exponit; interitum Antonii Murayama Tōan ejusque familiae narrat; eventus quosdam infelices, ut incendia in urbibus Miyako et Yedo, commemorat. — In 2° puncto persecutionem in variis Japoniae regionibus antea saevientem (Miyako, Kokura, Ōshū), ac praesertim in portu Nagasakiensi Christianos actu vehementer opprimentem, describit. — In 3° puncto *quasi Catalogum Brevem* 22 Patrum ponit, simulque locum residentiae vel ministerii apostolici eorum indicat; e quibus 2 in carcere Ōmurensi detinebantur (scl. P. Carolus Spinola et P. Sebastianus Kimura); ubi etiam *4 Dōjuku*, in ipso carcere in Societatem admissi et tunc sub directione P. Caroli Spinola novitii, horam martyrii exspectabant: hi novitii in supradicto numero Patrum comprehensi non sunt; praeterea 2 Patres in Japonia morbo correpti supremum diem obierant (P. Emmanuel Barreto et P. Joannes Fonseca). Itaque *de 28 sociis* elenchus notitiam dat. In carcere Ōmurano etiam aliqui e Franciscana familia, et alii e Dominicana, inclusi erant, quos P. Porro commemorat. — Denique in 4° puncto breviter de suis « excursionibus » apostolicis per quatuordecim « regna » (*kuni*) in insulis Hondo et Shikoku refert, et varia desiderata adjungit.

Epistola, quam edimus, exstat in volumine « Iaponia/Epistol./1616-1622 », scl. *J.17* 289-290^{v}. Simul cum ista, *duae aliae epistolae* ejusdem P. Porro eodem mense Octobri 1621 scriptae, in eodem loco inveniuntur: *una ad P. Assistentem* Lusitanum Nunium Mascarenhas, cujus 1ª via (autographa), die 6. Octobris 1621 data, praecedit: *J.17* 285-286^{v}; cui 2ª via (autographa) nectitur: *J. 17* 287-288^{v}; deinde, ut diximus, *J.17* 289-290^{v}, *nostra epistola ad P. Petrum Morejón,* autographa, 2ª via.; post istam adjungitur ejusdem auctoris *nota autographa* ad epistolam quandam antea scriptam, die 9. Octobris addita, duplici quidem via: *J.17* 291-292^{v} et 293-294^{v}: quae, cum nunc ab epistola illa, ad quam olim pertinebat, separata sit (neque propriam directionem habeat), cui epistolae jungenda sit, non omnino liquet; sed potius epistolae ad

P. Assistentem Lusitanum addenda videtur; tandem epistola ad P. Generalem, die 16 Octobris 1621 data: cujus 1ª via, autographa, in *J. 17* 296-297ᵛ invenitur; 2ª via, autographa, in *J. 17* 298-299ᵛ (*J. 17* 295 notam autographam, huc non spectantem, P. Emmanuelis Dias senioris ad P. Assistentem Lusitanum continet).

Ex epistola ad P. Assistentem haec, quae sequuntur, notamus: ait enim P. Porro: « Desde o Dezembro do anno passado até ao Agosto do presente tenho corrido e visitado e dado o Jubileu aas Christandades de 14 provincias que eu tenho a meu cargo »; et paulo infra: « Estou agora actualmente na cidade de Vozaca, adonde me tem chamado o P. Pacheco, e me tem deixado em seu lugar, por quanto elle foi chamado pera Nagasaqui [« a hum negócio » *add.* 2ª via, f. 287ᵛ] »; et in fine: « De Japão, 6 de Outubro 1621 ». P. Franciscus Pacheco ad inferiorem Japoniam a Provinciali P. Matthaeo de Couros vocatus erat, ut eidem P. Matthaeo in regenda Provincia succederet. P. Porro, loco P. Francisci Pacheco munus Superioris partium « Kami » gerens, causam utique habebat, cur Romam epistolas scriberet. Sed, *unde* ista, aliaeque epistolae scriptae sunt? Nam epistola ad P. Morejón eodem die 6. Octobris 1621 e provincia Harima, non ex urbe Ōsaka, data est: « Oje, 6 de Outubro 1621, de Farima ». Urbs Ōsaka non in provincia Harima sita est, sed in provincia Settsu, quae Harimensi contigua est; porro, epistola ad P. Morejón in fine et tempus scribendi (6. Oct. 1621) et locum (Harima) directe conjungit; epistola vero ad P. Assistentem, eodem die « data », quamvis in textu auctorem suum in urbe Osaka collocet, in fine tamen concludit: « De Japam, 6 de Outubro 1621 ». Cujus difficultatis solutio inde repetenda videtur, quod P. Porro epistolam ad P. Assistentem *ante diem 6. Octobris 1621 in Urbe Ōsaka* coeperit, sed die 6. Octobris in provincia Harima ad finem perduxerit; ita ut epistola nostra reapse die 6. Octobris 1621 e provincia Harima scripta sit.

Nostra haec epistola duobus foliis chartae japonicae, 24,7-25,3 × 18,3-18,5 cm., continetur (*J. 17* 289-290ᵛ); in margine inferiori folii 289, ad sinistram, secretarius Romae atramento bruno notavit: « Porro /Farima/ 21 »; f. 290ᵛ praeter ultima verba textus epistolae, directionem (similiter autographam) et sigillum fert.

J. 17 289 290ᵛ

Textus

†

Esperava eu este anno por Vossa Reverência, se não cá em Japão, em Macao ou em Luçón [1]. Mas já que Nosso Senhor não hé servido disso, mandarei ao *mucai* [2] de Vossa Reverência esta, na qual, com toda brevidade, e per puntos, darei a Vossa Reverência conta: 1°, do estado secular e político de Japão; 2°, do estado da perseguição; 3°, do estado da Companhia e Padres nossos; 4°, do meu particular.

Primeiro: O *Xógun* [3] é mais absoluto senhor de Japão que mais [4], scl. no anno de 619 acabou de destruir a Tayu-dono [5], temendo-se delle, e dandolhe certas culpas, tendo-o retido em Yedo, mandando grosso esército a Firoxima, tomou posse da fortaleza; e tem desterrado Tayu-dono entre o reino de Xinanu [6] e Cai-nocuni [7], com *ni-man sanjen-gocu* [8], e assi o *tanomoxii* [9] do P. Couros acabou seu dito. Depois mandou *Xógun* pera Firoxima Asano [10]

[1] P. Petrus Morejón, ad quem haec epistola scripta est, tunc temporis (6. Oct. 1621) longe agebat: nam Octobri 1614 in Congregatione Provinciali Japonica in civitate Nagasakiensi Procurator Substitutus (Romam mittendus) electus, per Manilam et Novam Hispaniam in Europam profectus erat, et verno tempore anni 1622 e portu Ulyssiponensi iter aggrediens per Indiam Orientalem, Siam, Camboja, Philippinas, tandem die 1. Septembris 1625 Macaum regressus est. Vide de ejus itinere SCHÜTTE, *Cortes* pp. 24-26 (cum fontibus).

[2] Ao *mucai* = mukae ni = obviam.

[3] Tokugawa Hidetada.

[4] « mais ... que mais » = *ital.* « più che mai ».

[5] Tayu-dono = Fukushima Masanori, e provincia Owari, ducis Toyotomi Hideyoshi miles, post victoriam apud collem Shizugatake (Ōmi) ab Hideyoshi promotus, ' Sayemon-no-suke ' factus (saepe Sayemon-no-Tayū dictus) est; cui feudum Imabaru in insula Shikoku (100 000 koku) commissum est; ac postea (Bunroku 4 nen = 1595) idem Masanori ad feudum Kiyosu (Owari, 200 000 koku) mutatus est. Tokugawa Iyeyasu filiam suam adoptivam ejusdem Masanori filio Masayuki in matrimonium dedit. Post proelium in campo Sekigahara (21. Oct. 1600) Fukushima Masanori feudum Hiroshima (Aki) (498 200 koku) obtinuit. Sed paulatim inter ipsum ac duces Tokugawa diffidentiae sensus irrepsit; et anno 1619 magno suo feudo Hiroshima destitutus, ad feudum Kawanakashima (Shinano) relegatus, Kanei 1 nen (anno primo Kanei = 1624) mortuus est. Vid. *Dai Nihon jinmei jisho*, vol. 3 (¹¹Tōkyō 1937) pp. 2219-2220. — Cf. H. CIESLIK S. J. *Geibi Kirishitan Shiryō*, op. cit. 161 163-164 (jap. 710, Index).

[6] Xinanu = Shinano, Tōsandō.

[7] Cai = Kai, Tōkaidō.

[8] Niman sanjen gocu = 23 000 koku.

[9] Tanomoxii = familiaris, amicus.

[10] Asano Tajima-dono = Asano Nagaakira, anno 1613 fratri suo Asano Yukinaga, eodem anno defuncto, in regendo feudo Wakayama (Kii) successit,

Tajima-dono, que era senhor de Qi-no-cuni; e deo o reino de Qi-no-cuni a Fiôye-sama, seu irmão, que estava em Suruga[11]. Deu a Mizuno[12] Fioga-dono[13] *ju-man-gocu*[14] ao redor de Bigo no Tomo[15], e sta fazendo a sua fortaleza agora em hum lugar chamado Fucatçu[16], duas legoas de Tomo pera o Cami[17]. Morreo Musaxi-dono[18], senhor de Farima (dizem, de peçonha) e logo

---

Tajima-no-kami vocatus. Genna 2 nen (= 1616) filiam principis Tokugawa Iyeyasu in matrimonium accepit; Genna 5 nen (= 1619) loco Fukushima Masanori feudo Hiroshima (426 000 koku) donatur. Ejus pater Asano Nagamasa cognatus ducis Toyotomi Hideyoshi erat. Nagaakira anno 1632 mortuus est. Vid. *Dai Nihon jinmei jisho,* vol. 1 ([11]Tōkyō 1937), p. 45. — Cf. *Dictionnaire Historique du Japon,* fasc. I (Tōkyō 1963), pp. 71-72.

11 Fiôye-sama = Tokugawa Yorinobu, filius octavus principis Tokugawa Iyeyasu, natus anno 1602, Keichō 14 nen (= 1609) ad feudum Suruga et Tōtomi (castellum Hamamatsu) (500 000 koku) destinatus, titulum Ukonye no gon no chūjō habuit: unde, titulo non omnino eodem, ab auctore nostro Hyōye-sama vocatur. Qui anno 5. Genna (= 1619) loco Asano Nagaakira (ad feudum Hiroshima transeuntis) ad feudum Wakamatsu (Kii) translatus est (555 000 koku). Mortuus est anno 11. Kambun (= 1671). Vid. *Dai Nihon jinmei jisho* vol. 3 ([11]Tōkyō 1937), pp. 1781-1782.

12 Mizuno Fioga-dono = Mizuno Katsushige, filius major natus Mizuno Tadashige, qui erat filius Mizuno Tadamasa. — Hic (Tadamasa), per filiam suam, erat avus principis Tokugawa Iyeyasu. Patri Tadamasa successerat filius major Nobumoto; jubente autem Oda Nobunaga, avunculum Nobumoto Iyeyasu occidit. Unde ejus locum obtinuit filius minor ejusdem Tadamasa, Mizuno Tadashige: factus praefectus castelli Kariya (Mikawa). Cui, anno 1600 trucidato, Mizuno Katsushige successit. Katsushige anno 15. Keichō, 5. mense (= 1610) titulum Hyūga-no-kami (Hyūga-dono) obtinuit. A provincia Mikawa anno 1615 ad feudum Kōriyama (Yamato) (60 000 koku) translatus, demum anno 1619 inde ad provinciam Bingo mutatus est, ubi castellum Fukayama pro sua residentia extruxit. Anno 3. Shōhō (= 1646) a saeculi negotiis recessit (*inkyo*), et 4. anno Keian, 3. mense (= 1651) mortuus est. — Vid. *Dai Nihon jinmei jisho,* vol. 4 ([11]Tōkyō 1937), p. 2560, 2562.

13 Fioga-dono = Hyūga-dono, vel Hyūga-no-kami: vid. Adnot. praeced.

14 Juman gocu = 100 000 koku.

15 Bigo no Tomo = Tomo (Bingo) portus erat Maris Interni (Setonaikai) a loco, ubi flumen Ashidagawa in mare intrat, paulo ad meridiem. Fukuyama flumini Ashidagawa adjacet.

16 Fukatsu: castellum Fukuyama, a Mizuno Katsushige annis Genna 6.-8. nen (1620-1622) erectum, loco Fukatsu proximum est, immo, pars castelli partem loci Fukatsu occupat. Vid. Yoshida Tōgo. *Dai Nihon chimei jisho,* vol. Chūgoku, Shikoku, Saikoku ([2]Tōkyō 1938), pp. 1085-1086.

17 Ad flumen Ashidagawa, e septentrione portūs Tomo: 'pera o Cami' = versus Japoniam superiorem (regionem Miyacensem).

18 Musaxi-dono, senhor de Farima: = Ikeda *Toshitaka,* qui erat filius Ikeda *Terumasa,* militis ducis Oda Nobunaga, deinde ducis Toyotomi Hideyoshi: quo suadente Terumasa filiam secundogenitam principis Tokugawa Iyeyasu uxorem duxit (1594). Post proelium in campo Sekigahara feudum *Harima* (Himeji, 520.000 koku) consequitur, et anno 1603 etiam Bizen (310 000 koku), et anno 1610 insuper insulam Awaji (60 000 koku). Ab anno 1612 aegrotus, anno 1613, 1. mense, mortuus est. Filius major Ikeda Toshitaka anno

mandou a Xintarôsama[19], seu filho, pera Inaba, dando-lhe o reino de Inaba e Fôqi[20], os quais não chegão a Farima. E mandou pera Fimeji[21] Fonda Mino-no-dono[22], pai da molher (se assi se há de chamar) de Arima Saimonosuqe[23], com *jugo-man-gocu*[24]. E o seu filho Feifachi-dono[25], casado com a filha do mesmo Xogun,

---

12. Keichō título *Musashi-no-kami* (Musashi-dono) insignitus, Patri Terumasa, anno 1613 defuncto, in regendo feudo Himeji (Harima) successit, sed jam anno 1616, 33 annos natus, mortuus est. — Vid. *Dai Nihon jinmei jisho,* vol. 1 ([11]Tōkyō 1937), pp. 167-168 (Terumasa) et p. 168 (Toshitaka). — Cf. etiam Yoshida Tōgo, *Dai Nihon chimei jisho,* vol. Chūgoku, Shikoku, Saikoku ([2]Tōkyō 1938) pp. 877-878.

[19] Xintarô-sama = Shintarō-sama = Ikeda Mitsumasa (filius Ikeda Toshitaka). Natus est anno 14. Keichō (= 1609). Cum anno 2. Genna (1616) pater ejus Toshitaka moreretur, Shintarō pueritiam nondum egressus erat. Anno 3. Genna (= 1617) a feudo paterno Himeji *ad feudum Inaba (Tottori) et Hōki mutatus est.* Anno 9. Genna (= 1623) a Tokugawa Iyemitsu nomine *Mitsu*masa vocatur. Anno 9. Kanei (= 1632) feudum Bizen cum parte provinciae Bichū (310 000 koku) ei (loco Inaba-Hōki) datum est: castellum Okayama (Bizen) ejus Residentia fuit. Anno 12. Kambun (= 1672) a regimine cessit, hereditate in filium Tsunamasa transmissa. Ipse Mitsumasa anno 2. Tenwa (die 22. mensis 5.) (1682) mortuus est. — Vid. *Dai Nihon jinmei jisho,* vol. 1 ([11]Tōkyō 1937), pp. 166-167 171. — Cf. etiam Yoshida Tōgo, *Dai Nihon chimei jisho,* vol. Chūgoku, Shikoku, Saikoku, pp. 877-878.

[20] Inaba et Hōki: duae provinciae finitimae, ad 'Mare Japonicum' (Nihonkai), i. e. mare inter Sinas, Coream et Japoniam, sitae.

[21] Fimeji = Himeji (Harima), feudum, quod antea Ikeda Toshitaka possederat. — Cf. Adnot. 18 et 19.

[22] Fonda Mino-no-dono: Honda Tadamasa. Pater ejus Honda Tadakatsu (e provincia Mikawa) a principe Tokugawa Iyeyasu, cui in omnibus bellis fideliter adfuerat, feudum Ōtaki (Katsusa, 100 000 koku) accepit, et post proelium in campo Sekigahara ad feudum Kuwana (Ise, 150 000 koku) translatus est. Tadamasa anno 3. Keichō (= 1598) Mino-no-kami (seu Mino-no-dono, sicut in nostra epistola) vocatus, anno 14. Keichō (= 1609) patri in regendo feudo successit, et anno 3. Genna (= 1617) inde ad feudum Himeji (Harima) transire jussus est. Anno 8. Kanei, 8. mense, (= 1631) obiit. Vid. *Dai Nihon jinmei jisho,* vol. 3 ([11]Tōkyō 1937), pp. 2392-2393 (Tadamasa); 2391-2392 (Tadakatsu).

[23] Arima Saimonosque = Arima Naozumi Michael Sayemon-no-suke: filius D. Protasii (Arima Harunobu). Michael, quamvis in facie Ecclesiae legitimo matrimonio junctus, instante principe Tokugawa Iyeyasu, novum matrimonium cum 'pronepti' (filia adoptiva) ipsius Iyeyasu admisit, insciis Episcopo et Superioribus Societatis Jesu. Unde verba Patris Porro: « se assi se há de chamar ». Cf. opus nostrum *Introductio,* p. 196-197. — Cf. supra, *Doc, 31 A,* Adnot. 186 ad textum.

[24] Jūgoman-goku = 150 000 koku.

[25] Feifachi-dono = Heihachirō = Honda Tadatoshi, qui fuit filius natu major supradicti (cf. Adnot. 22) Honda Tadamasa, Mino-no-kami; Tadamasa eodem nomine (yeboshi-na, seu otoko-na, seu kari-na) Heihachirō utebatur (cf. *Seishi kakei daijiten* vol. 3 [[2]Tōkyō 1938], p. 5450). — Filia natu major principis Tokugawa Hidetada, nomine Senhime, uxor Toyotomi Hideyori, ex incendio urbis Ōsaka, cum illa die 3. Junii 1615 ab exercitu ducum Tokugawa

que fora de Fideyori-sama[26], com *ju-man-gocu*[27]. E outro Tono, *muco*[28] do mesmo Mino-no-camidono, pera Acaxi[29], com *juman-gocu*[30]. E morreo o Tono de Chicugo, Tanaca Fióbu-dono[31], sem filhos; deu o *ato*[32] a Arima Guimba[33] de Tçu-no-cuni e a outro Tono de Figaxi[34]. Morrérão tãobém os Tonos de Ava[35] e de

---

expugnaretur (cf. Adnot. 26 ad textum Doc. 54), salvata, postea supradicto Honda Tadatoshi in matrimonium data est. De Senhime vid. *Dai Nihon jinmei jisho*, vol. 2 ([11]Tōkyō 1937) pp. 1414-1415.

[26] Vid. Adnot. praecedentem.

[27] Jūman-goku = 100 000 koku.

[28] Muco = Muko = gener: Ogasawara Tadazane filiam praedicti Honda Tadamasa (quae et ipsa erat filia adoptiva principis Tokugawa Iyeyasu) uxorem duxerat. Tadazane ab anno 1617 feudum Akashi (Harima) (100 000 koku) rexit. Vid. *Dai Nihon jinmei jisho* vol. 1 ([11]Tōkyō 1937) p. 440 (Ogasawara Tadazane) et vol. 3 (ead. ed.) pp. 2392-2393 (Honda Tadamasa).

[29] Akashi, portus ad Mare Internum (Setonaikai), ex opposito insulae Awaji.

[30] Juman-gocu = jūman-koku = 100 000 koku.

[31] Tanaca Fióbu-dono = Tanaka Tadamasa, qui a patre Tanaka Yoshimasa (qui et ipse titulum Hyōbu-no-tayū gerebat) feudum in Chikugo (Kurume-Yanagawa) hereditavit. Yoshimasa anno 1609 mortuus est. Tadamasa autem anno 1620 sine herede obiit; erat filius secundogenitus patris sui Yoshimasa. — Vid. *Dai Nihon jinmei jisho*, vol. 3 ([11]Tōkyō 1937) p. 1593 (Tanaka Yoshimasa). — Yoshida Tōgo, *Dai Nihon chimei jisho*, vol. Chūgoku, Shikoku, Saikoku, pp. 1531 (Kurume) et 1547 (Yanagawa). — *Seishi kakei daijiten*, vol. 2 (Tōkyō 1938) pp. 3540-3541 (Tanaka, nr. 18). — Opus nostrum *Introductio* p. 1015.

[32] Ato = hereditas.

[33] Arima Guemba = Arima Toyouji (Familia ista Arima nomen trahit a loco Arima in provincia Settsu = Tsunokuni). Pater ejus Noriyori praeerat castello Miki in Harima. Toyouji post proelium in campo Sekigahara feudo Fukuchiyama (Tamba) potitus, anno 1602 cum filia nepotis principis Tokugawa Iyeyasu matrimonium contraxit, ab anno 1603 titulum Gemba no kami gerebat. Anno 6. Genna (1620) ad feudum Kurume (Chikugo, 200 000 koku) translatus est. Anno 19. Kanei (1642) obiit. — Vid. *Dai Nihon jinmei jisho*, vol. 1 ([11]Tōkyō 1937), p. 144.

[34] Outro Tono de Figaxi (Figaxi = Higashi = pars orientalis-septentrionalis Japoniae). Secundum *Sōgō Chihōshi dai nempyō* (Chronologia regionum Japoniae) (Tōkyō 1967), p. 1398 tunc ad provinciam Chikugo translatus est (praeter supradictum Arima Gemba, qui feudo Kurume praefuit) Tachibana Muneshige: qui jam anno 1586 a Toyotomi Hideyoshi feudum Yanagawa (120 000 koku) receperat, sed cum in bello de successione, anno 1600, adversarios ducum Tokugawa secutus esset, feudum amisit. Postea vero parvum feudum in finibus Ōshu, Tanakura (20 000 koku) consecutus, demum, anno 1620, ad pristinum feudum Yanagawa restitutus est. *Dai Nihon jinmei jisho* ([11]Tōkyō 1937) vol. 2 p. 1565.

[35] Hachisuka Yoshishige, filius Hachisuka Iyemasa, patri in regenda provincia Awa successit, sed multo ante patrem (qui nonnisi anno 15. Keian obiit = 1638) anno 1. Genna, mense 6., mortuus est (1615). Vid. *Dai Nihon jinmei jisho*, vol. 3 ([11]Tōkyō 1937), p. 2099 (Yoshishige) et p. 2097 (Iyemasa). Sedes eorum erat Tokushima.

Sanuqi[36]. Morreo tãobém o trampinha de Omura-dono[37]: *ato ya tachi mõxi soro*[38] em hum filho que teve de huma *tekake*[39], de 3 annos. O *Xôgun* casou huma sua filha com o *Dairi*[40] o anno passado. O filho[41] de Xogûn o *soreo* casa com a filha de Chicujen-dono[42], do Facata. Yechu-dono[43] por *guio-y*[44] de *Xôgun* tem feito *inqio;* e já governa Naiqi-dono[45], estando de asento em Cocura, e Yechu-dono em Nacatçu. O anno passado ouve *fuxin*[46] geral em Vômura, e está feito o *ixicaqe*[47] a mil maravilhas; este anno

---

[36] Ikoma Masatoshi, filius Ikoma Kazumasa (filii Chikamasa), anno 6. (secundum alios anno 7.) Genna (1620 vel 1621) mortuus est: habuit feudum Takamatsu, Sanuki. Vid. *Dai Nihon jinmei jisho* vol. 1 ([11]Tōkyō 1937), p. 175 (Chikamasa), 174 (Kazumasa), 175 (Masatoshi).

[37] De morte Ōmura Sumiyori Bartholomaei (D. Bartholomaei II.) *Ōmura-ki* ed. cit. p. 158 refert: anno 5. Genna, mense 11., die 13., hinc die 18. Decembris 1619, obiit, 28. annos natus. — P. Joam Rodríguez Giram in Litteris Annuis, die 10. Aprilis 1621 Macai signatis (Orig., Jus *J. 59* 256v-257) de ejusdem morte loquitur: olim baptizatus, postea persecutor factus, sine ullo paenitentiae signo e vita discessit. — Cf. *Erinnerungen des P. Afonso de Lucena S. J. aus der Christenheit von Ōmura*, Adnot. 117 ad Partem III. textus.

[38] *Ato ya tachi-môxi-sôrô* hereditas stat (remanet) apud ...

[39] Tekake = concubina. — Joam Rodríguez Giram, loco in Adnot. 37 adhibito, ita prosequitur:

« Fiocu hum filho natural daquelle *Tono*, que legitimo o não tinha por não ser ainda casado, minino de dous annos, do qual, por ser tam pequeno e não legítimo, se dúvida se lhe sucederá no estado ».

[40] Anno 6. Genna (= 1620), 6. mense, Go-Minoo Tennō filiam principis Tokugawa Hidetada (Kazuko) uxorem duxit, quae deinde Tōfuku-monin dicta est. Cf. *Dai Nihon jinmei jisho* vol. 3 ([11]Tōkyō 1937), p. 1741 (Tōfuku-monin) et 1773-1775, praes. 1775 (Tokugawa Hidetada).

[41] O filho de *Xogun*, o soreo (= sōryō = filius major, heres): Tokugawa Iyemitsu.

[42] Chikuzendono de Hakata: Kuroda Nagamasa Damianus post proelium in campo Sekigahara feudum magnum in Chikuzen obtinuit, et anno 1603 Chikuzen-no-kami (Chikuzendono) vocatus est. Residentia ejus Hakata (Fukuokajō) fuit. — Cf. *Dai Nihon jinmei jisho*, vol. 2 ([11]Tōkyō 1937) pp. 951-952. — De Kuroda Nagamasa Damiano vid. etiam opus nostrum *Introductio* p. 944.

[43] Yechu-dono = Etchū-dono: Hosokawa Tadaoki anno 1620 (Genna, anno 5., mense 12.) a regimine sui feudi Buzen se abdicavit, quod post proelium Sekigahara obtinuerat. Cf. *Dai Nihon jinmei, jisho* ([11]Tōkyō 1937), pp. 2368-2369. — De ejus habitudine versus Ecclesiam, vid. opus nostrum *Introductio* pp. 584-587.

[44] *Guio-y* = gyo-i = voluntas (hon.).

[45] Naiqi-dono = Hosokawa Tadatoshi (Naiki-dono), filius praedicti Hosokawa Tadaoki et Gratiae, filiae Akechi Mitsuhide, primum patri in regendo feudo Buzen successit, deinde, anno 9. Kanei (= 1632), ad sedem Kumamoto (Higo) mutatus est. Vid. *Dai Nihon jinmei jisho* ([11]Tōkyō 1937), p. 2369.

[46] *Fuxin* = aedificatio, constructio.

[47] *Ixicaqe* = ishikake: murus vel moenia, lapidibus exstructa.

De Japão, e Novembro 16 de 1625.

---

[4] Irmão Nicolao = Frater Nagawara Keian Nicolaus: formula votorum originalis nobis latet. De ejus processu martyrii (31. Julii 1633, in fossa suspensus, pro Fide obiit: CARDIM, *Fasc.* 159-162, et *Catalog. Mm.* 71.) videas opus nostrum *El «Archivo del Japón»* pp. 423-426 (de processu Macaensi 1635/36).

[5] Irmão Xucan Miguel = Frater Kimura Shuk(k)an Michael: formulam votorum originalem non invenimus. De ejus morte, sub finem Octobris 1628, vid. CARDIM, *Fasc.* 147-148 et *Catalog. Mm.* 55: «laboribus ob persecutionis atrocitatem consumptus».

Este anno o Governador gentio de Nagasaqi[6], pera que os Christãos retrocedessem, vendo a perda que nisto tinham, mandou que os mercadores de Macao não pouzassem em casas de Christãos, se não de gentios ou arrenegados.

De Vossa Paternidade mínimo filho em Christo

Francisco Pacheco.

(189 vac.) /189v/

† Ao muito Reverendo em Christo Padre Nosso, o P.e Mútio Vitelleschi, Prepósito Geral da Companhia de JESV (Sigillum)

Roma

1a via e primeira carta per Filippinas

Do Provincial de Japão

84

EPISTOLA PATRIS MICHAELIS MINOES AD PATREM FRANCISCUM PICCOLOMINI, SECRETARIUM S. J., DE FIDEI PRAECONIBUS PRO JAPONIA COMPARANDIS, MATRITI DIE 6. SEPTEMBRIS 1627 DATA

(Pro Japonia et Collegio Macaensi: Martio/Aprili 1626)

1. Post Catalogos Triennales, qui vertente anno 1623 e Provincia Japonica (scl. e Collegio Macaensi) missi sunt, 12 annorum spatio omnes Catalogi desiderantur, sine dubio vel navigationis casibus adversis perditi, vel ab hostibus intercepti, vel denique injuria temporum destructi. Quod damnum ut pro sequentibus annis aliquo modo reparemus, hic edendas duximus litteras die 6. Septembris 1627 a P. Michaele Minoes, Japonensi, ex urbe Matritensi Romam ad Secretarium Societatis Jesu scriptas: quae litterae tum epistolae Patris Petri Kasui, die 20. Novembris 1625 e civitate Macaensi datae, tum epistolae Patris Martini Hara (seu, lusitano nomine, de Campo), Japonensis, ex eodem Collegio Macaensi, sed ignoto tempore, missae innituntur.

---

103 Subscriptio est autographa; cetera omnia manu amanuensis nitide scripta sunt, neque apparatu critico indigent.

---

[6] Hasegawa Gonroku: vid. supra, annot. 3. — Cujus successor, Mizuno, Kawachi-no-kami, nonnisi mense Junio 1626 ad portum Nagasaki venit: ita: Matthaeus de Couros ad Gen., e Japonia, 5. Oct. 1626, Orig., *J.* 37 238. Textum habes in opere nostro *Introductio* 250-251.

2. P. Michael Minoes « ad Fidem conservandam fugit ex Japonia in Indiam, unde venit in Lusitaniam. A Nostris Eboram missus, ubi post studia philosophiae creatus est Artium Magister, Romam contendit... illic Societati adscriptus, navavit operam theologiae. Regressus in Lusitaniam, dum navigat ad ferendas Japoniae suppetias, attingit patriae Coelestis portum »[1]. Ingressus est autem Societatem Jesu in Domo probationis Romana ad S. Andreae die 16. Octobris 1621[2], et primo novitiatus anno absoluto, ab Octobri 1622 usque ad annum 1626 theologiae in Collegio Romano operam dedit[3]. Anno sequenti 1627 ex Urbe profecturus, de variis Japoniae negotiis cum P. Secretario coram tractavit[4]. Cui etiam e civitate Barcinonensi de itinere ab Urbe Roma usque in Hispaniam litteras dedit[5]. Demum die 4. Septembris anni 1627 Matritum pervenit[6]. Eodem fere tempore P. Sebastianus Vieira, Provinciae Japonensis Procurator ad Urbem, rediens ex Italia Matritum ingressus est[7]. Is, mense Decembri 1623 a Congregatione Provinciali Japonica electus[8], ac Februario 1624 e portu Macaensi solvens[9], Goā autem Februario 1625 iter faciens[10], tandem mense Majo 1626 ad Romanam Curiam S. J. accedere potuit[11]. Liquet ex dictis, litteras, quibus epistola P. Michaelis Minoes innititur, *non* esse *allatas ex Oriente* a P. Sebastiano Vieira: nam post ejus discessum e portu Macaensi scriptae sunt.

3. Occasionem nactus istarum litterarum, P. Michael Minoes Secretario Ordinis *urgentia quaedam problemata Japonicae Missionis exponit*: Ob vehementer saevientem persecutionem aditum in Japoniam non patere, neque ipsos Japonicos Religiosos posse sine summa difficultate intrare in patriam, quanto minus Fidei praecones ex aliis nationibus oriundos. Numerum autem operariorum apostolicorum, qui Japonicis christianis assistant, perexiguum esse et in dies minui. Quapropter opus

---

[1] A. Franco, *Synopsis Annalium*, ed. cit. p. 251; cf. id., *Ano Santo* (ed. 1931), p. 257. — Nomen Minoes, nescio num sit forma latina, a 'Mino' derivata, nempe: qui e « regno » (*kuni*) Mino ortus est. Provincia (*kuni*) Mino caput habet urbem Gifu, et ad septentrionem portūs Nagoya (Owari) sita est.

[2] Vide ejus vitam inter *Biographias* (in praepar.)

[3] Ib.

[4] Vide textum praesentis epistolae.

[5] « Scripsi jam ad V. R. Barsinone, reddens rationem totius itineris, quod fecimus ex Urbe Romana usque ad portum Barsinonensem »: in textu hujus epistolae, ab initio.

[6] « Pervenimus Matritum die 4. Septembris »: in textu hujus epistolae.

[7] « Eodem tempore, quo accessimus nos Matritum, pervenit P. Sebastianus Vieira, Procurator noster »: in textu hujus epistolae. Cf. biographiam P. Sebastiani Vieira: Schütte, *Cortes* 26-30.

[8] Sebastião Vieira ad Gen., Malaca, 9 Dec. 1624, Autogr., lus., 2a via per Ind. Orient., *J. 38* 282: cf. supra, Annot. 3 ad Introd. in Catalogos Dec. 1623/Jan. 1624; vide ejus biographiam: Schütte, *Cortes* 27.

[9] Ita in eādem epistola Sebastiani Vieira ad Gen., 9. Dec. 1624, Autogr., lus., 2a via per Ind. Orient., *J. 38* 282; vide ejus biographiam: Schütte, *Cortes* 27.

[10] Vide vitam P. Sebastiani Vieira inter nostras *Biographias* (in praep.).

[11] Ib. — Schütte, *Cortes* 27.

esse, ut ejusmodi necessitati omni qua possit via provideatur. Jam sacerdotes Japonicos magna cum diligentia quaerere opportunitatem, e Collegio Macaensi, necnon e regno Cochinchinensi, ubicumque resideant, repetendi patriam terram.

4. Ut autem gravissimo periculo spirituali christianorum in Japonia efficacius remedia comparentur, *P. Michael Minoes haec quae sequuntur proponit*: 1) Ut a Praeposito Generali tum ad sacerdotes Japonicos extra Japoniam degentes, tum ad Superiores litterae mittantur, quibus urgeantur sacerdotes Japonici ut, quā pateat viā, eā omnino, quin aliā licentiā indigeant, redeant in patriam. 2) Ut sibi ipsi litterae Praepositi Generalis cum eādem amplissima facultate dentur: ita ut, etiam antequam Macaum pervenerit, qualibet occasione regrediendi in terram suam absque alia Superiorum licentia uti possit. 3) Ut *Dōjuku* (cathechistae seu cooperatores laici) illi, qui in Japonia Patres adjuvent, in Societatem admittantur, cum id jam diu exoptent et digni sint, quibus id concedatur. 4) Ut Fratres Japonici S. J., qui linguam latinam calleant, ad sacerdotium promoveantur, cum sine eo parum christianos adjuvare possint. 5) Ut (si id etiam tum opus sit) P. Secretarius efficaciter de liberatione P. Michaelis Matsuda cum Generali et Assistentibus agat: qui cum rediret e Philippinis Macaum, in manus Sinensium inciderit atque ab ipsis in carcere retineatur.

Quibus expositis sequitur tempus, locus, subscriptio epistolae.

5. Ut autem in Curia Romana S. J. de numero Patrum Fratrumque Societatis, et cooperatorum *Dōjuku* vocatorum, inter gravissima persecutionum pericula in Japonia christianos adjuvantium, constet, P. Michael Minoes addit *elenchum nominum, qui aliquo modo Catalogi habet adspectum*: qui tum Patres, Fratres, *Dōjuku* in Japonia operantes; tum Patres Japonicos Macai et in Cochinchina degentes; ac denique Fratres Japonicos S. J., aptos ad sacerdotium complectitur.

6. *Cui tempori* (intellige: cui anno et mensi) status personarum, in illo « Catalogo » descriptus, *correspondet*? Seu (quod fere idem est), quo tempore scripti sunt *fontes*, quibus elenchus initiur? Epistola Patris Michaelis Minoes tum ad litteras P. Petri Kasui, tum ad alias Patris Martini de Campo (Hara) se refert. Litterae Patris Petri Kasui datae erant die 20. Novembris 1625; tempus autem litterarum P. Martini de Campo tacetur. Pariter locus, unde missae erant silentio praeteritur. Sed aliunde constat, utrumque Patrem e collegio Macaensi scripsisse [12]. Quorum lit-

[12] P. Hara Martinus (Martinho de Campo) Novembri 1614 cum ceteris e Japonia expulsus, Macaum venit, ubi usque ad mortem (23. Oct. 1629) fere semper remansisse videtur: vide *Biographias*. P. Kasui Petrus anno 1625 Macaum regressus est, probabiliter post 1. Septembris; P. Petrus Morejón die 15. Novembris 1625 e Collegio Macaensi ad P. Sebastianum Vieira scribens, se die 1. Septembris 1625 Macaum advenisse dicit; deinde, de variis navigiis regionum orientalium referens, ita prosequitur: « Chegou depois Gonçalo Gómez e com elle o Padre Pedro Casui e outros por via de Manilla ». Illud « depois » non statim jungitur adventui P. Petri Morejón, neque omnino liquet, num auctor illos post suum reditum portum Macaensem tenuisse affirmet; quod ex contextu probabile videtur. Attamen die 15. Novembris 1625, quo scripta est epistola, P. Petrus Kasui Macai degebat: Petrus Morejón

teras, dum statum personarum in Collegio Macaensi tunc existentem describunt, esse fontes primae manus patet. Earum tamen pretium eo minuitur, quod unius tantum epistolae (P. Petri Kasui) tempus scimus, alterius vero (P. Martini de Campo) ignoramus; at in epistola P. Michaelis Minoes minime distinguitur, quidnam primae epistolae, quid alteri, debeatur. — Porro, quod ad ea attinet, quae tum P. Petrus, tum P. Martinus de Japonia aliisque locis *extra Macaum* scribunt; ea utique non sunt fontes primae manus, sed aliis informationibus magis directis innituntur. Fontes immediati cujusnam temporis sunt? Ex attenta consideratione istius « Catalogi » complura facta notanda occurrunt. Inter « Nomina Patrum, qui nunc sunt in Japonia » inseruntur quidem, sed separato loco, tres Patres et Frater unus, quos P. Michael Minoes propter Fidei praedicationem captos atque in carcere in Japonia detentos esse resciverat; scribit enim: « Praeter eos, qui sunt in carcere japonico, id est P. Franciscum Paciecum, Provincialem, et ejus Socium, Fratrem Gasparem; P. Joannem Baptistam Zolam; P. Baltazarem Torres ». Atqui tres Patres supradictos non uno tempore et loco, sed tribus distinctis temporibus et in diversis locis a Fidei christianae hostibus in Japonia captos et in carcerem detrusos esse constat. Nam P. Franciscus Pacheco simul cum Fratre Gaspare Sadamatsu die 18. Decembris 1625 in oppido Kuchinotsu (Takaku) inopinata irruptione comprehensus est [13]. Mox in ejusdem Arimensis regionis oppido Shimabara P. Johannes Baptista Zola in adversariorum manus incidit, die 22. Decembris 1625[14]. Tandem die 20. Martii 1626 captus est P. Balthasar de Torres [15]. Praeterea

ad Sebastianum Vieira, Macao, 15. Nov. 1625, Autogr., lus., *J. 18 I* 55/56v. — Remansit autem Macai usque ad Februarium 1627, ut patet ex epistola, quam P. Kasui die 7. Maji 1630 ad P. Nunium Mascarenhas scribit: « Ni fallor, scripseram ad V. Reverentiam *Machaii in Decembro an. 1626*, in regnum Sionis jam abiturus. Ex illo autem tempore, cur tandiu siluissem, paucis exponam. *In mense Febroario* anni 1627 a P. Andrea Palmero, quem modo Visitatorem habemus, missus sum in regnum Sionis ... »: Petrus Cassuinus ad dictum Patrem, in insula Luban, Nonas Majas an. 1630, Autogr., lat., *J. 34* 201. — Propterea P. Petrus Kasui saltem a die 15. Novembris 1625 (inter diem 1. Septembris et 15. Novembris advenisse videtur) Macai degit, ibique usque ad Februarium 1627 remansit.

[13] « ... chegando na villa de Cuchinotçu, onde avia quatro annos residia de assento o P.e Provincial Francisco Pacheco, na madrugada dos 18 [deste Dezembro] o prendérão com seu *Dojucu* Pedro e ao Irmão Gaspar, japão, cum dous moços de serviço e tres caseiros que os agazalhavão ... »: P. Matthaeus de Couros ad Gen., de Japam, 24 de Fevereiro de 1626, Orig., lus., *J. 37* 231. — Joh. Rodriguez Girão ad Gen., Amacao, 24 de Março de 1627, Ánnua do Japão, ex. contemp., *J. 61* 98/99.

[14] « Aos 22 do mesmo mez [Dezembro 1625] prendérão também em Ximabara ao P.e João Baptista Zola .. com seu *Dojucu* Vicente .. »: eadem epistola P. Matthaei de Couros (vide annot. 13), *J. 37* 231. — Eaedem Litterae Annuae (vide annot. 13), *J. 61* 101v-104.

[15] « Aos 20 de Março [1626] prendéram o P. Balthezar de Torres com hum moço de serviço .. »: Matthaeus de Couros ad Gen., de Japam, 5 de Outubro de 1626, Autogr., lus., *J. 37* 237v. — Eaedem Litterae Annuae (vide annot. 13): *J. 61* 110v-114v.

mirari posses, inter Patres in Japonia degentes unum superstitem Hispanum (praeter P. Balthasarem de Torres, in carcere positum), P. Johannem Baptistam de Baeça, in elencho P. Michaelis Minoes omitti. Qui quidem, die 7. Maji ejusdem anni 1626, in oppido Nagasaki aerumnis confectus e vita decessit [16]. Eodem autem die, scl. 7. Maji 1626, mortuus est in quodam Arimensis dictionis oppidulo P. Gaspar de Crasto, Lusitanus, exhaustus laboribus et saevientis persecutionis incommodis [17]. Cujus tamen mortem auctor nostri elenchi ignoravit, ita ut inter Patres Lusitanos etiam P. Gaspar de Crasto enumeretur. Cujus rei rationem paulo inferius, sub nr. 7., indicamus. — Post socios Ordinis in elencho sequuntur « Dojici, qui sunt in Japonia ». E quorum serie tertius, scl. Rinxei Petrus, una cum P. Provinciali Francisco Pacheco et Fratre Gaspare Sadamatsu die 18. Decembris 1625 captus et in carcerem conjectus est [18]. Ceterum non de omnium *Dōjuku*, quorum nomina recensentur, vita et rebus gestis satis constat.

7. *Quid ergo de tempore* informationum e Japonia missarum, quibus epistola et elenchus P. Michaelis Minoes innituntur? Ad istam quaestionem *clara et certa responsio* dari posse videtur. Nam die *15. Aprilis 1626* ad portum Macaensem regressa sunt tria navigia (pataxos) ex itinere japonico; quartum cum aliis e Japonia profectum, jam prope Macaum, naufragium fecit; sed homines et major meliorque pars substantiae ad litus evaserunt [19]. Quibus navibus de Japonicae Ecclesiae statu, et specialiter de Patribus Fratribusque in mediis persecutionibus vineam Domini japonicam excolentibus, nuntius certus pervenit. Resciverunt tunc Macaenses de captura Patrum Pacheco, Zola, de Torres, et sociorum, ut constat ex epistola originali P. Johannis Rodríguez Giram, data ex collegio Macaensi die 26. Aprilis 1626 [20]. Sed quid de

---

16 « Aos 7 de Mayo à noite nos levou o Ceo aos dous santos velhos, o P.e Joam Baptista de Baeça em Nagasaqui, pouco depois de anoitecer, e algumas horas depois em certa aldea de Arima o P. Gaspar de Crasto .. »: Matthaeus de Couros ad Gen., 5. Oct. 1626 (vide annot. 15), *J. 37* 237v, — Litterae Annuae (24 Martii 1627) (vide annot. 13) de morte P. Johannis Baptista de Baeça ita loquuntur: « Finalmente *aos 7 de Março* de 1626 pouco depois de anoitecer... deu o espírito nas mãos de seu Criador .. »; *J. 61* 125. *Eaedem* autem Litterae Annuae, agentes de morte P. Gasparis de Crasto, haec habent: « Na noite dos 7 de Mayo do anno de 1626, algumas horas depois de ser falecido em Nangasaqi o Padre João Baptista de Baeça, deu sua ditosa alma a Deus .. »: *J. 61* 127. — A. Fr. CARDIM, *Fasciculus* (Romae 1646) tum mortem P. J. B. de Baeza, tum P. Gasparis de Crasto obitum in diem 7. *Maji* 1626 incidere dicit: op. cit. 116, 118.

17 De morte P. Gasparis de Crasto vide annot. praecedentem (16).

18 Tum in epistola P. Matthaei de Couros, tum in Litteris Annuis (pro utroque documento videas annot. 13) Petrus, qui erat *dōjuku*, expresse nominatur. Agi de Petro Rinxei, ex eisdem Litteria Annuis constat, quae de ejus vita, receptione in Societatem Jesu (in carcere), et virtutibus tractant: *J. 61* 122.

19 Joam Rodríguez Giram — Nuno Mascarenhas, Amacao, 26 de Abril de 1626, Autogr., lus., *J. 18* I 64.

20 Vide epistolam in annot. praecedenti (19) allegatam.

morte P. Johannes Baptistae de Baeça, qui demum die 7. Maji anni 1626 defunctus est, cujus tamen mortem P. Michael de Minoes non ignoravit? P. Johannes Baptista de Baeça vere die 7. Maji 1626 e vita cessit, paucis horis ante P. Gasparem de Crasto. Sed de ejus morte rumor seu *nuntius praematurus* cum illis navibus die 15. Aprilis 1626 ad civitatem Macaensem pervenerat, ita ut, in supradicta epistola diei 26. Aprilis 1626, auctor breviter quidem et sine die obitus dicat: « Nella [Japam] morreo de doença o Padre Joam Bautista de Baeça »[21]. Rumor ille falsus etiam ad P. Michaelem Minoes pervenit; ita ut jam mirum non sit, eum omisisse in suo elencho P. Johannem Baptistam de Baeça, retinuisse autem P. Gasparem de Crasto: qui ambo paucis tantummodo horis interjectis eodem die 7. Maji 1626 ad vitam aeternam transierunt. — Quapropter P. Michael Minoes iis nuntiis innititur, qui, missi e Japonia, *die 15. Aprilis 1626 Macaum pervenerunt*[22].

8. In fine epistolae, P. Michael Minoes denuo necessitatem providendi Ecclesiae Japonicae inculcat, ac demum P. Secretarium de indulgentiis et facultatibus obtinendis monet, de quibus P. Michael jam prius cum Praeposito Generali et cum Procuratore Generali (P. Laurentio de Paoli) egerat.

Textus

J. 18 I 76-77v

Fol. 77v.

†

Al molto Reverendo in Christo Padre,
il P. Francesco Picolomini della Compagnia di Giesù,
Secretario della medesima

ROMA

Fol. 76

†

Jhs M^a

Reverende Pater in Christo

Scripsi jam ad V. R. Barsinone, reddens rationem totius itineris, quod fecimus ex Urbe Romana usque ad portum Barsinonensem. Inde autem profecti sumus ad Montem Serratum devotio-

---

[21] Ib., *J. 18 I* 65.

[22] Naves, quae die 15. Aprilis Macaum redierunt, jam de captura P. Balthasaris de Torres (20. Martii 1626) nuntium rettulerunt: vide epistolam P. Johannis Rodríguez Giram in annot. 19 allegatam; constat ergo eas post illum diem abiisse. Ceterum P. Matthaeus de Couros expresse dicit: « pellas galeotas, que neste Marçó passado partíram pera Macao .. »: ad Gen., e Japonia, 5. Oct. 1626, Autogr., lus., *J. 37* 237.

nis ergo, tum demum Deo favente pervenimus Matritum die 4. Septembris, salvi atque incolumes. Et sane mirabilis est Deus in servis suis; nam eodem tempore, quo accessimus nos Matritum, pervenit P. Sebastianus Vieira, Procurator noster, quem cum maxima consolatione amplexi sumus. Haec de nostro adventu Matritum.

Accepi literas a P. Petro Casuy, scriptas die 20. Novembris 1625, et a P. Martino de Campo [= Hara], in quibus dicunt adeo saevire persecutionem in Japonia, ut ne ipsi quidem Japones religiosi possint ingredi Japoniam, ideoque sese expectare aliquam occasionem redeundi in patriam; et P. Petrum Morejón et P. Gabrielem de Matos ex variis partibus tentasse fortunam, nec tamen illos fuisse nactos occasionem eundi [in] Japoniam. Dicunt etiam ipsi, intra unum annum (id est: 1624) fuisse martyrio affectos in Japonia plusquam quingentos homines; in Nagasaquio tamen modo jam mitiorem esse persecutionem. Et quidem, in tanta persecutione qui possint juvare illos christianos commode, tantum esse quindecim sacerdotes ex nostra Societate, et duos Fratres qui nesciunt linguam latinam, cognovi ex eisdem literis, ut infra numerabo. Certe merces [*lege*: messis] quidem multa, operarii autem pauci. Quare omnes sacerdotes japones, qui sunt Macai, et Cocincinae, magna cum diligentia quaerunt occasionem redeundi [in] Japoniam. Ad addendum tamen calcar (ut ajunt) currenti equo necessarium esse existimo, ut mittantur literae a R. P. N. Generali tum ad eosdem sacerdotes japones, tum ad Superiores, ut illis dent facultatem, quacumque via possint, redeundi [in] Japoniam. Ego certe vellem afferre mecum literas R. P. N. Generalis, ut in quocumque loco invenero commodam navigationem ad Japoniam, statim possim redire [in] Japoniam absque ulla alia facultate aliorum Superiorum, etiamsi esset illa occasio, antequam perveniam Macaum. Peto etiam a V. R., ut recordetur *Dojicorum*, qui hucusque laborant in Japonia cum nostris Patribus, quamvis alii socii reliquerint Societatem et ingressi sint aliam Religionem, multique illorum facti sint sacerdotes. Si enim isti non admittantur in Societatem, quinam debeant recipi in Societatem? Ideo horum etiam nomina infrascripta mitto ad V. R. Et quidem possunt isti intra Japoniam tyrocinium habere, et statim juvare christianos cum nostris Patribus, quandoquidem, qui sunt extra Japoniam, non possunt facile ingredi Japoniam, ut supra dictum est. Recordetur etiam V. R. nostrorum Fratrum, qui sciunt linguam

---

11-12 Matritum] *prob.* M *corr. ex* A (*cf. sequens* Accepi ...) || 14 1625] *seq.* in quibus *del.* || 19 illos] *corr. ex* illi; nactos *vid. corr. ex* nacta | [in] *hic et saepius in documento a nobis insertum* || 30 esse] *seq. verbum del., prob.* duco || 39 ingressi] *corr.* || 40 sint] *corr. ex* sunt

latinam, ut promoveantur ad sacerdotium: nam, qui non sunt sacerdotes, parum possunt juvare christianos, ut jam Romae dixi et commendavi V. R.^{ae} hoc negotium. Ultimo in memoriam revoco V. R. casum P. Michaelis Mazuda, qui cum rediret ex Philippinis insulis versus Macaum, in itinere facto naufragio captus est a Sinensibus, et apud Sinas detinetur in carcere, ut melius sciet V. R. ex aliorum literis. /76^{v}/ Scripserunt quidem ad me praedicti Patres, jam agi de redemptione hujus captivi; si tamen constet adhuc esse in carcere, admoneat V. R. R. P. N. Generalem et P. Assistentem, ut de hoc scribant ad Superiores Japoniae. Haec ferme sunt, quae ex illis literis intellexi et ad V. R. scribenda duxi. In sanctis sacrificiis V. R.^{ae} multum me commendo. 6. Septembris 1627, Matriti.

Servus in Christo V. R.
†
Michael Minoes

Nomina Patrum, qui nunc sunt in Japonia

P. Joannes Baptista Porro P. Joannes Mattheus [Adami] P. Antonius Jácome Jannonus	sunt Itali	
P. Mattheus Couros P. Christophorus Ferreira P. Benedictus Ferdinandus P. Joannes a Costa P. Antonius Sousa P. Emmanuel Borges P. Gaspar de Crasto	sunt Lusitani	Praeter eos, qui sunt in carcere japonico, id est: P. Franciscum Paciecum, Provincialem, et ejus Socium, Fratrem Gasparem; P. Joannem Baptistam Zolam; P. Baltazarem Torres
P. Nacaura Julianus P. Martinus Xiquimi P. Didacus Yúki P. Antonius Ixida P. Sixtus Iyo	sunt Japones	

Fratres, qui sunt in Japonia

F. Michael Xucam	scit linguam latinam, et est valde aegrotus nunc
F. Joannes Yama F. Nicolaus Keiyan	Fratres antiquissimi in Societate.

50 Mazuda] *vid. corr. ex* Macuda || 54 hujus captivi] *1a le* ex captivitate, *dein.* ex *del.* .. tate *del.*, hujus *add. sup. lin.* || 68 Christophorus] p *corr.* (*ex* v ?); Ferreira *vid. corr. ex* Ferra || 69 Ferdinandus] *corr.*

Dōjici, qui sunt nunc in Japonia

Nixifori Thoma Kiusa Remigius Rinxei Petrus Fuyen Dionisius Kidera Joannes Juyen Thoma Cafucu Ludovicus Maki Joseph	Sciunt bene linguam latinam et literas japonicas, suntque digni et apti ad sacerdotium, et in Societate multos annos servierunt Deo, adjuvando christianos magna cura atque diligentia, cum spe ingrediendi Societatem.
Jum Alexius Rifan Antonius Yxen Didacus	Sunt catechistae et carent lingua latina, et jam amplius 20 annos serviunt Societati, expectando novitiatum: homines certe valde devoti et bene morigerati.
Sóan Michael Dóan Joannes	Nesciunt linguam latinam, sciunt tamen literas japonicas, et sunt valde boni operarii, qui amplius 30 annos serviunt Societati. Propter aliquod impedimentum non sunt recepti in Societatem. Quare saltem ad illos mitti debent literae participationis ad illorum consolationem.

Andreas Noma fuit Frater Societatis, tempore tamen Valentini Carvalii exiit e Societate Macai: homo valde doctus in literis japonicis, et linguam latinam optime calet, et quod pertinet ad literas japonicas, facile omnes Patres et Fratres superat, saepeque fuit magister in eisdem literis. Habet etiam omnes partes ad bonum operarium Societatis requisitas. Hic nunc iterum ad Societatem admitti vult (ut P. Petrus scribit), et nostri Patres videntur facile consentire. Praeterea etiam alius, qui fuit Frater Societatis et exiit e Societate eodem tempore quo praedictus Andreas, nunc postulat etiam Societatem, nomine Mancius Joannes, estque frater carnalis cujusdam martyris Ariae; qui licet careat lingua latina, didicit tamen literas japonicas et *Misteria Fidei*, et est bonus catechista. Quare peto V. R., ut proponat etiam R. P. N. Generali has causas, ut de his duobus mentio fiat in literis ad Superiores Japoniae mittendis, deturque facultas, ut illi iterum admittantur in Societatem.

Patres japones, qui sunt Macai, et in Cocincina

P. Martinus Campo [Hara] P. Mathias Macida P. Paulus Saitó	Macai

---

85 Remigius] *corr. ex* Remigio ‖ 86 Petrus] *corr. ex* Petro ‖ 108 Societati] *seq.* et *del.* ‖ 110 *post* literae *seq.* communitatis *del.* ‖ 112 Societatis] *prob. corr. ex* Societate ‖ 114 et quod] *corr., forsitan ex* et in quan[tum], *nam* in *del.* ‖ 119 consentire] *seq. verbum del., forsitan* Petrus; Praeterea *seq. verbum del., forsitan* [vero] *vel simile quid*

P. Michael Maki } In Cocincina
P. Justus Cazariya }

P. Michael Matzuda — Qui est in carcere sinensi

Fratres japones, qui possunt esse sacerdotes

F. Romanus Nixi, qui est filius D. Don Joannis, valde nobilis
F. Augustinus Óta
F. Julius, qui est filius cujusdam principis, qui vocatur Coga-dono

Omnes tres Fratres sunt antiqui in Societate, et hucusque optime laborarunt in vinea Japoniae.

Haec et alia, quamvis parvi momenti esse videantur, in hoc tamen tempore persecutionis non videntur contemnenda, siquidem persecutio non minuitur, numerus autem operariorum quotidie minuitur, et non est /77^{v}/ aliquod Seminarium japonicum, unde possint recipi in Societatem, et fiant digni operarii. Quare saltem eos, qui jam didicerunt aliqua ad instruendos christianos necessaria, et experti sunt multos annos in talibus exercitiis, retinere debet Societas, eisque, quantum potest, favere.

Ultimo tandem peto a V. R., ut recordetur nostrarum indulgentiarum, de quibus scripsi Barsinone, et facultatum earum rerum, quas proposui R. P. N. Generali in scriptis. Nam illas promisit P. Laurentius de Paulis sese obtenturum a Summo Pontifice pro nobis; has ipse P. N. Generalis sese missurum ad nos. Quare curet V. R. propter Deum, ut utrumque mittatur ad nos, antequam discedamus e Lusitania. Iterum me commendo sacris V. R.

---

141 minuitur] tur *corr. ex ?*

85

LISTA DOS PADRES E IRMÃOS DO COLLÉGIO DE MACAO, FEITA EM SETEMBRO DE 1635 ANNOS

1. Post Catalogos Triennales, qui sub finem anni 1623 et initio anni 1624 compositi sunt, magno hiatu transimus ad Catalogum Macaensem Septembri 1635 exaratum. Omnes enim Catalogi (proprii nominis) intermedii duodecim ferme annorum desunt, neque si omnino exstiterint (quod tamen suspicari licet), neque quando et quales exstiterint, ullo modo scimus.

Quod saltem ex parte longissimi, et ob maris pericula et hostium astus et impetus incerti itineris ratione explicandum videtur. Cujus rei signum non obscurum habes in epistola, quam die 3. Septembris 1635 (eodem anno et mense, quo praesens Catalogus factus est) P. Manoel Dias senior, Japoniae Sinarumque Visitator, ad Praepositum Generalem scripsit. Nam ita epistolam inchoat:

« En todos os sinco annos próximos, segundo escrevem de Roma, não chegárão lá cartas destas Províncias de Jappão e China, mais que de hum, que não sabemos qual foi; porque muytos tomárão os Olandezes no Estreito de Sincapura, trinta légoas antes de Malaca, e outros que chegárão a Goa, perdéram-se dahy pera Lisboa » [1].

Attamen, cum annis 1624-1635 Catalogi Sinenses non desint [2], qui ex eodem Collegio Macaensi Romam mitti solebant, magis mirandum est, cur Japponicae Provinciae Catalogi eorundem annorum vel (quod aegre credendum) confecti non sint, vel (quod probabilius) interierint.

2. Occasionem conscribendi Catalogum istum Brevem praebuit proxima navis profectio e portu Macaensi. Nam eo anno 1635 una tantummodo navis, quae erat anglica, sed nomine Proregis Indiae pretio conducta, Goa Macaum advenit [3]; quae circa diem duodecimum Octobris in Indiam erat regressura [4]. Quapropter P. Emmanuel Dias, Visitator, ignorans quaenam epistolae ex iis, quae annis elapsis Romam datae erant, reapse ad manus Praepositi Generalis pervenissent, illum de plurimis rebus informandum esse censuit [5], ac propterea toto mense Septembri permultas scripsit epistolas de variis Japoniae, Sinarum, aliarumque Missionum sibi subjectarum necessitatibus [6]. Eōdem Sep-

---

[1] Manoel Dias — Gen., Macao, 3. Sept. 1635, Orig., lus., 1a via (6a carta), *J. 18 I* 153.

[2] In ARSI, vol. *J. 134* exstant Catalogi Triennales Viceprovinciae Sinensis annorum 1626 et 1628, praeterea Catalogus Brevis ejusdem Viceprovinciae, forsitan anni 1631.

[3] *J. 18 I* 153: vide annot. 1.

[4] Ib.

[5] Ib.

[6] Ex epistolis illis conservantur in voll. *J. 18 I et II* eae quae sequuntur: Epistola 3a (1a via per Philippinas, 3a epistola: *J. 18 II* 234-235v); 5a (1a via,

tembri mense compositus est praesens Catalogus Brevis Collegii Macaensis. Dubium vix est, quin Catalogus iste una cum ceteris scriptis paulo post per Indiam Orientalem in Europam missus sit. Intendebat autem P. Visitator mittere in dicta nave anglica *tres vias* scriptorum suorum *usque in Indiam,* unde, distributae in tres naves, in Europam perferrentur; praeterea mense Aprili anni sequentis 1636 per viam Philippinarum et Novae Hispaniae alias duas vias eorundem scriptorum ad Praepositum Generalem se missurum esse promittebat [7]. Navis supradicta paulo tardius, quam exspectabatur, non die duodecima, sed sub finem, mensis Octobris 1635 e portu Macaensi iter arripuit. Ita enim in epistola ejusdem Visitatoris, P. Emmanuelis Dias, ad Praepositum Generalem, die 26. Januarii 1636 e Collegio Macaensi scripta, legimus: »

« Pollos últimos de Outubro de 635 partyo daqui pera Goa huma Nao sem outra companhia, nem esperança de aver mais navios, e por isso escrevy nella a Vossa Paternidade o que cá avia, por tres vias, que na Índia se repartirão por outras tantas Naos do Reino, e de tudo mandarey em Abril duas vias por Manilla e Nova Espanha » [8].

3. De Catalogis P. Visitator in illius temporis epistolis, quas novimus, mentionem expressam non facit. Quis praesentis Catalogi Brevis *auctor* est? Num ipse P. Emmanuel Dias? Num Collegii Macaensis Rector P. Antonius Franciscus Cardim? Cum et subscriptio auctoris et sigillum desit, neque in scribendo Catalogo vel Visitatoris vel Rectoris manus partem habuerit, haec quaestio dirimi vix poterit. Attamen, scriptura praesentis Catalogi non est omnino ignota: nam eodem tempore, die 18. Junii 1635 [9] et die 26. Januarii 1636 [10], idem amanuensis pro eodem Visitatore P. Emmanuele Dias epistolas scribit, quibus dein propria manu Visitator subscribit. Si quis inde concluderet, Visitatorem esse Catalogi auctorem, ejus sententia non destitueretur aliqua probabilitate positiva. Nescimus tamen, num forte idem amanuensis etiam pro Rectore Collegii Macaensis eodem munere (transscribendi epistolas) functus sit; unde ex sola scriptura nihil certi de auctore Catalogi deduci posse videtur. Ac praeterea, etsi de generali Provinciae statu et de multis quaestionibus et negotiis regimini Provinciae inhaerentibus Visitator ipse Praepositum Generalem illo tempore certiorem reddidit:

5a epistola: *J. 18 II* 236-237v); 6a (1a via, 6a epistola: *J. 18 I* 153-154v); 8a (1a via, epistola 8a: *J. 18 I* 155-156v); 12a (1a via, epistola 12a): *J. 18 I* 157-158v).

7 *J. 18 I* 153: vide annot. 1.

8 Manoel Dias — Gen., Macao, 26. Jan. 1636, Orig., lus. (utraque via): 1a via per Philippinas, 1a epistola: *J. 18 II* 238 (tota ep.: 238-243v); 2a via per Philippinas, 1a epistola, *J. 18 II* 244 (tota ep.: 244-249v).

9 Manoel Dias — Gen., Macao, 18 Junii 1635, Orig., lus., 1a via per Philippinas, 1a epistola: *J. 18 II* 228-229.

10 In epistola, quam allegamus in annot. 8., in utraque « via »: in prima a media pagina *J. 18 II* 238v usque ad finem epistolae, ita tamen ut fol. 239v ipsius Visitatoris manu aliquae informationes insertae sint, pro quibus amanuensis spatium reliquerat; in secunda via ab initio epistolae usque ad finem, insertis manu Visitatoris iisdem informationibus fol. 245 et 245v.

tamen de statu Collegii optimo jure etiam ejus Rector informare poterat.

Denique, tum a priori, ex usu illorum temporum, tum ex epistolis Visitatoris supra adductis, supponi posse videtur complura Catalogi exempla facta esse, quae variis « viis » in Indiam et Europam mitterentur. Quae omnes, praeter unum exemplar quod edimus, injuria temporum interiisse videntur.

4. Exemplar autem, quod edimus, exstat in ARSI, in volumine *J. 25* 141/141v. Est folium unum oblongum, altitudinis 30 cm., latitudinis 19,6 cm., chartae orientalis, ante restaurationem variis locis corruptae, ita ut complures particulae folii desint: quo fit, ut in imma pagina recta pars textus exciderit, praesertim eo quod duo nomina Fratrum philosophiae operam dantium desiderentur; in summa pagina versa deest nomen (adhuc legitur cognomen) Fr. Carvalho, philosophi; tandem, in imma pagina versa, 5 novitiorum nomina perierunt. — Catalogus ita divisus est, ut sub titulo principali sequantur omnes Patres, deinde vero, sub suis quique titulis: « Irmãos theólogos »; « Irmãos artistas »; « Irmãos humanistas »; « Irmãos Coadjutores »; « Irmãos noviços ». Post singula nomina, uniuscujusque natio indicatur; deinde munera singulorum, et ultima vota, si quis ea nuncupavit. Singulis nominibus anteponitur parva crux, sed deest numeratio. Sunt autem universi 68, scl. Patres 22, Fratres theologi 8, Fratres philosophi 8, Fratres humanistae 2, Fratres Coadjutores 23, novitii 5. Non plane constat, num forte, propter lacunas textus, aliqua nomina ita exciderint, ut nihil omnino de eis remanserit, ita ut nec de numero universorum certo judicare liceat. Quod si obtineret, certo de perpaucis ageretur; nisi (quod excludi non potest) olim adfuisset alterum folium, in quo novitiorum numerus continuabatur. Quod nec supponendum videtur, neque positivis argumentis refelli potest.

Textus

J. 25, 141

JHS

Lista dos Padres e Irmãos do Collégio de Macao, feita em Setembro de 1635 annos

P.e Manoel Díaz, Portuguez, Visitador

P.e António Cardim, Portuguez, Reitor, Professo de 4 votos, e Consultor da Província

P.e Jorge Nunes, Portuguez, ministro e [Coadjutor Spiritual] formado

P.e Pero Morejón, Hespanhol, Professo de 4 votos, e Consultor da Província

1 *Signum in capite paginae non est simplex crux; habet quasi formam litterae M: quapropter forse* Maria *legi posset; probabilius est signum abbreviatum nominis* Jesus

P.e Vicente Ribeiro, Portuguez, Mestre dos noviços, Professo de 4 votos, Companheiro, Admónitor do P.e Visitador, e Consultor da Província

P.e João Gonçálvez, Portuguez, formado, e Consultor do Collégio

P.e João Baptista Bonelli, Procurator de Japão, Professo de 4 votos, e Consultor da Província

P.e Pero Márquez, Portuguez, e Professo de 4 votos

P.e Francisco Taveira, filho de Macao, Professo de 4 votos, e Consultor do Collégio

P.e Francisco Carvalho, Portuguez, e formado

P.e Manoel Rodríguez, filho de Macao, e formado

P.e Alexandre Rhodes, Francês, Professo de 4 votos, e Consultor do Collégio, e lente de casos

P.e Bertholameu de Siquera, Aragonez, e Consultor do Collégio

P.e Raymundo de Gouvea, Aragonez, Reitor do Seminário

P.e António de Gouvea, Portuguez, pregador

P.e João Monteiro, Portuguez, lente de theologia

P.e António Ferreira, Portuguez, lente de theologia

P.e António Barboza, Portuguez, lente de Curso

P.e Raphael Carvalho, Portuguez, pregador, e mestre da primeira

P.e António Correa, Portuguez, confessor

P.e Manoel Pacheco, Portuguez, pregador

P.e Martim Coelho, Portuguez, pregador

Irmãos theólogos

Ir. Manoel Sodré, Portuguez

Ir. Pero Alberto, Portuguez

Ir. Thomás Rodríguez, Portuguez

Ir. Luís Pinheiro, Portuguez

Ir. Joseph de Almeida, Portuguez

Ir. Francisco Rangel, Portuguez

[#] Ir. Manoel de Miranda, Portuguez

[#] Ir. Estévão Machado, filho de Macao, casuísta, e mestre da segunda

Irmãos artistas

[#] [Ir. T]homás da Costa, Portuguez

[#] [Ir. Pero Go]dinho, Portuguez

[#] [Ir.], Portuguez / 141v

---

43 *Quae uncis includimus, ea in textu desunt, cum pars chartae exciderit* ‖ 45 segunda] *post hoc verbum pars paginae excidit; cum* [*supra, lin.* 31/32] *post* primeira *nihil aliud adjungatur, neque hoc loco supponi debet, alia verba secuta esse; tamen id certo excludi non potest, cum vel* classe *vel* escola *vel simile quid adjici potuisset*

Ir. [Luís?] Carvalho, Portuguez
Ir. Gaspar de Siqueira, Portuguez
Ir. Francisco Márquez, filho de Japão
Ir. Pero Márquez, filho de Japam
Ir. Heitor Pereira, Portuguez

Irmãos humanistas

Ir. Francisco da Silva, Portuguez
Ir. Felipe Diniz, filho de Macao

Irmãos Coadjutores

Ir. Dioguo Leitão, Portuguez
Ir. Manoel de Figueiredo, Portuguez, e Procurador da China
Ir. Manoel de Andrade, Portuguez
Ir. Belchior Ribeiro, Portuguez
Ir. Belchior da Gama, Portuguez
Ir. João Braz, Portuguez
Ir. Christóvão Leitão, Japão
Ir. Jorge Ruam, Japam
Ir. Naito Luís, Japão
Ir. Niva Jacobe, Japam, e pintor

Todos os acima têm feito os votos públicos

Ir. Pero da Cruz, Japão
Ir. André Vieira, Japam
Ir. Luís Correa, Portuguez
Ir. Bento Peixoto, Portuguez
Ir. António de Torres, Portuguez
Ir. Francisco da Motta, Portuguez
Ir. Domingos López, Portuguez
Ir. Diogo Barreto, Hespanhol
Ir. Gaspar de Souza, Portuguez
Ir. Francisco Rodríguez, Portuguez
Ir. Matheus Vaz, filho de Macao, e pintor
Ir. Agostinho Vieira, Portuguez
Ir. Domingos Mendes, China, ja fez os votos públicos

Irmãos noviços

[Ir.]ra, Portuguez, e estudante
[Ir. , fil]ho de Macao, e estudante
[Ir. ,] Japam, e estudante
[Ir. , filho] de Japão, e Coadjutor
[Ir. , Por]tuguez, e estuda[nte]

86

EX EPISTOLA P. EMMANUELIS DIAS (SENIORIS) VISITATORIS AD PRAEPOSITUM GENERALEM, DIE 30. JULII 1636 E COLLEGIO MACAENSI SCRIPTA

1. Die 3. Augusti 1633 Nagasakii a magistratibus Japonensibus Christianae Legi infensis captus est P. Christóvão Ferreira (simul cum quodam Fratre S. J. et uno *Dōjuku*)[1]. Qui cum mense Octobri 1633, suspensus in fossa[2], in tormentis a Fide defecisset, tristissimi eventus rumor sub finem ejusdem anni Macaum perlatus[3], a plerisque fidem non invenit[4]; immo, a principio in Martyrum numerum eum aliqui computaverunt[5]. Sed proximis mensibus rumor defectionis ejus novis indiciis magismagisque confirmatus est[6], donec die 12. Junii 1635 navis quaedam e Cochinchina Macaum advecta rem, si minus omni ex parte certam, saltem probabilem reddidit[7]. Tandem die 12. Novembris 1635 tres naves e Japonia Macaum redierunt, quarum Praefectus (« Capitão Mor ») D. Gonçalo da Silveira, nepos P. Gonçalo da Silveira Martyris, ad Visitatorem P. Emmanuelem Dias (sen.), qui propter infirmitatem domo egredi non valebat, litteras dedit, quibus veritatem facti, i. e. defectionis Viceprovincialis Christophori Ferreira, plane asseruit[8].

2. *Casus iste infelicissimus pluribus scriptis ansa et occasio* fuit: nam ipse Visitator P. Emmanuel Dias, cum undecim Patres auctoritate gravissimos Collegii Macaensis ad Consultationem de re habendam convocasset, se obtulit qui in Japoniam trajiceret, ut Boni Pastoris instar lapsum ad Fidem reduceret; quem omnes unanimiter propter gravissima pericula publica a proposito removendum esse censuerunt[9]; itaque litteras doctrina et bonitate paterna plenas ad P. Christophorum Fer-

---

1 « Memoria de los Sanctos Mártires, que murieron en Nangasaqui, desde el mes de Septiembre del año de 1632 hasta 22 de Otubre de mill y seys cientos y treinta y tres, governando el segundo año Onemo-dono, y el siguiente año Mataça[e]mon-dono »: hisp., sine subscriptione, *J. 18 II* 220v (220-221v).

2 Ib.

3 Manoel Dias — Gen., Macao, 18 de Junho de [1]635, lus., orig., 2a via por Filipinas, 3a carta, *J. 18 II* 226 (226-227v).

4 Ib.

5 André Palmeiro — Gen., Macao, 20. de Março de [1]634, lus., orig., 1a via, 1a carta: *J. 18 I* 145v (145-146v): « mas já agora está mártyr glorioso »; cf. *J. 18 II* 221 (v. not. 1).

6 *J. 18 II* 226 (v. not. 3).

7 Ib.

8 Manoel Dias — Gen., Amacao, 26 de Janeiro de [1]636 annos, lus., orig., 1a via por Filipinas, 1a carta: *J. 18 II* 238 (238-243v).

9 *J. 18 II* 226v (v. not. 3).

reira dedit (22. Junii 1635[10]; 8. Julii 1636[11]), quibus eum ad meliores sensus revocaret. Praeterea non semel ad Praepositum Generalem idem Visitator de casu scripsit (18. Junii 1635[12]; 1. Sept. 1635[13]; 26. Jan. 1636[14]; 30. Julii 1636[15]; 11. Nov. 1636[16]; 16. Dec. 1636[17]; epistola diei 11. Nov. 1636 Generalem de dimissione P. Christophori Ferreira certiorem reddit). Documentum de ejus dimissione, ab ipso Visitatore et novem aliis Patribus signatum (2. Nov. 1636) in ARSI conservatur[18]. Posteriora documenta, quae de defectione P. Ferreira agunt, hoc loco praeterimus.

3. In dictis epistolis non semel de singulis sociis in Japonia superstitibus sermo est. Praesertim vero epistola Macai *die 30. Julii 1636 ab eodem Visitatore P. Emmanuele Dias ad Praepositum Generalem data* nostra hic interest: nam *nomina 5 sociorum, qui tunc in Japonia vivebant,* singulatim refert; *simulque ordinem indicat, quo Superioris munus ab uno ad alium transire debeat,* si eum, qui actu fungatur officio, vel mori vel ab inimicis comprehendi contingat. Hanc partem epistolae hoc loco edendam censemus: cetera enim P. Christophorum Ferreira respiciunt et aliquando cum aliis epistolis, quae ad ipsum et de ipso sunt, videntur imprimenda.

4. Documentum istud duobus foliis chartae orientalis, 26,5/20,2 cm., continetur: *J. 18 II* 254-255v; f. 255 vacat omni scriptura et in recenti restauratione, charta alba europaea agglutinata, consolidatum est; f. 255v directionem, sigillum, et summarium Romanum hujus epistolae fert; manus Romana in margine inferiori folii 254, ad latus sinistrum, bruno atramento notavit: « 36/Macao/Dias ». Subscriptio (f. 254v) est

---

[10] Exemplum epistolae (22. Junii 1635), transcriptum pro Praeposito Generali, 1a via, 4a carta, lus., cum subscriptione autogr. auctoris, exstat in *J. 18 II* 230-233v.

[11] Exemplum epistolae (8. Julii 1636), transcriptum pro Praeposito Generali, 5a via, 2a carta sobre o P.e Christóvão Ferreira, lus., cum subscriptione autogr. auctoris, exstat in *J. 18 II* 250-251v.

[12] *J. 18 II* 224-225v: lus., orig., 3a carta (sine via); *J. 18 II* 226-227v: lus., orig., 2a via por Filipinas, 3a carta; *J. 18 II* 228-229v: lus., orig., 1a via por Filipinas, 1a carta.

[13] *J. 18 II* 234-235v: lus., orig., 1a via por Filipinas, 3a carta; *J. 18 II* 236-237v: lus. orig., 1a via, 5a carta.

[14] *J. 18 II* 238-243v: lus., orig., 1a via por Filipinas, 1a carta; *J. 18 II* 244-249v: lus., orig., 2a via por Filipinas, 1a carta.

[15] *J. 18 II* 254-255v = documentum hoc loco edendum: videas paulo inferius in hac Introd. Partic.

[16] *J. 18 II* 260-261v: lus., orig., 5a via, 5a carta sobre o P.e Christóvão Ferreira; *J. 18 II* 262-263v: lus., orig., 3a via, 4a carta sobre o P.e Christóvão Ferreira.

[17] *J. 18 II* 264-265v: lus., orig., 3a via, 7a carta sobre o P.e Christóvãa Ferreira; *J. 18 II* 266-267v: lus., orig., 5a via, 7a carta sobre o P.e Christóvão Ferreira.

[18] *J. 18 II* 256-257v: lus., orig., 5a via, 6a carta sobre o P.e Christóvão Ferreira; *J. 18 II* 258-259v: lus., orig., 3a via, 6a carta sobre o P.e Christóvão Ferreira.

autographa. In directione epistolae (f. 255v) nota: « 1ª Carta sobre o P.e Christóvão Ferreira. / 3ª via ».

5. Summarium Romanum hic integrum ponimus:

« P.e Visitador Manoel Dias, 30. Julho
Macao 1636

Trata de Japam, onde stavão
5 da Companhia; ordem que deu
pera a successam de Superior.

Pareceo em Consulta que nam fosse
o Irmão Domingos Méndez a Japam, assi
por temor que nam seria
de effeito pera Christóvão Ferreira
se reduzir, e ariscado
a se perder o comércio.

Faz nesta mençam da carta
que de novo escreveo ao Padre
Ferreira, e advertimentos
que deu ao Português que a levava.

A outros 2 Portugueses nobres
encomendou muito as diligências que lhe pedia fizessem com
o Padre Ferreira.

Fez prover os Nossos do
necessário.

No vinho que vai a Japam
fazem deitar os do governo
muita agoa pera que nam sirva
pera as Missas. »

Textus

J. 18 II 254-255v
Fol. 254

†

Muito Reverendo em Christo Padre Nosso,

Pax Christi!

Nesta darei conta a Vossa Paternidade de nossas couzas em Japão, onde estão sinco da Companhia, ss. o P.e João Baptista, Profeço, a quem agora escrevo seja Viceprovincial até ir de cá outra ordem, e em cazo que morra, ou o prendam, fique em seu lugar o P.e Xiquimi Martinho, e morrendo, ou prendendo este, lhe soceda o P.e Yuqi Diogo, e a este o P.e Conixi Máncio e a este o P.e Casui Pedro. E porque nenhum dos quatro hé Profeço, tenham nome de Superior, e não de Viceprovincial, mas somente os poderes, e em especial lhos dou pera poderem à hora da morte receber na Companhia algum Japão que com fidelidade e exemplo e boa satisfação os tivesse acompanhado neste tempo da perseguição, com tanto que não seja cazado. Esta mesma ordem lhe mandei o anno passado, mas não tive nova à volta dos navios, se lhe foi dada, porque não deu lugar, a me vir naquela monção, o aperto da perseguição. De tudo o mais que soube por eles, informei Vossa Paternidade por duas vias nos navios da Índia, e por outras duas nos da Manila, nem depois tive mais novas de Japão, porque não vierão seus juncos a Cochinchina. ... /

254v Amacao, 30 de Julho de 636.
Manoel Dias.

/255v/

Ao muito Reverendo em Christo Padre Nosso Mútio Vitelleschi, Prepósito Geral da Companhia de Jesus.

1a carta sobre o P.e Christóvão Ferreira — Locus sigilli.
3a via.

Do Visitador de Japão e China

87

ELENCHUS PATRUM CONGREGATIONIS PROVINCIALIS JAPONICAE IN COLLEGIO MACAENSI

9.-22. Sept. 1638

A die 9. Septembris 1638 usque ad diem 22. ejusdem mensis in Collegio Macaensi habita est Congregatio Provincialis Provinciae Japonicae: a qua die 11. Septembris 1638 P. Antonius Franciscus Cardim 'Procurator ad Urbem' electus est; secundo loco P. Raimundus de Gouvea, ut ejus Substitutus, Patrum consensum obtinuit. Cum in Actis Congregationis nomina Patrum, tum praesentium, tum legitime excusatorum, enumerentur, nos, ut lacunis Catalogorum istorum annorum quovis modo remedium afferamus, elenchum Patrum ex Actis Congregationis hic inserimus.

Acta originalia istius Congregationis Provinciae Japonicae exstant in volumine *Congr. 66* ff. 367-374v; cum Responsis Generalis, *Congr. 66* ff. 375-377v. Actis subscripsit, eisque sigillum sui muneris apposuit Secretarius Congregationis, P. Petrus Márquez ('Marchius'), qui in Actione Prima, die 9. Septembris, electus est. Elenchus nominum Patrum praesentium (cum Viceprovinciali P. Gaspare Luís, qui Congregationi praeerat) 12 socios comprehendit; legitime absentium nomina sunt quatuor.

Praeter Acta originalia, non mirum, si etiam inter documenta antiqui Archivi Macaensis (i. e. Provinciae Japonicae) exemplum Actorum olim exstiterit et simul cum ceteris documentis ejusdem Archivi medio fere saeculo XVIII. transscriptum sit. Apographum illud in serie *Jesuítas na Ásia, vol. 49-V-12* ff. 345-359 nunc conservatur.

Nos *ex Actis originalibus* supradictis hic elenchum Patrum illius Congregationis Provincialis edimus.

Textus

Congr. 66, 367-374^{v}
Fol. 367

« Congregatio Provincialis Japonica in Collegio Machaoensi inchoata die nona Septembris Anni Domini 1638, Praeside P. Gaspare Luís, Viceprovinciali, praesentibus Patribus qui subsequuntur

P. Petro Morejón
P. Antonio Rubino
P. Vincentio Ribeiro
P. Petro Marchio
P. Francisco Buzomi
P. Francisco Taveira
P. Alexandro Rhodes
P. Antonio Cardim
P. Raymundo de Gouvea
P. Bartholomaeo Siqueira
P. Gaspare do Amaral.

Quatuor ex universa Provincia desiderati Professi, quos legitime censuit impeditos Congregatio, quia apud Tunquinenses et Coccicinenses gravissimis ad animarum salutem negotiis ac laboribus adeo impliciti distentique fuere, ut nec paratam, qua sua ad nos suffragia transmitterent, opportunitatem, nedum expeditum, ut viae se committerent, aditum invenire potuerint. Hi fuere: Pater Hyeronimus Maiórica, Pater Joannes Baptista Bonellus, Pater Antonius de Fontes, Pater Joannes Maria Leria ».

[Ex Actione Prima, 9. Septembris 1638] « Primo ad plura igitur suffragia Pater Petrus Marchius in secretarium delectus est, allectusque in socium, particeps consiliorum, Pater Gaspar do Amaral. Deputati ad plura itidem suffragia Pater Antonius Rubinus primo loco, secundo Pater Petrus Morejón. Actum denique de Procuratoris electione, statutumque, ut electio fieret die undecima ejusdem mensis ».

[Ex Actione 2ª, 11. Septembris 1638] « Condicta die ... ad plura medietate suffragia, scrutinio sexto, P. Antonius Cardim Provinciae Japoniae Procurator est dictus. Secundus a primo ad plura medietate suffragia, sed scrutinio primo, P. Raymundus de Gouvea substitutus, subrogatusve. Ad plura demum medietate suffragia, scrutinio 3º, tertius a primo, Pater Gaspar do Amaral ».

Fol. 373 [Ex Actione nona] « Congregationi finis imponitur die 22. Septembris, vespertinis horis, ab inch[oata] 13., in Collegio Amacaensi, Anno Domini 1638.

Sigillum Pr Petrus Márquez
Secretarius »

---

33 inch[oata] *Sigillum superpositum hoc verbum partim cooperuit* || 35-36 *Subscriptio est autographa*

88

EX EPISTOLA P. EMMANUELIS DIAS, VISITATORIS, AD PRAEPOSITUM GENERALEM, DIE 3. DECEMBRIS 1638 E COLLEGIO MACAENSI DATA

Naves, quae die 6. Augusti 1638 e portu Macaensi in Japoniam solverant, die 4. Novembris 1638 inde Macaum reversae sunt: et de insurrectione agricolarum in provinciis Higo (Amakusa) et Hizen (Takaku), quae sub nomine insurrectionis Shimabarensis nota est, nuntium rettulerunt. De qua in *Introd.,* P. I., Cap. 5 pp. 261-262 diximus. Ubi etiam partem epistolae Visitatoris P. Emmanuelis Dias sen., die 3. Decembris 1638 ad Praepositum Generalem scriptae, in qua de illo eventu refert, posuimus.

Dicta epistola sub numero 7° de sociis in Japonia superstitibus loquitur; quae de iis P. Emmanuel Dias rescivit, pauca sunt et ex parte incerta; sed videntur hoc loco inserenda, quia ejus temporis nuntii de Patribus in ipsa Japonia absconditis omnino rari sunt.

Brevis haec epistola exstat in vol. *J. 18 II* 268-269v; continetur duobus foliis chartae orientalis, 27×19,8-20,2 cm. Textus nonnisi f. 268r totum, et medium f. 268v occupat; f. 269 omni scriptura vacat; f. 269v epistolae directionem, sigillum, et Summarium Romae scriptum, fert; manus Romana etiam in margine inferiori sinistro folii 268 notavit: « Diaz/Macao/38 ». Subscriptio (f. 268v) est autographa.

Summarium Romanum est hoc:

« P.e Visitador Manoel Dias, 3 de Decembro 1638. Macao

Aponta nesta as novas
que deram os que tinham vindo
de Japam.

E dos Padres que eram vivos etc.

Do alevantamento dos Christãos
de Arima etc. »

Nos ex ista epistola originali, quae 9 notitias (« novas ») e Japonia allatas comprehendit, 7am dumtaxat hic edimus (sed pro 1a et 2a videatur opus nostrum *Introductio,* loco superius indicato).

Textus

J. 18 II 268-269v

†

Muito Reverendo em Christo Padre Nosso

Pax Christi!

Por huma jalea e hum chò, navios pequenos e fracos que daqui partírão pera Malaca meado Setembro de 38, escreví a Vossa Paternidade largo, de que agora mando duas vias pollos dous Procuradores da Congregação, Padres António Cardim e Raymundo de Gouvea, que hirão, hum polla Índia, e outro por Nova Espanha, segundo dizem, e aqui direi o que depois ouve.

A quatro de Novembro chegárão aqui de Japão os dous navios que em 6 de Agosto tinhão partido a fazer aquella viagem, e com muitos ganhos no temporal trouxerão as novas sequintes:

. . . .

7ª. Que estavão vivos os nossos Padres [1] Pedro Cassui e João Baptista Porro. Daquelle se soube, porque hum língua de certo Portuguez lhe faltou em caza sinco dias, e perguntando-lhe elle, por qué, lhe /268v/ disse em segredo, fora acompanhar o P.e Pedro Cassui, que se mudou de Nangassaqui pera Satçuma. Do P.e João Baptista soubemos por hum Coria; de que mando com esta huma informação que aqui tivemos do cazo: dada pollo Irmão Manoel de Figueiredo, Procurador da Viceprovincia da China, e seu Companheiro, o Irmão António de Torres, que a tomárão de certos homens; e juntamente hirá o que, fundados nella, se fez no cazo, ou intentou fazer. Dos outros nossos Padres Xiquimi Martinho e Conixi Máncio [2] não tivemos nova, se são mortos ou vivos. ...

Amacao, 3 de Dezembro de 638.

Manoel Dias

/269v/

† Ao muito Reverendo em Christo Padre Nosso Mútio Vitelleschi, Prepósito Geral da Companhia de JESV.

1ª Via pola Índia Oriental. Locus sigilli

Do Vizitador de Japão e China.

---

16 lhe] *sub lin.; initio pag. seq. 268v repetitur.*

---

1 Videas, quae de PP. Petro Kasui, Johanne Baptista Porro, Martino Shikimi Visitator P. Antonius Rubino die 2 Nov. anni sequentis, 1639, e Collegio Macaensi ad Praepositum Generalem scribit. Textum habes in opere nostro Introductio, P. I, Cap. 5 = pp. 263-265. Cf. ib. P. II, Sect. 1, Cap. 1 = p. 370.

2 De P. Konishi Mantio vid. ib. P. II, Sect. 1, Cap. 1 = p. 365.

89

P. ANTONII FRANCISCI CARDIM INFORMATIO PRO PROVINCIA JAPONICA


[1646]

Brevem vitam auctoris istius Informationis, P. Antonii Francisci Cardim, ex opere nostro *Introductio* hic praemittere liceat: additis, quae praeterea utilia fore intellexerimus.

Antonius Franciscus Cardim, incerto tempore inter annos 1594 et 1596 in civitate Oporto natus, quo parentes negotiorum causa venerant, patriam habebat oppidum Viana do Alentejo. Die 24. Februarii 1611 Eborae in Societatem Jesu admissus, anno 1618 e portu Olyssiponensi in Indiam solvit. In Collegio Goano per 4 annos theologiae studuit; die 2. Februarii 1621 ibidem primam missam celebravit. Anno 1622, vel saltem 1623, Macaum venit. Ab initio anni 1626 usque ad diem 2. Julii 1629 in Missione Siamensi operatus, Macaum rediit. Anno 1630 iter in Cochinchinam instituit, et Macaum redux, die 15. Augusti 1630 ibi solemnem 4 votorum professionem emisit. Die 18. Februarii 1631 e Macaensi portu iterum profectus, die 7. Martii 1631 in regnum Tunkinense appulit, sed post non multum temporis in eadem navi Macaum regressus est. Per 4 annos (1632-1636) Rectoris Macaensis officium exercuit. Etiam Commissarii S. Officii munus ibidem tenuit. In Congregatione Provinciali Provinciae Japonicae, quae diebus 9.-22. Septembris 1638 in Collegio Macaensi celebrata est, Procurator ad Urbem electus, eodem anno iter Romanum e portu Macaensi aggressus est. Septembri 1642 Olyssiponem advenit, et inde Romam petiit; ubi aestate 1645 gravissimo morbo affectus est. « Tive vida ... em Roma ... estando ungido » (5. Augusti 1645). Sed convaluit, et Congregationi Generali VIII. interfuit, quae Romae a die 21. Novembris 1645 usque ad diem 14. Aprilis 1646 sedit. Nonnisi anno 1649 e portu (Lisboa) solvit, ut per Indiam Orientalem ad Extremum Orientem rediret. Sed die 15. Junii 1652 prope Malaccam in manus Hollandorum incidit, qui eum per tres annos captivum retinuerunt. Tandem liber, a civitate Goa Macaum regressus est, partim per terram, partim via maritima, in regnum Siam iterum ingressus, et ad insulam Hainan ventorum vi depulsus. E Collegio Macaensi se pro Missione Cambodjana obtulit; sed in vanum; nam die 30. Aprilis 1659 Macai defunctus est.

P. Antonius Franciscus Cardim, cum Romae degeret, multum pro Provincia Japonica operatus est. Ibi etiam varia scripta redegit, quae sollicitudinem ejus in conservanda, augenda, illustranda Provincia Japonica testantur.

Inter cetera documenta, quae usque nunc exstant, die 24. Maji 1646 auctor ad finem perduxit scriptum cui titulus: « Informatio pro Provincia Japponica », quam hic edimus. De cujus documenti origine et sensu in opere nostro *Introductio ad Historiam Societatis Jesu in*



Harajō, castellum Hara, in litore meridionali regionis Takaku. In insurrectione Shimabarensi (Dec. 1637 - April. 1638) haec arx ab insurgentibus occupata, munita, et strenue defensa, diu ingenti exercitui Gubernii Japonici restitit, donec, deficientibus jam armis, viribus, victualibus, omnes in ea inclusi trucidati sunt (12.-15. Aprilis 1638). — Delineamenta haec, olim in Archivo familiae Arima, Nov. 1956 a possessore Nakane Tetsurō, Antiquario Tokiensi, cum aliis scripturis et chartis familiae Arima, Auctori ostensa, et cum ejusdem benigna concessione a Photographo Katō Shogo, Tōkyō, pro auctore photographice expressa sunt. Conferas ejusdem castelli Hara imaginem antiquam, tempore insurrectionis Shimabarensis, ex eadem familia Arima, quam operi nostro *Introductio* pp. 704-705 inseruimus. — Numeri a nobis appositi: 1. Honmaru = munitio praecipua. — 2. Ninomaru = munitio altera. — 3. Sannomaru = munitio tertia. — 4. Area inter arcem insurgentium (Harajō) et copias exercitus Gubernii illam obsidentes, munita et custodita ab aggressoribus. — 5. Castra singulorum principum vel ducum exercitus Gubernii. — 6. Naves exercitus arcem obsidentis.

Japonia (*1549-1650*) accuratam instituimus indaginem, de qua hoc loco partem eisdem verbis, partem succincta expositione, referre liceat:

« Informatio [ista] contra tentamina Patrum Viceprovinciae Sinensis, maxime eorum Procuratoris P. Alvari Semedo, dirigebatur, qui Collegium Macaense a Provincia Japonica separare, immo Provinciam Japonicam, utpote e sua naturali regione ejectam, dissolvere, ac dissolutae socios, Domos, Missiones cum Viceprovincia Sinensi conjungere nitebantur. Unde P. Cardim Provinciae Japonicae originem ac pristinum statum exponere; numerum tum sacro fonte ablutorum, tum Martyrum indicare; Missiones ab hac Provincia variis temporibus fundatas describere; ac Macaense Collegium ut totius Provinciae Japonicae caput laudibus efferre satagebat. — Deinde pergebat argumenta adversariorum, quibus Collegium Macaense ad suam Sinicam Viceprovinciam trahere intendebant, diluere; Visitatoris P. Emmanuelis Dias, ac maxime Procuratoris Romam missi, P. Alvari Semedo, versutias in illo fine appetendo detegere; suas ipsius (cum officium Rectoris Macaensis gereret) litteras ad Praepositum Generalem hujusque responsum referre; ultimae Congregationis Japonicae (anno 1638 celebratae) postulatum verbotenus in medium adducere; ac vehementi affectu et instantissima supplicatione a Praeposito Generali petere, ne Collegium Macaense, a Provincia Japonica abscissum, ad Sinenses transferretur. Aperte autem, quae P. Semedo in Europa in damnum Japonicae Provinciae vel egisset, vel saltem conatus esset, declarabat; et ut de utriusque Provinciae redditibus, expensis, debitis constaret, ea pro utraque parte enumerabat; ac quibus remediis Japonicae Provinciae penuria sublevari posset, explicabat. Brevi, omni ope Japonicam Provinciam conservare, et quasi ab intentato interitu defendere studebat. »

Informatio ista plurima elementa continet, quae in Catalogis Rerum exponi solent; ac proinde eam inter textus nostros recipiendam duximus. Tempus, quo illa Romae composita est, minime latet: nam die 24. Maji 1646 in Urbe ad finem perducta est. Sed si Orientem cogitas, praesertim ipsius P. Antonii Francisci Cardim cognitionem, experientiam, epistolarum commercium, ante oculos habere oportet, neque oblivione praeterire Congregationem Provincialem anni 1638, in qua condiciones Provinciae Japonicae a Patribus discussae sunt, ipseque P. Cardim Procurator ad Urbem electus est. Sed ex ipsa Informatione, quam hic edimus, certum est, auctorum etiam eventuum posteriorum notitiam habuisse. Qui eventus, si Japoniam spectas, annos 1642 et 1643 comprehendunt: ita ut auctor de itinere Visitatoris P. Antonii Rubino in Japoniam et de ejus martyrio (sociorumque); itemque de itinere P. Petri Márquez ejusque comitum in Japoniam, et usque ad Aulam shōgunalem in Yedo profectione indeque reditu ad portum Nagasaki jam certior factus sit. Qui eventus in annos 1642 et 1643 incidunt.

Informatio ista, tota autographa P. Antonii Francisci Cardim, lingua latina scripta, exstat in vol. *Congr. 71* ff. 274-284v; in fine subscriptio item autographa auctoris: « Romae, 24. Maji anni 1646. Antonius Franciscus Cardim ». Fol. 284 scriptura vacat; fol. 284v titulus repetitur: « Informatio pro Provincia Japponiae. 1646 ».

Nos textum integrum istius Informationis hic inserimus. Claritatis causa titulos (inter parentheses) nos introduximus.

Textus

Congr. 71, 274-284v

†

[147 A]

Fol. 274

Informatio pro Provincia Japponica
[1646]

[I. - *Pars Historica*]

Provincia Japponiae a S. Francisco Xaverio, Indiarum et Japponiae Apostolo, fundata fuit anno 1549 [1] cum gaudio universae Ecclesiae et Societatis nostrae; cujus corona et princeps Provinciarum dici potest, ob immensos labores in ea perpessos, fructus uberrimos perceptos, honores a Sancta Sede Apostolica collatos, gloriosos martyres, qui in ea sanguinem pro Christo fortiter perfuderunt. Quorum primitiae nostrae Societatis, quos Sancta Sedes martyres declaravit [2], Jappones sunt Sanctus Paulus Michi et socii.

Fundata fuit haec Provincia in persecutionibus. Nam statim in ipsis initiis in ipsum Fundatorem et Apostolum vidimus excitatas persecutiones: ibi enim sanctus Pater lapidatus, virgis caesus, sagittis, non sine sanguine, vulneratus fuit [3]. Postea persecutioni-

---

2 *Annus appositus est ab eadem manu. quae hujus voluminis folia olim numeravit.*

---

[1] Die 15. Augusti 1549 Franciscus Xaverius in Japoniam advenit: MHSI, Ep. Xav.. II (Romae 1945) Doc. 90, p. 185: epistola Xaverii, Kagoshima, 5. Nov. 1549. — Doc. 94, p. 228: epistola Petri da Silva, Kagoshima, 5. Nov. 1549.

[2] Eorum Beatificatio: die 15. Septembris 1627: Arch. Vat., *Segr. Br. vol. 729* ff. 694-695v. — Cf. opus nostrum *Die Wirksamkeit der Päpste für Japan* p. 76.

[3] Num vere Xaverius in Japonia lapidatus, virgis caesus, sagittis impetitus est? Xaverium ejusque socios, dum in Japonia versantur, tam in itineribus quam in civitatibus, ubi ad tempus sedem fixerunt, a pueris, a plebe, saepius variis injuriis affectos, aliquando etiam lapidibus impetitos fuisse, e fontibus satis constare videtur. Bonziorum quoque persecutiones in eos, variis in locis (Kagoshima, Sakai), commotas fuisse e documentis contemporaneis demonstratur (cf. G. Schurhammer S. J., *Der hl. Franz Xaver in Japan (1549-1551)*, ed. cit., 19 23 lapidibus impetitos; 16 31-32 a bonziis vexatos). Quos tamen, sensu proprio, lapidatos, virgis caesos, sagittis vulne-

bus crevit Japponiae Ecclesia, martyrum sanguine irrigata, foecundata, et dilatata. In quatuor persecutionibus generalibus numerus martyrum ad *1600* crevit, tam ex Religiosis quam saecularibus; ex nostra vero Societate ad 92, in diesque magis ac magis augetur numerus, non solum tyronum, sed et antiquissimorum Patrum Professorum, Provincialium et Visitatorum, qui gloriosos triumphos de tyranno reportant, maximamque gloriam pariunt Societati nostrae [4]. Pleni sunt libri, plenae historiae, pleni annales nostrae Societatis de rebus gestis in Japponia, nec timendum, quod istis persecutionibus minuatur Provincia. Quia non minuitur persecutionibus Ecclesia, sed augetur, nam semen est sanguis Christianorum.

Occasione persecutionis excitatae a Daifu-sama anno *1614* [5] destructa sunt collegia et domus nostrae, omnesque ecclesiae. Unde Provincia dilatata est in alia atque alia regna extra Japponiam, retento nomine Japponiae, utpote partis principalis et illustrioris. Nam anno *1615* incoepta est Missio in regno Cocincinae [6]. Circa idem tempus coepit Missio in regno Camboyae [7], quae propter bella aliquandiu interrupta, modo instaurata est. Anno *1626* incaepit Missio in Regno /274v/ Siamensi [8]. Anno 1627 fundata fuit

27 excitatae] *ms.* excitata

ratos esse nonnisi auctores posteriores asserunt: aliquando ea, quae de aliis Patribus legerant, ad Apostolum Orientis transferentes.

[4] De numero martyrum in Japonia ex antiquioribus praesertim P. Petrus Morejón et P. Antonius Franciscus Cardim, auctor hujus documenti, investigaverunt: vid. opus nostrum *Introductio* pp. 435-444; de recentiorum sententia: ibidem, pp. 445-446.

[5] De exilii causis et eventibus praeviis: vid. opus nostrum *Introductio* p. 200 745-746; de sociorum profectione: cf. ampliorem expositionem nostram supra, in prolegomenis ad Docc. 42-43: « II. De Sociorum e Japonia profectione ad Macaense et Manilense Exilium ».

[6] Fontes de initiis Missionis Societatis in *Cochinchina*: vid. opus nostrum *El « Archivo del Japón »*, p. 21, Adnot. 9. — Cf. opus nostrum *Introductio* p. 294: Cap. 10. Libri II. Procuratoris Macaensis, in Cod. *Ajuda 49-IV-66* ff. 81-82; praeterea *Introductio* 381; et ibid. 399-403 Schema de numero sociorum in Cochinchina, annis 1615-1654. — STREIT, vol. V. (Index). — A. F. CARDIM, *Relatione della Provincia del Giappone,* Roma 1645, pp. 83-100.

[7] Fontes de fundatione Missionis in *Cambodja*: vid. opus nostrum *El « Archivo del Japón »*, p. 21, Adnot. 10. — *Introductio* p. 294: Cap. 7. Libri II. Procuratoris Macaensis, in Cod. *Ajuda 49-IV-66,* ff. 77v-78v; cf. *Introductio* p. 887 (in Indice). — STREIT, vol. V (Index). — A. F. CARDIM *Relatione della Provincia del Giappone,* Roma 1645, pp. 157-158.

[8] Fontes de principiis Missionis S. J. in regno *Siam*: *El « Archivo del Japón,* pp. 21/22, Adnot. 11. — Introductio, p. 294: Cap. 12. Libri II. Procuratoris Macaensis, in *Cod. 49-IV-66,* ff. 84-84v; *Introductio,* p. 1008 (in Indice). — STREIT, vol. V. (Index). — A. F. CARDIM *Relatione della Provincia del Giappone,* Roma 1645, pp. 134-156. — Gio. Fil. MARINI, *Delle Missioni de' Padri della Compagnia di Giesu,* Roma 1663, pp. 406-420.

nova et gloriosa Missio in Regno Tunkinensi [9]. Anno 1633 coepit Missio in insula Hainam [10], gentis sinicae. Anno *1642* coepit Missio in Regno, quod vocant Laos [11]. Ex Regno Tunkinensi intentata fuit Missio ad Regnum Coccangue [12], sed propter bellum inter utrumque regnum non habuit effectum.

Itaque dispersa est tota Provincia extra Japponiam per sex vastissima regna; caput vero totius Provinciae est, semperque fuit [13] Collegium Macaense, situm in civitate Macao, in Regno Sinarum, quae civitas a primis fundamentis per Lusitanos erecta

---

[9] Fontes de prima introductione Fidei Christianae in regnum *Tunking* per Patres S. J.: Schütte, *El «Archivo del Japón»*, p. 22, Adnot. 12. — Cf. etiam *Introductio* p. 294: Cap. 6. Libri II. Procuratoris Macaensis, in Cod. *Ajuda 49-IV-66* ff. 74-77; praeterea *Introductio* 1022 (Index); praesertim in eodem libro (*Introductio*) pp. 404-407 Schema de sociis et numero Christianorum in Tunking annis 1626-1654. — A. F. Cardim, *Relatione della Provincia del Giappone,* Roma 1645 pp. 46-82. — Gio. Fil. Marini, *Delle Missioni de' Padri della Compagnia di Giesu,* Roma 1663, Lib. I et Lib. II, pp. 18-262. — Lib. III = 1655-1659: pp. 263-358.

[10] De primis expeditionibus PP. S. J. ad insulam *Hainan*: Schütte, *El «Archivo del Japón»*, p. 22, Adnot. 13, et pp. 312 401-402 402-403. — Schütte, *Introductio* p. 294: Cap. 8. Libri II. Procuratoris Macaensis, in Cod. *Ajuda 49-IV-66,* ff. 79-79v; *Introductio* p. 928 (in Indice). — Streit, vol. 5 (Index). — A. F. Cardim, *Relatione della Provincia del Giappone,* Roma 1645, pp. 100-134. — Gio. Fil. Marini, *Delle Missioni de' Padri della Compagnia di Giesu,* Roma 1663, pp. 431-443.

[11] De Missione in regno Laos: praevia tentamina, primae fundationes: vid. fontes in opere nostro *El «Archivo del Japón»*, p. 22, Adnot. 14. — Cf. *Introductio,* p. 294: Cap. 9. Libri II. Procuratoris Macaensis, in Cod. *Ajuda 49-IV-66* f. 80. Vid. etiam *Introductio* 945 (in Indice). — A. Fr. Cardim, *Relatione della Provincia del Giappone,* Roma 1645, pp. 158-160.— Gio. Fil. Marini, *Delle Missioni de' Padri della Compagnia di Giesu,* Roma 1663: Libro quinto = pp. 444-450. — Streit, vol. 5 (Index).

[12] Regnum Coccangue: «La Metropoli di Tunquim chiamata dalli stessi naturali, Keciò, è nell'altezza di 27 gradi dalla parte di Norte, restando il mare dalla parte di Levante, e da Ponente altissimi monti, che diuidono detto Regno da quello delli Lai, dalla parte di Tramontana resta *il Regno di Cocangue,* confinante con la Cina, doue sin' adesso non hà penetrato la luce dell'Euangelio, contutto che non siano mancate le diligenze, e quelle esquisitissime, per entrarui: impedendo notabilmente l'ingresso le guerre intestine, ch'iui sono con un Rebelle di Tunquim.»: ita in opusculo: Relatione / Della Prouincia / del Giappone, / scritta dal Padre / Antonio Francesco Cardim / Della Compagnia di Giesv, Procu- / ratore di quella Prouincia. / Alla Santità di Nostro Signore / Papa Innocentio X. / IHS (Incisione) / in Roma, Nella Stamperia di Andrea Fei. / M.DC.XLV. / (linea orizzontale) / Con licenza de' Superiori. / (pag. 47).

[13] Collegium Macaense, inter diem 24. Octobris 1592 et ineuntem Novembrem 1594 constructum (vid. opus nostrum *Introductio* pp. 162-167, cum textu epistolae ipsius fundatoris Collegii, P. Alexandri Valignano), nonnisi post expulsionem sociorum e Japonia (Novembri 1614) 'caput' Provinciae Japonicae dici poterat. — De Domo et Collegio Macaensi: *Introductio* pp. 955-957, in Indice.

fuit [14], ab ipsisque incolitur, estque sub ditione Regis Lusitaniae Joannis 4. Habuit Provincia in regnis Japponiae diversis temporibus [15] collegia sex, residentias majores seù collegia inchoata tria, domos probationis duas, residentias ordinarias sexaginta quatuor, seminaria duo; et in toto Tacacu publicatum erat Concilium Tridentinum [16]. Numerus Christianorum pervenerat ad quingenta millia [17], quorum multi vivebant sub principibus christianis. Semper tamen Collegium Macaense, ut dictum est, fuit caput et commune seminarium Provinciae, in quo numerantur ultra sexaginta socii [18], qui docent et addiscunt linguam latinam, philosophiam, et utramque theologiam.

Fructus uberrimos colligit Provincia: in Japponia martyres, in aliis regnis Christianos; quos Cocincina recenset usque ad viginti millia [19]; Regnum Tunkinense centum et quinquaginta millia ab anno *1627* [20], et per singulos annos crescit numerus ad duode-

53 addiscunt] *vid. corr. ex* discunt

[14] Anno 1557: de locis quibusdam, quae Lusitani antea adire solebant, vid. C. R. Boxer, *The Christian Century in Japan* pp. 91-92.

[15] De Domibus S. J. in Japonia erectis, translatis, clausis vid. opus nostrum *Introductio* P. II, Sectio 2 = pp. 447-752. *Conspectum* Domorum ibi pp. 452-454 invenies. Per breve tempus etiam in insula Ikinoshima (*J. 22* 110v-111) et in oppido Oye (Amakusa) (Madrid, *Jes. Leg. 271/59* f. 4v: Pírez, *Pontos*) socii habitaverunt. In Higo adde parvam Residentiam in Nozu (L. A. 25. Oct. 1600: *Br. Mus. Add. Mss. 9859* 117ss.). De Domibus in civitate Nagasaki vid. proprium Capitulum = pp. 709-747.

[16] Jam in scripto Visitatoris P. Alexandri Valignano *Regimento pera os Padres que estão nas Residências de Japão, feito ùltimamente polo P.e Visitador no mes de Novembre do anno de 1581* publicatio Decreti (de matrimonii forma) Concilii Tridentini in aliquibus locis Japoniae supponitur: « ... e aonde o Concílio está pubricado, e usão casamentos, escreverão também os nomes e o dia dos que se casão, pera que se saiba »: *J. 49* 247v. — L. Fróis in epistola ad Generalem, Katsusa, 29. Novembris 1584, autogr., *J. 9 II* 312v Decretum illud *tunc* in regione Nagasakiensi publicatum esse asserit. — Etiam in aliis regionibus et feudis omnino catholicis, ut in Ōmurensi, Arimano, in insulis Amacusanis Concilii Tridentini decretum publicatum est. De Dispensatione, tempore persecutionis (1612): *El « Archivo del Japón »* p. 163 (= Madrid, Ac. d. l. Hist., *Jes. Leg. 21* ff. 76-77v).

Cf. J. López Gay S. J. *La Liturgia en la Misión del Japón del siglo XVI*, Roma 1970, pp. 149-154.

[17] De numero Christianorum in Japonia, saeculis XVI et XVII: vid. opus nostrum *Introductio* P. II, Sect. 1, Cap. 2, pp. 408-434: ibi praesertim pp. 432-433.

[18] De numero sociorum in Collegio Macaensi: vid. Schema V. in eodem opere *Introductio* P. II, Sect. 1, Cap. 1, pp. 383-386.

[19] Cf. infra, *Doc. 91*: in quo P. Petrus Márquez jun. pro anno 1646 numerum Christianorum in Cochinchina ita definit: « O número dos Christãos será 30 athé 40 mil ». — Cf. Litteras Annuas Cochinchinae in voll. *J. 71-73*.

[20] Cf. infra *Doc. 91*: ubi auctor numerum Christianorum Tunkinensium 180 000 indicat. — Vide opus nostrum *Introductio* pp. 404-407, Schema VIII,

cim millia[21]; inter quos numerantur multi regni proceres, duces, consanguinei Regis, et soror ipsius Regis: verum est nullum esse regnum in toto Oriente sub potestate regis infidelis, in quo plures numerentur Christiani; sed numerus sociorum posillus est ad instruendam tantam multitudinem, sacramentaque administranda: nam unus socius habet /275/ quindecim millia, alius viginti millia Christianorum, praeter eos, qui singulis annis Christo generantur. Unde tres socii prae nimio labore vitam finierunt[22].

In insula Hainam[23] numerabantur anno 1637 sexcenti Christiani; subsecuta gravis persecutio, in pace jam sunt omnia. In Regno Camboya[24] vivunt legibus christianis sub rege infideli aliqui Jappones, fugientes in patria saevitiem persecutionis; annis praeteritis fuerunt ibi quatuor socii, sed omnes in Japponiam navigarunt; missi denuo fuerunt duo. In Regno Siamensi[25] fuit persecutio, et pro Christo mortuus est P. Julius Caesar Margico, Aquilensis, ex Provincia Neapolitana[26]; ibi etiam vivunt quadri[n]genti Jappones ritu christiano[27]. In hoc regno fui[28] a principio anni *1626*

---

70 fugientes] *add. sup. lin.* || 75 fui a] *seq.* P *del.*

---

ubi simul cum numero sociorum etiam neophytarum numerus pro singulis annis (1626-1654), aliquando etiam summa Christianorum tunc existentium, invenitur.

[21] *Introductio*, pp. 404-407. Numerus annuus neophytarum nonnisi ab anno 1639 numerum 10 000 superabat.

[22] Tres socii: cum auctor non indicet, quo temporis spatio tres illi socii mortui sint, forsitan totum tempus ab initio Missionis Tunkinicae (1627) intelligitur: sane nocte inter 23./24. Maji 1634 P. Bernardinus Regio ibi obiit; die 26. Septembris 1639 P. Joseph Mauro e vivis cessit; die 6. Junii 1644 P. Thomas Rodríguez morbo absumptus est; de cujus morte num auctor certior factus sit annon, in dubio versatur. An potius de P. Johanne Baptista Bonelli hic sermo est, qui die 4. Novembris 1638 e regno Tunkinico ad regnum Laos profectus, in itinere jam finibus regni Laos appropinquans e vita defecit (*J. 88* 8v). Vid. de istis opus *Introductio*, pp. 404-407 (Schema VIII.). Cf. vol. *Biographiae* (in praepar.).

[23] De insula Hainan vid. supra, Adnot. 10.

[24] De Japonensibus in regno Kamboja viventibus vid. Iwao Seiichi, *Nanyō Nihon-machi no kenkyū* (De Japonensium oppidis in Asia Meridionali investigatio), Tōkyō 1966, Cap. 4. *Kamboja Nihon-machi no seisui.* pp. 85-126: ubi variis in locis de Christianis e Japonia propter persecutionem profectis. — De Missione Cambojana vid. supra Adnot. 7.

[25] De initiis Missionis in Siam vid. supra, Adnot. 8.

[26] « Relação da morte do P.e Júlio Caesar Márgico da Companhia de Jesus », Madrid, Ac. d. l. Hist., *Jes. Leg. 21* 344v-346: vid. opus nostrum *El « Archivo del Japón »*, p. 177.

[27] De Japonensibus in regno Siam viventibus vid opus ab Iwao Seichi conscriptum (supra, Adnot. 24), Cap. 5. *Siam Nihonmachi no seisui*, pp. 127-211; vid. praesertim pp. 195-199.

[28] De P. Antonio Francisco Cardim vid. supra, prologum ad praesens Doc. Praeterea *Introductio* pp. 442-444, 888. — *Biographiae* (in praepar.).

usque ad annum *1629*. In Cocincina fui anno 1630. In Tunkinensi Regno anno sequenti, qu[a]erens viam ad Regnum Laorum [29], in quo sunt modo duo socii.

Itaque Provincia Japponiae in civitate Macaensi tanquam in suo capite quiescit; senes gubernant, juvenes informantur, Lusitani adjuvantur, Sinae baptizantur, et tanquam ex arce prodeunt milites Evangelii. In Japponia patitur ita, ut per cruces, per gladios, per ignes, per aquas sulphureas et glaciales, per aliaque tormenta gloriosos de tyranno ducat triumphos. In aliis regnis copiosam multitudinem Christo parit; nec spes pacis et tranquilitatis in Japponia deperdita est; nam morte tyranni [30], qui semper est infirmus et sine herede, pax speratur; vel etiam proximior est, adhuc vivente tyranno, qua, Deo favente, vinea illa repullulabit, et Christianorum multitudo erit adeo copiosa, ut possimus annuere sociis omnium Provinciarum, ut nos adjuvent. Hoc enim, praeter alia humana remedia, quae de praesenti adhibita sunt, nobis promittunt Apostolica Sancti Xaverii intercessio et copiosa pro Christo sanguinis effusio, qui non vindictam, sed conversionem totius Japponiae ad caelum clamat.

★

[II. - *Pars Polemica*]

[1. Rationes « Sinensium »]

Hic /275v/ est status Provinciae, cujus *scintillam extinguere* [31] conantur Patres Sinenses, qui olim fuerunt subditi Provinciae Japponiae, et pars illius; postea vero separati a R. P. N. Claudio b. m., quando non pertingebant ad numerum vigesimum [32]. Et licet separati fuerint inconsulto Provinciali Japponiae, usque ad annum *1633* Provincia Japponiae, tributaria de mandato R. P. Mutii,

77 Regnum] *add. sup. lin.*

[29] De regno Laos vid. supra, Adnot. 11.

[30] Tokugawa Iyemitsu, tertius *Shōgun* e familia Tokugawa, anno 1651 mortuus est, 47 annorum. — Eum caruisse herede, verum non est. Sed cum filius major Iyetsuna nonnisi post profectionem P. Antonii Francisci Cardim ex Extremo Oriente (qui sub finem anni 1638 iter Europaeum arripuit) nempe anno 1639, natus sit, Cardim facilius decipi potuit. Videas genealogiam in vol. 2. *Seishi Kakei Daijiten*, Tōkyō 1938, pp. 3932-3933.

[31] Cf. 2 Reg. XIV 7.

[32] Numerum sociorum in Sinis usque ad erectionem Viceprovinciae Sinicae (1623) videas in Schemate VI. (P. II, Sect. 1, Cap. 1) operis nostri *Introductio*, pp. 389-398.

illis solvebat singulis annis mille xerafinos (habet unus xerafinus[33] tres partes unius scuti). Hodie vero non cessant, jam per litteras,

---

[33] Tres partes unius scuti: vix dubium quin tres *quartas* partes: unde 1 XERAFINUS = 3/4 SCUTI. — Vide infra, in eodem hoc Documento, f. 282: « habet unus Xerafinus duas partes unius Aurei »: hoc loco, ut patet, duae *tertiae* partes intelliguntur: unde 1 XERAFINUS = 2/3 AUREI. — Etiam in hoc Documento: « habet unus Taël unum Aureum cum dimidio »: 1 TAËL = 3/2 AUREI. — Unde, si 1 Xerafim habet 2/3 unius Aurei, unus Aureus habet 3/2 Xerafim; et si 1 Taël habet 3/2 Aureos, unus Aureus habet 2/3 Taël: unde sequitur: 3/2 Xerafim = 2/3 Taël: aliis verbis: *1 Xerafim* $= \frac{2}{3} \times \frac{2}{3}$ $\frac{4}{9}$ Taël; et viceversa *1 Taël* $= \frac{3}{2} \times \frac{3}{2}$ Xerafim $= \frac{9}{4}$ *Xerafim*.

Alia ex parte, ex supradictis patet: $\frac{3}{4}$ unius scuti $= \frac{2}{3}$ unius Aurei; seu unum Scutum $= \frac{2}{3} \times \frac{4}{3} = \frac{8}{9}$ unius Aurei; et vicissim UNUS AUREUS $= \frac{3}{4} \times \frac{3}{2} = \frac{9}{8}$ SCUTA.

Lectorem latere nequit argenti (Geld, money) aestimationem non locorum tantum, verum etiam temporum fortunaeque conditionibus determinari. Quapropter liceat exempla quaedam (quamvis pauca) hoc loco in medium afferre, quibus variae denariorum species tunc in Oriente adhibitae inter se comparantur.

1. Capitula quaedam ex epistolis P. Francisci Cabral 1571-1575 *e Japonia.* = *J. 7 I* 319-322v. Ex epistola 5a:
2 000 Taëis = 3 000 Ducados.

2. Al Valignano ad Gen., 27. Oct. 1580, Usuki = *J. 8 I* 296v:
1 Seraphim = 8 Reales.

3. Al. Valignano ad Gen., 20. Nov. / 6. Dec. 1587, Goa = *J. 10 II* 293/3v:
17 600 Pardaos = c. 15 000 Ducados.

4. Al Valignano ad Gen., 9. Nov. 1594, Macao = *J. 12* II 223:
1 500 Pardaos = 1 000 Ducados.

5. Al Valignano ad Gen., 8. Oct. 1603, Macao = *J. 14 I* 131-132v:
4 mil Pardaos, « que são tres mil Ducados ».

6. Al. Valignano ad Gen., 13. Nov. 1603, Macao = *J. 14 I* 142-143v:
10 000 Seraphim = c. 8 000 Ducados.

7. E Documento 39, superius posito, João Coelho, 12. Nov. 1609, Macao, hic recolimus:

15 670 Cruzados de Portugal, que são Taeis de prata da China 14 494 - 4 mazes - 5 condorins, os quais, feitos em Pardaos de realles, vem a fazer 19 744 - 4 mazes. ... 6 000 Cruzados da Camara que são Pardaos de reales a 773 como valem na China 6539 - 5 - 7. ...

8. Denique e libro « Registro de la recaudación de la renta pontificia para el Japón, que se paga en la Nunciatura madrileña », Madrid, R. Ac. d. l. Hist., *Cortes 565*, ff. 116-167v: vid. SCHÜTTE, Cortes, pp. 57-70:
* p. 59: *Mil libras saquesas de a diez Reales = diez mil Reales castellanos = 340 mil Maravedis* (1608).
* p. 60: *« Escudos de ouro em ouro, a 12 Reales e meio o Escudo ».*
* p. 64: *25 000 Reales de plata = 28 000 Reales de bellón* (1630). — Id. p. 68. Cf. *Doc. 95 D*, Adnot. 1 et 2, cum libris ibi indicatis.

jam per Procuratorem, qui fuit Romae anno 1642[34], deprecari et expostulare, ut sibi concedatur Collegium Macaënse, ut sua Viceprovincia Sinensis constituatur Provincia; ex qua petitione sequitur, conari ipsos destruere Provinciam Japponiae, nam amputato capite corruat necesse est totum corpus. Et licet illis impositum fuerit silentium, adhuc clamant, et clamabunt, nisi praeceptum obedientiae illis imponatur.

Rationes illorum tres potissimae sunt: 1ª, quia Collegium Macaënse situm est in Regno Sinarum, et ratione sitūs pertinet potius ad Sinas quam ad Jappones; 2ª, quia in Japponia non sunt Christiani, nec ecclesiae, nec Nostri possunt administrare sacramenta aut praedicare Evangelium, supposito rigore persecutionis: unde inutilis videtur, saltem pro nunc, Provincia Japponiae; 3ª, quia reliquae Missiones, in quibus laborant Patres huius Provinciae, pro nihilo habendae sunt in comparatione Regni Sinici: unde necesse est, ut Collegium Macaënse sit caput Sinarum, et fiat una Provincia Sinica, quod erit major Dei gloria.

★

[2. Responsa « Japonensium »]

Hae tamen *rationes nullius sunt momenti: 1ª*: quia, licet Collegium Macaënse situm sit in terris Sinarum, non sequitur, quod non possit esse caput Provinciae Japponiae, ut hactenus fuit, sicut non sequitur, quod domus et collegia, quae Provincia Anglicana habet in Germania Inferiori[35], ad Provinciam Anglicanam /276/ non pertineant. Accedit, quia Collegium Macaënse est factum in civitate Lusitanorum, quae gubernatur per moderatores Lusitanos, et per leges lusitanas, et est subjecta Regi Lusitaniae; et licet Provincia habeat nomen et titulum a Japponia, tanquam a parte magis nobili et gloriosa, a qua etiam Sanctus Franciscus Xaverius habet

[34] P. Alvarus Semedo circa finem anni 1637 e portu Macaensi profectus, in Europam venit; anno 1641 in Italia degisse videtur: nam die 31. Dec. 1640 etiam tum Matriti versatur; dum sub finem Januarii 1642 jam, redux ex Italia (via Livorno, Marseille), e civitate Bordeaux iter ad portum La Rochelle, indeque in Lusitaniam exspectat; initio Junii 1642 e civitate Lisboa scribit; anno 1644 (verno tempore) iterum iter Indicum arripit, ac mense Julio 1645 demum Macaum regreditur. Vid. ejus vitam in vol. nostro *Biographiae.* Num initio anni 1642 etiam tum Romae morabatur? Sane effigies ejus in « Relatione della Grande Monarchia della Cina », quae P. Semedo auctore anno 1643 Romae prodiit, hanc habet inscriptionem: « P. Aluaro Semedo Portughese, della Comp.ª di Giesu. Venuto a Roma Procuratore delle Prou.ᵉ del Giapone et della China, nell'an. 1642 ».

[35] Intellige: in Flandria (St. Omer, Douai: nunc in Republica Gallica).

nomen Apostoli, tamen Collegium Macaënse semper fuit caput Provinciae [36], quae plura regna praeter Japponiam comprehendit: quam possemus nominare Provinciam Macaënsem, nominamus tamen Provinciam Japponiae, a nomine magis noto et glorioso.

Ad 2am: Respondetur: 1°, in Japponia multos esse Christianos, et plures ecclesias, licet non publicas, ut erant tempore pacis, quia omnes domus Christianorum sunt ecclesiae, sicut tempore primitivae Ecclesiae. Hujus veritatis laudo testes omnes litteras scriptas a Patribus, qui erant in Japponia, quas vidi datas ad Episcopum Japponensem D. Didacum Valente, et alias ad Patres Visitatores, quae sunt in Archivio Provinciae [37]. Numerus vero Christianorum initio persecutionis pertingebat ad quingenta millia [38]; ab anno *1614*, quo persecutio effusa est in totam Japponiam, usque ad annum trigesimum, viginti quinque millia Agni vestigia sunt secuti, conjurati emori potius quam deficere [39]. Pauci sunt ministri in Japponia, quia anno **1643** solum numerabantur quatuordecim e nostra Societate [40] et nullus ex aliis Religiosis; hic tamen numerus suffitiens fuit intra Sinas, ut fieret una Viceprovincia separata a Japponia.

Respondetur secundo: non est deperdita spes recuperandi collegia et domus nostras in Japponia, immo magna spes, tum quia

---

134 multos *corr., forsitan ex* moltos

---

[36] Vid. supra, Adnot. 13.

[37] De Archivo Provinciae Japonicae, quod per duo fere saecula et medium in Collegio Macaensi sedem habebat, vid. opus nostrum *El « Archivo del Japón »*, ubi ejus genesim, transcriptionem, migrationem accurate descripsimus (pp. 15-152) ac documenta nunc in Bibliotheca R. Acad. Hist. Matriti existentia singula indicavimus. — Documenta nunc in Bibliotheca Nationali Matritensi conservata descripsimus in articulo « Documentos del 'Archivo del Japón' en la Biblioteca Nacional madrileña » (Sep. ex *Missionalia Hispanica* Año XXVII, nº 79 - 1970, pp. 59-88). — Tandem ea, quae in Archivo Historico Nationali Matritensi exstant, documenta a nobis in elenchum redacta proxime lectoribus nos speramus proponenda. Cf. brevem ejusdem Archivi Japonici historiam in opere nostro *Introductio*, pp. 795-806.

[38] *Introductio* pp. 428-433, praesertim 432-433.

[39] *Introductio*, pp. 416-418.

[40] Quatuordecim e nostra Societate: anno 1643 ex iis, qui a superioribus annis in Japonia versabantur, nonnisi unus (P. Mantius Konishi?) relictus erat; quinque autem socii, qui P. Antonio Rubino duce anno 1642 in Japoniam trajecerant, Martio 1643 pro Fide interfecti sunt; alii quinque socii, cum die 22. Junii 1643 in Japoniam (Hirado) advenirent, priores jam non vivos invenerunt; e secundo autem manipulo duo quidem in carcere mortui sunt: P. Alphonsus Arroyo et P. Franciscus Cassola; tres autem, libertate privati, diu in Japonia vixerunt: P. Petrus Márquez, P. Joseph Claro, Fr. Andreas Vieira. Vid. opus nostrum *Introductio* pp. 365 370-375. — Vivebat tunc etiam, infelicem quidem vitam, Christophorus Ferreira, et, ut videtur, P. Shikimi Martinus, incerta sorte, ut refertur.

Imperator Toxogun[41] regnans anno 1643 Nostros, qui eodem anno fuerant capti, vocavit in Curiam, et post examen Legis Christi Domini et praedicationis, liberos remisit Nangasachum, ubi non in carcere, sed in una domo expensis regiis aluntur, cum milite tamen /276^{v}/ ad custodiam, non sine magna admiratione et Japponum et exterorum[42], tum quia Jappones commercium Lusitanorum jamjam restituunt[43], tum quia Imperatorem dixisse fertur: si Lusitani habent peculiarem Regem, distinctum ab Hispano[44], quare non mittunt ad me Legatum. Existimo fuisse providentiam Dei, quod opportuno tempore fuissem Ulyssipone anno 1643, ut Regem inducerem ad mittendum Legatum in Japponiam: qui modo redux expectatur[45]. Quae omnia magnam nobis ingerunt spem desideratae pacis in Japponia. Non est ergo inutilis Provincia Japponiae, tum quia persecutio est causa martyrum, quos Japponia numerat ad mille sexcentos, tum *quia proprior est nostra salus*[46] et desiderata pax.

Respondetur 3°: dato et non concesso, quod nunquam restituerentur collegia et domus, quas Societas habet in Japponia, adhuc remanet Provincia integra cum suo capite, nempe cum Collegio Macäensi, et cum aliis collegiis in Regnis Tunkim, Cocincina, Camboja, Siam, et aliis Missionibus supra relatis.

Ad 3^{am}: Respondetur: solum Regnum Tunkim habere centum et quinquaginta millia Christianorum[47], Cocincina viginti millia[48], exceptis aliis Missionibus; et per singulos annos in Tunkinensi Regno Christo regenerantur per baptismum plusquam duodecim millia[49]. Cum vero tota Viceprovincia Sinica numerat tantum quinquaginta millia[50] Christianorum ad summum, non bene comparatur

169 nempe *corr. ex* m., *nunc* n *sup. lin.*

[41] Toxogun = Tokugawa Iyemitsu.

[42] De sorte sociorum illorum vid. opus nostrum *Introductio* pp. 372-375: ubi etiam librum a G. Voss S. J. et H. Cieslik S. J. conscriptum « Kirishito-ki und Sayo-Yoroku. Japanische Dokumente zur Missionsgeschichte des 17. Jahrhunderts » (Tōkyō 1940) saepius allegamus.

[43] Etiam haec assertio falsis rumoribus inniti videtur.

[44] João IV, a die 1. Decembris 1640.

[45] Relationes de Legatione illa, quae nonnisi die 26. Julii 1647 in Japoniam advenit ibique usque ad diem 4. Septembris 1647 remansit, exstant e. g. Matriti, in Bibliotheca R. Ac. Hist., *Jes. Leg. 21* 347-352^{v} et *Jes. Leg. 21 bis* 935-942^{v}: cf. opus nostrum *El « Archivo del Japón »* pp. 177-178 323. — *Introductio* pp. 274-275 (275 [30] = fontes).

[46] Cf. Rom. XIII 11.

[47] Cf. supra Adnot. 20.

[48] Cf. supra Adnot. 19.

[49] Cf. supra Adnot. 21.

[50] Quinquaginta millia Christianorum ad summum: P. Alvarus Semedo, *Imperio de la China* (vid. Adnot. 66), Madrid 1642, p. 354: « a lo menos

cum praedictis regnis, in quibus dilatata est Provincia Japponiae. Si vero comparatio fiat ratione sitūs et provinciarum Regni Sinici cum aliis regnis, non facit ad rem; neque erit major Dei gloria et nostrae Societatis bonum, destruere Provinicam Japponiae et excitare Sinicam, quam conservare Japponicam et relinquere Sinicam eo statu, in quo est: tum quia res inter Sinas sunt turbulentae morte /277/ regis, bellorum et seditionum, tum quia destructio Provinciae Japponiae erit magnum dedecus Societatis. Si enim inimici nostri vertunt nobis in oprobrium, quod e ditione Veneta expulsi[51] fuerimus, cum Societas obedierit praecepto Pontificis: quid erit, si Provincia Japponiae destruatur? Cedet in magnum dedecus (ut ita dicam) Sancti Xaverii, qui non a Regno Sinarum, sed à Japponia habet nomen Apostoli; cedet rursus in dedecus sanctorum Martyrum Japponiae, qui, numero 92[52], tormentis gloriosissimi, et primi à nostra Societate, quos Sancta Sedes Apostolica martyres declaravit, s. Paulus Michi et socii, Jappones sunt[53].

Si destruatur Provincia Japponiae, tollitur maxima pars gloriae Societatis, tollitur scopus tantorum juvenum, qui ingrediuntur Societatem hac unica spe, ut aliquando mittantur in Japponiam; auffertur spiritus Missionis, qui nostros scolasticos conservat in devotione et spiritu; cadet corona capitis nostri, quae est Provincia Japponiae, decus, ornamentum, corona et gloria Societatis: Quos libros scribent contra Societatem inimici nostri? Quas fingent fabulas? Quas causas assignabunt, quia talem destruximus Provinciam?

*

[3. CONATUS P. ALVARI SEMEDO]

P. Emmanuel Dias, Visitator Provinciae Japponiae et Viceprovinciae Sinicae[54], hoc maxime habebat in votis, ut Collegium Macäense tribueretur Patribus Sinensibus, ut fieret una Provincia Sinica; fuit enim intra Sinas ter, annis 18, non amabat Provinciam Japponiae, ut constat ex iis, quae contra ipsam fecit. Post-

avrá aora treinta mil Cristianos », scl. in Sinis. Semedo sub finem anni 1637 e portu Macaensi in Europam profectus esse videtur).

[51] Mense Majo 1606: Paulus V. civitatem interdicto ecclesiastico supposuerat, quia propria auctoritate immunitates et privilegia Ecclesiae abrogabat.

[52] Vide nomina et diem locumque martyrii in *Catalogo Martyrum* (vid. in Bibliographia, p. 34, operis nostri *Introductio*) ipsius P. Antonii Francisci CARDIM.

[53] Videas supra, Adnot. 2.

[54] P. Emmanuel Dias sen. a die 6. Aprilis 1635 usque ad diem 15. Octobris 1639 fuit Visitator Japoniae et Sinarum: vid. opus nostrum *Introductio*, pp. 258 262.

quam fuit declaratus Visitator, 1ª ipsius actio fuit, vocare unum Patrem ex Viceprovincia Sinensi et mittere illum ad Urbem, ut totis viribus procuraret res sinenses. Laudanda res, nisi foret in destructionem Provinciae Japponiae. Cecidit sors P. Alvaro Semedo [55], qui cum P. Visitatore nullum non movit lapidem, ut induceret Patres Provinciae Japponiae ad scribendum R. P. N. [Generali], ut traderet Collegium Macäense Viceprovinciae Sinicae, cujus rei 1am notitiam habui /277v/, postquam P. Semedo solvit Macao, tempore quo Provincia Japponiae nec Viceprovincialem habebat, sed solum gubernabatur per P. Visitatorem Emmanuelem Dias.

Existimavi ergo mei muneris esse (si quidem illius primarii Collegii adhuc Rector [56] eram) scribere ad R. P. N. Mutium b. m. et certum facere de statu Provinciae, de intentione Patrum Sinensium et sui Procuratoris. Responsum habui post quatuor annos, cum jam essem Goae, electus Provinciae ad Urbem Procurator. Responsum vero Patris Nostri tale erat: nunquam se facturum aliquid, licet minimi momenti, quod in nocumentum Provinciae Japponiae cedere posset, quia eam diligebat ut potè adeo benemeritam, non solum de tota Societate, sed de universali Ecclesia, propter gloriosos labores perpessos, fructus uberrimos collectos, et gloriosos martyres, quos et Societati et Ecclesiae peperit: ita ille. Verum, quia clarè constare potest intentio Patrum Sinensium, adjungam, quae suo postulato proponit et petit ultima Congregatio Japponica [57]. Verba sunt haec:

« Quia planum nobis exploratumque est, P. Alvarum Semedo à P. Visitatore Emmanuele Dias et Sinensi Viceprovinciali eo potissimum nomine ad Urbem destinatum, ut Macaënse Collegium, quod Japponiae Provinciae ac tot sanctorum Christi martyrum e nostra Societate seminarium merito dixeris, faeta semper, nunquam effaeta, fecunditate gloriorissima, Viceprovinciae Sinensi adjungeretur in posterum, nonnullosque e Patribus Japponiae Provinciae in hanc voluntatem sententiamque blandene an verius cal[l]ide adductos provocatosque cognovimus, visum omnibus est,

219 Rector] *corr. ex* Rectorem

[55] Secundum L. PFISTER, *Notices* nr. 41 (Chang-Hai 1932) p. 145 anno 1636 designatus, anno 1637 e portu Macaensi profectus est. Vid. supra, Adnot. 34. — Vid. opus nostrum *Biographiae* (in praepar.).

[56] P. Antonius Franciscus Cardim Collegii Macaensis Rector fuit a die 31. Augusti 1632 usque ad diem 23. Maji 1636: vid. opus nostrum *Introductio*, p. 441.

[57] 'Ultima Congregatio Japonica': ea quae in Collegio Macaensi diebus 9.-22. Septembris 1638 habita est: ejus Acta exstant in ARSI, *Congr. 66* 367-374v. Vid. opus *Introductio*, p. 904. - Cf. supra, *Doc. 87*.

quoniam de summa re agitur, de bonis omnibus fortunisque Japponiae Provinciae, summis infimisque precibus contendendum a Vostra Paternitate, pro ea qua Japponiam benevolentia prosequitur amantissima, ut rem omnem causasque, quas affert P. Semedo, inanes futilesque discutiat, et pro imperio coerceat inconsulta plane consilia /278/ conatusque improvide pervicaces Patrum Sinensium, et praecipue P. N. Visitatoris Emmanuelis Dias (cujus prim[a]e sunt partes in hac orchestra) et sane non uno nomine hac de re gravissimas loculentissimasque quaerimonias afferre possemus; tum quia responsis acquiescere noluerunt Patres Sinenses, quae P. Trigautio hac olim super re a Vestra Paternitate sapientissimè reddita sunt, ut ex Actis 1ae Congregationis Japponiae [58] liquido constat; tum quia clam penitus et per cuniculos rem tanti ponderis atque momenti nobis omnibus insciis atque imprudentibus exagitarunt; tum demum, quia P. Visitator Emmanuel Dias Provinciae Japponiae Procuratoris partes ac personam Patri Semedo demandavit. Parum hoc esset, nisi et ingentem e nostra pecunia summam (summa qua se in omnia immiscet potentiae vi) impertivit, nullo prorsus consilio adhibito evocatoque Patrum Japponiae Provinciae.

Quapropter a Vestra Paternitate etiam atque etiam pro nostra summa in Societatis bonum et animarum auxilium operosissima contentione, proque eximia in nos Paternitatis Vestrae perpetua ac maxima benevolentia, petimus atque obsecramus, ne Collegium hoc a Japponia destrahere velit, atque amovere; quid enim hoc esset, nisi per summam injuriam a suomet corpore caput abscindere, cor ipsum a praecordiis extrahere? His igitur, aliisque de causis expostulamus a Vestra Paternitate: 1°, ut ignorata causa Procuratorem Sinensem audiat edicatque; 2°, ut indictum sibi suaeque Viceprovinciae in posterum hac super re silentium intelligat, sanctissimoque atque ineluctabili P. V. decreto. » ita Congregatio.

★

Jam vero, quid diceret, scriberet, peteretque Congregatio, si sciret, quae et quanta contra ipsam Provinciam machinatus est P. Semedo. Cum enim detentus fuisset in itinere, datus est locus, ut meae litterae citius pervenirent ad Urbem: quam cum ingrederetur, agnito rerum statu, aliter rem disposuit ac tractavit, nihil

---

[58] Responsa data P. Trigault (seu Trigautio): intellige, ad Congr. illam, quae diebus 13.-25. Octobris 1614 in civitate Nagasaki habita est: vid. opus *Introductio* p. 204.

jam de Collegio Macaënsi, sed de bonis et fortunis totius Provinciae, transferendo ea in Sinicam. /278v/

Impetravit 1° a R. P. Nostro: ut per patentes illum denuo crearet institueretque Procuratorem Japponiae, vel quia morte [59] P. Emmanuelis Dias cessaverat tale munus, vel quia noverat, me electum fore ad Urbem a Congregatione Procuratorem [60].

Impetravit 2°: ut omnes expensae factae et faciendae in suis navigationibus et itineribus usque ad regressum in suam Viceprovinciam omnes omnino solverentur a Provincia Japponiae, jurene vel injuria, nihil dicam; certe non aliter fit cum Haebreis.

Impetravit tertio: ut Provincia Japponiae solveret denuo singulis quibusque annis mille xerafinos annuos, a quo onere liberata fuerat, et certe non erat Viceprovincia filia, quae dotari debebat, quando separata fuit; nec simile auditum fuit in tota Societate, ut, quando Viceprovincia a Provincia separatur, debeat ali et sustentari a Provincia, a qua separatur.

Haec et alia, de quibus fui admonitus a P. Emmanuele d'Azevedo [61], Visitatore moderno Provinciae Japponiae, demorante Goae, retuli ad R. P. N. bonae memoriae [62], qui de tanta re dimiratus, vocavit P. Substitutum, P. Vascum Martins; qui, interrogatus, quid in hac re praescriptum esset? respondit: nihil omnino; et tanquam de re maxime nova etiam dimiratur, quia nihil erat in registro: unde manifestum fuit, illas litteras seu concessiones factas subreptitias fuisse; quapropter jussit R. P. N., ut revocarentur, ut videre est in registro anno 1644. P. Semedo accepit Romae 400. scuta Provinciae Japponiae, quae non sunt soluta nisi post quatuor annos, cum magno damno Provinciae, quae Ulyssi-

---

[59] P. Emmanuel Dias sen. mortuus quidem est Macai nocte inter 28.-29. Novembris 1639 (*J. 18 I* 107), sed jam die 15. Octobris 1639 a PP. Professis Collegii Macaensis propter senilitatem munere Visitatoris privatus erat. (Vid. ejus vitam in opere nostro *Biographiae* (in praepar.). Cf. *Introductio,* 262.

[60] P. Antonius Franciscus Cardim die 11. Septembris 1638 Procurator Provinciae Japonicae Romam mittendus electus est: *Congr. 66* 367 (vid. supra Adnot. 57).

[61] P. Emmanuel de Azevedo, anno 1614 e Lusitania in Indiam profectus, in multis regionibus Indiae Orientalis (Macassar, Maluco, Malacca, Bale, Goa) magno cum zelo apostolatum exercuit; annis 1637-1641 Provincialis Provinciae Cochinensis fuit; Majo 1643 Litteras Patentes Praepositi Generalis Goae accepit, quibus Visitator Japoniae ac Sinarum constituebatur; sed impedito per Hollandenses itinere, diu in civitate Goa manere coactus est: unde etiam die 25. Decembris 1644 scribit. Postea Macaum venit, ibique die 26. Januarii 1650, munere Visitatoris fungens, obiit. Vide opus nostrum *Introductio* p. 881 (in Indice). — Vid. praesertim opus nostrum *Biographiae* (in praepar.).

[62] P. Mutius Vitelleschi, Praepositus Generalis (1615-1645).

pone solvit cambium ex octo millibus aureorum. Nihil hoc est respectu eorum, quae fecit Ulyssipone P. Semedo.

Fundaverat Sebastianus, Rex Lusitaniae[63], collegium Provinciae Japponiae unum, cujus redditus mille aurei solvebantur Goae[64] a ministris regiis. Quid ergo /279/ fecit P. Semedo, ut istos mille aureos auferret a Japponia, et transferret in suam Viceprovinciam Sinicam. Dixit Regi Joanni 4., quoniam de Japponia actum erat, converteret illos mille aureos ad Patres Sinenses: annuit Rex, et ampliavit gratiam ad tres mille xerafinos.

Impetravit 2° a Rege praedium Morol, quod est in India prope Collegium Tanaënse in Provincia Goana. Res ita se habet: Cum P. Semedo esset Goae anno 1638, fecit ut Procurator Japponiae ressidens Goae emeret pro Provincia Japponiae praedium Morol pretio 20 mille xerafinorum, quos accepit mutuos ab amicis. Prorex, certus de tali emptione, sequestravit praedium, dicens Procuratorem emisse absque facultate regia; quapropter deperditum erat praedium, quia erat emphiteuticum Regi. In hoc statu reliquit P. Semedo hoc negotium, quando solvit Goa, sine spe recuperandi praedium, et cum pecunia deperdita. Ecce tibi in adventu meo iterum tractata est lis contra ministros regios; superatis multis difficultatibus, tandem senatores regii sententiam pronuntiarunt in favorem Japponiae, judicatumque, bonam et validam fuisse emptionem praedii ex facultate concessa Japponiae Provinciae a Sebastiano Rege, ut ex bonis regalibus seu emphiteuticis Regi emeret ad redditos annuos mille quingentos aureos, quae concessio habuerat jam ex parte effectum in aliis praediis emptis, et hac ultima emptione complebatur facultas seu concessio regia. Hac sententia in favorem Provinciae obtenta, feci, ut Procurator acciperet possessionem, quod factum anno 1640 fuit.

Jamvero, P. Semedo, ut cognovit praedium esse in secura possessione, impetravit a Rege praedium Morol, quod Provincia coemerat, eodem titulo de destructione /279v/ Japponiae. Rex vero jam est certus de fraude P. Semedo, et per quos cuniculos facultatem extorserit. Faxit Deus, ne auferat, quae Sinensi Viceprovinciae donavit.

Tentavit insuper P. Semedo auferre a Japponia villam Carcavellos[65], quae distat ab Ulyssipone per tres leucas, estque funda-

319 emisse] *corr. ex* empsisse

[63] Documentum emanatum Ulyssipone, die 26. Febr. 1574, in pergam., cum variis notis officiorum competentium Regis, olim in Arch. Macaensi, nunc Matriti, in Bibliotheca R. Acad. Hist., *Jes. Leg. 21*, ff. 959-960v. — Cf. opus nostrum *El « Archivo del Japón »* 266.

[64] Non Goae, sed Malaccae.

[65] *Instrumentum* donationis illius habes inter documenta olim Archivi

tio unius collegii Japponiae; ad hunc effectum petiit P. Semedo consilia a jurisperitis secularibus, et a nostris Patribus Academiae Eborensis et aliis. Laudo testem P. Sebastianum d'Abreu, revisorem pro Lusitania, qui est in Collegio Romano. Multi scandalizati sunt; quas insuper diligentias hac in re fecerit, mihi sunt ignotae.

Itaque P. Semedo, si non potuit auferre a Provincia Collegium Macaënse, quia pendebat a R. P. N., abstulit quidem bona, fundationem scilicet regiam, et praedium Morol, quae fructant per singulos annos duo millia aureorum. Et licet aliqui dicant, hoc non esse auferre bona a Societate, quia in eādem remanent, licet in alia Provincia, certum est esse in evidentem destructionem Japponiae. Si enim R. P. N. converteret bona stabilia Collegii Romani in Missionem Sinicam, licet remanerent in eadem Societate, cederet tamen in destructionem collegii.

Haec de fortunis, jam de fama.

★

Publicavit 1° P. Semedo Patres Japponiae esse *otiosos*. Convictus fuit à P. Bernardino de Sampayo, nunc Collegii Eborensis Rectore; dicebat P. Bernardinus: Quomodo otiosi, si illi, qui erant in Japponia, omnes fere mortui sunt propter Christum, nimirum octoginta et octo /nunc vero 92/. Patres vero, qui sunt in Regno Tunkinensi, ut legimus in Annuis Litteris, ita laborant, ut numerus Christianorum ascendat /280/ per singulos annos ad duodecim millia, et in Regno Cocincin[a]e ad duo millia; et in tota Viceprovincia Sinensi non ascendit numerus ad quatuor millia in uno anno, cum sint triginta socii! Posset addere, quare P. Semedo in suo libro[66], in quo ipsius imago vera in aere excisa fuit,

---

Macaensis, nunc Matriti, in Bibliotheca R. Acad. Hist., *Jes. Leg. 21*, ff. 474-477v: exemplum, cum nota autographa Procuratoris Lusitani in Aula Regis Catholici, P. Antonii Colaço. Cf. opus nostrum *El « Archivo del Japón »*, p. 189. Docc. varia de ista fundatione *P. Didaci (Diogo) Brandão S. J.* habes inter mss. olim Procuratoris Lusitani in Aula Regia Hispanica, nunc in Bibliotheca R. Acad. Hist., Matriti, *Cortes 566*, ff. 500-549v. — Vid. SCHÜTTE, *Cortes*, pp. 130-134.

[66] Nos prae manibus habemus editionem hispanicam, hujus tituli: IMPERIO / DE LA CHINA / CVLTVRA EVAN-/Gelica en èl, por los Religiosos de la Com-/pañia de IESVS. / Compuesto por el Padre Alvaro Semmedo, Pro-/curador General de la propia Compañia / de la China, embiado desde allà / a Roma el Año de 1640. / Publicado por Manuel de Faria i Sousa / Cavallero de la Orden de Christo, / i de la Casa Real. / Ofrecido a D. Marcelino de Faria i Guzman, / del Consejo de su Magestad, i su Alcalde de Corte / de la Real Audiencia de Sevilla, i Visitador / general de las minas de España. / SEGUNDA IMPRESSION. / Impresso por Iuan Sanchez en Madrid. / Año de 1642. / A costa de Pedro Coello Mercader de libros. /

vocat *suos* Christanos Tunkinenses et Cocincinenses, cum non pertineant ad suam Viceprovinciam: certe quia paucitas Christianorum Sinensium spatio septuaginta annorum, quo Patres laborant in illa Missione, erat adeo exigua, ut necess[ari]um fuerit alios sive alienos vocare in adjutorium, ut copiosam messem ostenderet.

Publicavit 2º P. Semedo Provinciam Japponiae esse *divitem.* Videamus, quas habeat possessiones et redditus.

1. Madriti habet ex Camera Apostolica, quae per multos annos non solvuntur, neque modo, quatuor millia scutorum . . . . 4000 —
2. Ulyssipone ex praedio Ca[r]cavellos (quod est sub lite cum Marchione de Cascaës) et ex domibus locandis, et ex alia nova hereditate, quae etiam sub lite est, ad sumum duo millia . . . . 2000 —
3. Goae ex fundatione Regis Sebastiani, quae modo non solvitur, mille . . . . 1000 —
4. Bombaim ex fundatione unius collegii DD. Hieronymi de Meneses mille . . . . 1000 —
5. Ex praedio Morol, quod etiam abstulit a Provincia et convertit in Sinam P. Semedo, mille . . . . 1000 —
6. Ex aliis praediis emptis cum eadem facultate Sebastiani Regis . . . . 500 —
7. Macai ex domibus locandis ad sum[m]um mille . 1000 —
8. Neapoli ex P. Antonio Sicala, quae non solvuntur, septingenta . . . . 700 —

In hujus editionis Parte III., p. 354 auctor ita loquitur:

« Ello es clarissimo, que a lo menos avrà aora treinta mil Christianos en estas Residencias i sus Visitas o Missiones. I que en mucho de lo confinante con la propia China, tenemos ya grandissimo pie: como en Tumquim, Cochinchina, Camboja, Laos, i otros Reynos; aunque sin Residencias, o distincion de Casas, sino que en comun se acude a donde llaman los rebates; y assi a la ligera se cogen gruesissimos despojos. Allà en Tunquim los ay en cada un año grandes: assi en estotras dos Campañas. De manera que en estas tres se ganan cada año de diez hasta quinze mil Almas: i avrà oy en todas, mas de cien mil. Patente, pues, queda la grandeza desta Possession ».

In hujus editionis exemplari, quod in manibus tenemus, vera effigies P. Alvari Semedo deest. Quae exstat in exemplari editionis italianae, quae nobis similiter praejacet:

RELATIONE / DELLA GRANDE / MONARCHIA / DELLA CINA / DEL / P. ALVARO / SEMEDO PORTVGHESE / DELLA COMPAGNIA / DI GIESV' / CON PRIVILEGIO. / ROMAE / Sumptibus Hermanni Scheus / M. D. CXXXXIII. / Sub signo Reginae. /

Sed in isto exemplari Pars III. desideratur.

9. Romae nonaginta		90 —
	[*Summa*]	/280ᵛ
	Romae	90 —
	Ulyssipone	2000 —
	Bombaim	1000 —
	Macai	1000 —
	Alia praedia in India .	500 —
Deficiunt, quae sunt notata ⋆	⋆ Madriti	4000 —
	⋆ Goae	1000 —
	⋆ Morol	1000 —
	⋆ Neapoli	700 —

Tota summa quatuor millia quingenta nonaginta scuta . . . . 4500 - 90
[= 4590 -]

Jam vero, si omnia solverentur, et ex Europa secure pervenirent ad Provinciam, haberet tota Provincia cum fundatione trium collegiorum et eleemosyna Pontificis et ex aliis bonis undecim millia ducenta et nonaginta scuta

Constat ergo evidenter, quas divitias habeat Provincia Japponiae. Unde necess[ari]um fuit, ut Provincia haberet comertium[67], ut posset sustentare socios, qui per varia regna sunt dispersi: quam facultatem concessere Pontifices, Patres Generales et Reges. Cum vero comertium inter Lusitanos et Jappones deperditum sit causa Fidei, et comertium inter Lusitanos Macaënses et Hispanos Manilenses sit etiam deperditum propter divisionem Coronarum inter Regem Lusitanum Joannem 4. et Philippum, Regem Catholicum, Provincia gravata est aere alieno ad quadraginta millia aureorum, cum jam consumeret omne argentum, quod habebat in Ecclesia Macaënsi; nec habet, unde reddat et satisfaciat /281/ creditoribus.

Si atendamus expensas Provinciae, certum est excedere reditus: 1°, quia Collegium Macaënse non habet fundatorem, sustentatur ex redditibus Provinciae et eleemosynis Lusitanorum, quae

404 4500 - 90] *ita in ms., sed manifeste per errorem: quem seq. lin. corrigimus:* 4590 -

[67] De hujusmodi commercio, seu potius, de participatione Jesuitarum in commercio civitatis Macaensis, plura habes in opere nostro *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan I* 234-235 457 462; *II* 318 455-460 (cf. *II* 567, in Indice). — Expositio quaedam historica de fundamento juridico istius commercii, circa finem anni 1662 (vel paulo tardius) e documentis authenticis composita, exstat in ARSI, *Gesù 721 II*: quae omnino 30 puncta comprehendit (tria exemplaria).

omnia deficiunt. Quando fui Rector Collegii [68], expendebat per singulos annos septem millia aureorum; 2°, Missio Tunkinensis expendit duo millia ad minimum; 3°, aliae Missiones: Cocincina, Camboja, Hainam, Laos duo alia millia; hae sunt expensae ordinariae.

Expensae ordinariae	Macaum	7000 —
	Tunkim	2000 —
	Aliae Missiones	2000 —
	Undecim millia	11000 —

Non loquor de expensis extraordinariis, quae fiunt semel, vel non singulis quibusque annis. P. Joannes Baptista Bonellus [69], qui tentavit Missionem Laorum, et mortuus est in itinere, fecit expensas tria millia aureorum. Postea vero P. Joannes Maria Leria [70], qui intravit in Regnum Laorum, fecit expensas mille aureorum anno *1642*. Rursus P. Antonius Rubinus, Visitator, cum sociis in ingressu Japponiae [71] fecit expensas quatuor millia aureorum anno 1642. Anno sequenti *1643* in simili missione ad Jappones [72] P. Pro-

427 expensae] *corr. ex* expenses

[68] P. Antonius Franciscus Cardim a die 31. Augusti 1632 usque ad diem 23. Maji 1636 Rector Collegii Macaensis fuit, ut jam supra, Adnot. 56, notavimus.

[69] P. Johannes Baptista Bonelli, e civitate Lodi, circa medium annum 1585 natus, anno 1604 Societatem ingressus atque anno 1615 ex Europa in Indiam profectus, saltem ab anno 1620 Macai residet: ubi per multos annos variis muneribus occupatus recensetur. Die 12. Decembris 1637 e portu Macaensi ad regnum Tunking iter arripuit; credebat enim se esse Japoniae Provincialem, ob mortem praesumptam P. Johannis Baptistae Porro. E Tunkino ad Laos expeditionem aggressus, non longe ab eorum finibus die 4. Novembris 1638 morbo abreptus est. — Vid. ejus vitam in opere nostro *Biographiae* (in praepar.), ubi fontes indicamus.

[70] De Missione apud Laos vid. supra, Adnot. 11 — P. Johannes Maria Leria, ex Italia superiori, mense Augusto 1616 Ordinem ingressus, anno 1635 in Asiam profectus est; anno 1636 jam Macai invenitur. Per multos annos in variis Asiae regionibus, praesertim in variis regnis Indochinae, Apostolatum exercuit. (Aprili 1642 primum ad Laos se contulit.). A die 26. Augusti 1661 usque ad diem 26. Augusti 1664 munere Provincialis Japonicae Provinciae functus (*Ajuda, 49-IV-66,* fol. 50v), die 21. Augusti 1665 Macai mortuus est. — Necrologium P. Johannis Mariae Leria in Annuis Litteris Provinciae Japonicae, Macai, die 1. Januarii 1666, a Mathia de Maya signatis, continetur (Orig.?, *J. 64* 402-455v. — Orig., Jes. Leg. 22, ff. 130-172v, Matriti, in Bibliotheca R. Acad. Hist.). — Vitam ejus vid. in opere nostro *Biographiae* (in praepar.).

[71] De P. Antonio Rubino, de ejus itinere (ac sociorum) in Japoniam, de eorum martyrio: vid. *Introductio,* pp. 999-1000 (in Indice); de nuntiis martyrii Macaum allatis praesertim (ibid.) pp. 370-372.

[72] De P. Petro Márquez, de ejus navigatione (ac sociorum) ad insulam Hirado, de eorum ulteriori sorte: vid. *Introductio,* p. 959 (in Indice); de

vincialis Petrus Marques alia quatuor millia. P. Gaspar Luís, Viceprovincialis, in visitatione Regni Tunkinensis [73] fecit expensas quingentos aureos.

In missionibnus, quae fiunt ab Europa in Indiam, majores sunt expensae: unius e Nostris a Roma ad Ulyssiponem usque centum aureos sive scuta. Ab Ulyssipone ad Goam non sufficiunt ducenti aurei. A Goa usque Macaum /281v/ centum aurei. Majores sunt expensae iis, quas refero, quia Ulyssipone fiunt magnae expensae. Et propter has expensas Japponia gravata est aere alieno Ulyssipone octo millia aureorum, ex quibus solvit cambium.

Quando Madriti solvebantur 4 millia ex Camera Apostolica pro Japponia [74], Procurator Indiarum, qui residet Ulyssipone, faciebat expensas aliarum Provinciarum cum ista pecunia Japponiae, quae per multos annos non solvebatur. Et licet impositum fuerit praeceptum a Patribus Generalibus, ne pecunia Japponiae accommodaretur aliis Provinciis, non fuit observatum. Modo vero, quia non sunt pecuniae, dedit Procurator, qui residet Ulyssipone, hypothecae praedia et bona Japponiae pro pecuniis aliarum Provinciarum. Propter istas et alias rationes alibi proponendas petiit Provincia, ut concederetur illi peculiaris Procurator Ulyssipone: quod obtinuit a R. P. Mutio b. m. [75], sed nondum datum fuit executioni.

---

eorum captura ac de eventibus subsequentibus praesertim (ibid.) pp. 372-375. Cf. supra, Adnot. 42.

[73] P. Gaspar Luís, ex oppido Portel, Archidiocesis Eborensis, die 16. Maji 1602 Eborae Societatem ingressus, anno 1618 e patria in Indiam profectus est. A Novembri 1624 usque ad annum 1638 in Cochinchina pro Fide magno cum zelo operatus, initio anni 1638 Rector Macaensis et Viceprovincialis Japonicae Provinciae nominatus est; quare Macaum se contulit. Anno 1641 Missionem Tunkinicam visitavit, unde die 21. Junii (1641) Macaum regressus est: de quo itinere in Documento nostro mentio fit. Ineunte anno 1642 inter ipsum, qui munere Commissarii Sancti Officii fungebatur, et P. Fr. Bento de Christo O. F. M., Gubernatorem Episcopatus Macaensis, controversia oriebatur; qua de causa die 2. Februarii 1642 e civitate Macaensi Goam profectus est. De illa controversia: Matriti, Bibl. R. Acad. d. l. Hist., *Jes. Leg 21*, ff. 982-1020v: vid. opus nostrum *El «Archivo del Japón»* pp. 273-274). Ad eum in India commorantem e Collegio Macaensi litterae missae sunt, quibus constabat eum ad munus Visitatoris Japoniae et Sinarum designatum esse; quae effectum sortitae non sunt, nam litteris Romanis in officium illud P. Emmanuel de Azevedo successit. P. Gaspar Luís incerto tempore in India mortuus est. — Vid. opus nostrum *Biographiae.* — Cf. de ejus muneribus Rectoris, Viceprovincialis, (Visitatoris): *Ajuda 49-IV-66* ff. 47 49v (57v) — FRANCO, IMAGEM, Noviciado de Évora, p. 867.

[74] Cf. opus nostrum *Die Wirksamkeit der Päpste für Japan* pp. 31-32 74 (nr. 13) 76 (nr. 90) 77 78-79 84. — Solutio annua, in Nuntiatura Matritensi, pro annis 1603-1640: Matriti, Bibl. R. Acad. Hist., *Cortes 565* ff. 116-167v; cf. SCHÜTTE, *Cortes* pp. 57-70.

[75] P. Mutius Vitelleschi, 6. Praepositus Generalis S. J., 1615-1645.

Hae sunt divitiae Provinciae Japponiae; hanc Provinciam vocat divitem P. Semedo, insuper et P. Franciscus Barretus, Procurator Malabaricae, cum redditus non ascendant ad duodecim millia aureorum. Non possum tamen negare, Provinciam Japponiae esse divitem, et multas alias excedere, non auro et argento, sed martyrum sanguine: hae, inquam, sunt verae divitiae et veri thesauri, *ubi nec erugo, nec tinea* etc.[76]

★

Quia vero P. Semedo nescit fortasse, quos habeat redditus sua Viceprovincia Sinica, dicam breviter. Habet Macai ex domibus locandis quinque millia aureos annuos. Habet in manu sui Procuratoris Macai octo millia aureorum, quibus negotiatur. Habet intra Sinas quingentos /282/ aureos ex domibus locandis. Habet Goa unam navigationem faciendam semel, tempore designato, ad Moçambicum. Habet Ulyssipone quingentos aureos annuos, et modo a Rege Joanne 4. unam fundationem pro uno collegio intra Sinas. Ab eodem Rege Goae pro singulis sociis, qui fuerint intra Sinas, centum xerafinos annuos [habet unus xerafinus duas partes unius aurei], quae est sustentatio amplissima. Habet eleemosynam Serenissimi Ducis Bavariae[77], quae jam ascendit ad magnam summam, et est in promptu ut solvatur, sicut mihi retulit P. Provincialis Germaniae. Habent a Christianis multas eleemosynas, solus P. Semedo habebat in manu propria, quando fuit missus in Europam Procurator, septingentos taeis [habet unus taël unum aureum cum dimidio]. Rex Sinensis demortuus dedit Patribus, qui erant Pekim, tria millia aureorum.

Redditus Provinciae Sinicae,	Macai	5000 —
	Macai, ex negotiatione .	800 —
	Intra Sinas	500 —
	Ulyssipone	500 —
cum socii intra Sinas sint tantum triginta	Goae, si fuerint 30 socii haben[t] tria millia xerafinorum, quae est	

489 *Numerus* 800 *corr., forsitan ex* 1000 ‖ 493 tria] *corr.*

[76] *Mt. VI* 20.

[77] In vol. ms. *Jes. 588 Bibl. Statūs, Monachii* (München, Bayern) exstat documentum donationis (authenticum, ut videtur), quod datum est « Monachii. Die XVI. Augusti, anno a partu Virginis millesimo sexcentesimo decimo sexto »: Jes. 588, f. 1; exemplum non authenticatum, ib., f. 2. Plurima documenta de solutione annua sequuntur (praeter quaedam alia documenta): ff. 7-42v. Conspectum summarum quotannis solutarum (vel. non solutarum) habes ff. 28-29v: 1626-1655; ff. 42-42v: 1659-1687.

amplissima sustentatio. Xerafins . . . . 3000 —
Fundatio a Rege Joanne IIII . . . . . . 1000 —
Eleemosynae Serenissimi Bavariae . . . . .
Redditus certi: sex millia aureorum, et octingenta . . 6800 —
Et tria millia xerafinorum . . . . 3000 —

Omnia . . . 8500 - /282v
[8800?]

Itaque Viceprovincia Sinica ditior est, proportione habita, Provincia Japponia[e], ut constat ex dictis. Nihilominus P. Semedo Japponiam vult destruere, auferendo illi, quae sunt propria. Dicam, quod accidit cuidam Rectori Collegii Macaënsis. Fundaverat Dominicus Pereyra Lusitanus unam residentiam, post mortem uxoris deventuram Patribus Sinensibus. Uxor Domina Isabela de Macedo volebat donare Collegio Macaënsi partem suam, quam non acceptavi, immo, induxi, ut faceret aliam ressidentiam Patribus Sinensibus. Laudo testem D. Angelum de Serra, parochum ecclesiae Sancti Antonii in ipsa civitate Macaënsi. Hoc tantum protuli exemplum, ut ostenderem, qua caritate Patres Japponiae prosecuti sumus Patres Sinenses, relinquendo, immo, donando propria; e contra vero P. Semedo auferendo propria Japponiae, ut illam destruat.

★

[III. - *Pars Conclusiva: Remedia*]

Hoc ultimo loco ponam vel assignabo aliqua media, quibus nobilissima et gloriosissima Provincia Japponiae potest sublevari. 1um remedium, ut Provinciae aliae Indiarum solvant, quas pecunias acceperunt mutuas a Japponia; nam cum aliae Provinciae non habeant redditus in Lusitania, Procurator Indiarum, qui residet Ulyssipone, expendit pecunias Japponiae in missionibus et negotiis aliarum Provinciarum, quae non solvuntur nisi post aliquos annos, cum damno emergente et lucro cessante Japponiae. Unum tantum apponam exemplum.

Anno *1642* accepit P. Procurator Generalis ex pecuniis Japponiae omnia, quae debebant Provinciae Indiarum pro expensis ordinariis Procuratori Generali: pro Provincia Goana scuta 237; pro Viceprovincia Sinica *41*. Insuper data sunt P. Semedo scuta

520 *Post* 1um *seq.* red *del.*

400. Quae omnia non sunt soluta nisi hoc anno 646, et non omnia, quia P. Franciscus Barretus neque schedulam voluit dare, ut Ulyssipone solverentur, quae /283/ pro sua Provincia data fuerunt. Loquutus sum multoties cum P. Procuratore Generali, et nihil obtinere potui, nisi a P. Procuratore Goano schedulam, ut Ulyssipone solvantur dicta scuta. Cum per hos annos accipiat Procurator Japponiae Ulyssipone pecunias cum cambio, et magis ac magis gravetur aere alieno Provincia Japponiae!

2um remedium, ut renovetur praeceptum obedientiae, impositum a R. P. Claudio, et bis confirmatum a R. P. Mutio, ne Procuratores Japponiae dent mutuas pecunias aliis Provinciis; sed quia non punit, ideo non servatur praeceptum.

3um remedium efficacissimum erit, ut Ulyssipone sit Procurator Japponiae, distinctus a Procuratore Goano, et Malabarico; quod jam concessum fuit a R. P. Mutio, sed non datum executioni, quia dubitabatur de persona; rationes in alia carta ponuntur.

4um remedium, quaerantur fundationes residentiarum pro missionibus, scutorum tria millia pro unaquaque residentia, quibus sublevabitur Provincia; unam, quam prae manibus habebam a Fratre Ignatio Marino, abstulit P. Barettus, removendo dictum Ignatium Marinum a Japponia, et deducendo illum, vel transferendo vocationem ad Malabaricam Provinciam.

5um remedium, ut omni diligentia solicitetur eleemosyna Pontificia scutorum quatuor millia, quae solvebantur Madriti ex Camera Apostolica, quae fortasse obtineri poterit, si liber *Elogiorum Martyrum Japponiae*[78], qui modo sub praelo est, offeratur Pontifici.

6um remedium, ne Provincia solvat expensas communes Procuratori Generali, et in hac re sit exempta, eo modo, quo Malabarica Provincia fuit exempta a R. P. Mutio, donec veniret ad meliorem fortunam, quam Malabarica habet in promptu ex concessione vil-

---

531 et non omnia] non *add. sup. lin.* || 550 Barettus] *hoc nomen scriptum post rasuram, sed 1a lectio ignoratur* || 559 hac] *add. sup. lin.*

---

[78] Liber Elogiorum Martyrum Japponiae, qui modo sub praelo est: nempe FASCICVLVS/ E IAPPONICIS FLORIBVS, /SVO ADHVC MADENTIBVS SANGVINE, / COMPOSITVS/ A P. ANTONIO FRANCISCO CARDIM/ è Societate IESV/ Prouinciae Iapponiae ad Urbem/Procuratore./QVI LEGITIS FLORES,/ HOS LEGITE,/ SIC QVONIAM POSITI SVAVES/MISCENTVR ODORES./ ROMAE, Typis Heredum Corbelletti. 1646/(lin. transversa)/SVPERIORVM PERMISSV./

Hic liber anno 1646 Romae lingua latina, anno 1650 Ulyssipone lingua lusitana, prodiit. Textus primitus Macai conscriptus est; cujus formam lusitanam habes in Bibl. R. Acad. Hist., Matriti, *Jes. Tomos,* Tomo 119, ff. 56-65v. — Cf. etiam textum ms. in J. 29 I. — Vid. opus nostrum *Introductio,* pp. 271-273; 442-444.

larum in Ceilano, facta a Rege Joanne IIII; una /283v/ ex illis villis habet novem leucas [vocatur Armugam], et praecipue ex villa Assolona, quae erat a Provincia Goana, ex quibus redditibus (sexdecim millia xerafinorum) Provincia Malabarica erat opulentissima. Jam vero Japponia semper laborat paupertate, quia in Regno Siamensi, Camboja, Cocinchina, Tunkim, Laos, nec panem manducamus, nisi orizam, neque vinum, nisi ex oriza. Quis enim credet, quod tota Provincia Japponiae non habet redditus [quando solvuntur] qui ascendant ad duodecim millia aureorum. Et tamen Patres Japponiae non clamant sicut Patres Malabarici et Sinenses, quia in paupertate vivimus et in illa educamur.

7um remedium, ut R. P. Noster eleemosynam, quam pro arbitrio habet Neapoli distribuendam Provinciis Orientalibus, illam applicet Japponiae, donec sit in meliori fortuna.

In Provinciis septentrionalibus, ut audivi, recipiuntur in Societatem illi, qui suis expensis tempore isto bellorum se possunt alere. Certe P. Albertus Miciski, Polonus, qui anno 1643 interfectus fuit in Japponia in odium Fidei [79], fundaverat in Polonia unum collegium, et in Japponia fecit magnas expensas. Poterant ii, qui habent bona temporalia et transeunt ad Japponiam, applicare aliquam partem Provinciae, in qua debent vivere. Caeterum, non appono hoc tanquam remedium. Dico tantum ea, quae in aliis Provinciis modo fiunt.

Si enim Provincia Japponiae his et aliis similibus remediis non adjuvetur, et fulciatur, corruet paenitus nobilissima Provincia, et cum illa maxima gloria nostrae Societatis. Roma, 24. Maji anni *1646*.

Antonius Franciscus Cardim

/284 vac./ 284v

†

Informatio pro Provincia

Japponiae

1646

590-593 *Haec etiam manu P. Cardim scripta*

---

[79] Ad manipulum P. Antonii Rubino, Visitatoris, pertinebat: qui anno 1642 in Japoniam transierunt, et Martio 1643 pro Fide gloriosam mortem subierunt. De eorum exitu vid. opus nostrum *Introductio* pp. 370-372.

90

CONSULTATIO MACAENSIS ANNO 1645 HABITA DE FORMA BAPTISMI ANNAMITICI *

1. Cum inter Septembrem 1635 et ultimum trimestre 1648 Catalogi proprie dicti desint, hanc lacunam meliore quo fieri possit modo explere cupientes, hic post Catalogum Patrum, anno 1638 Congregationi Provinciali Macai habitae assistentium, inserendum censuimus *Elenchum Patrum (ac Fratrum), qui interfuerunt Consultationi anno 1645 in eodem Collegio Macaensi peractae, qua Consultatione controversia de validitate formae baptismi annamitici exorta dirimeretur.*

---

* *Manuscripta, quibus nostra introductio innititur*:

Gaspar do Amaral — Gen., 21 Nov. 1645. Macao, Orig., lus., 1a via, (epistola), *J. 80* 34-34v.

Metello Saccano, *Circa formam Baptismi Annamico idiomate prolatam. Responsum ad P. Sebastianum de Amaya.* [1648?], lat., duo exemplaria; *J. 80* 73-75v, in parte autographum; *J. 80* 76-81v, eadem pars autographa — hoc exemplar conforme est praecedenti, sed ff. 78-79 characteres sinenses cum verbis anamiticis et latinis continent, quae folia in alio exemplari desunt.

Philippo Marini, *Jhs. Manoscritto, em que se prova que a forma do Bauptismo pronunciada em lingoa Annámica hé verdadeira.* 1652, ex contemporan., lus., *J. 80* 35-40v.

Philippo Marini, *Jhs. Retroscriptum pro Manuscripto P. Philippi de Marinis contra Rescriptum Patris Metelli Saccani.* (Al P.e Gio. Luigi Confalonieri, Assistente d'Italia). E Primaria Residentia Regni Annamici, 2a Junii 1654, ex. contemporan., lat., in fine (ff. 67v-68) characteres sinenses cum lectionibus in lingua latina, sinica, annamitica, japonica. *J. 68* 62-70v.

Philippo Marini — Metello Saccano, Da Rezidência primária neste Reyno de Tumkim, primeiro de Mayo 1655 (epistola = expositio), ex. contemporan., lus., *J. 80* 90-93v.

Philippo Marini — Assist. Lusit. in Curia Romana S. J., s. l. (Tumkim), 12. de Mayo 1655 (epistola = expositio), ex. contemporan., lus., *J. 80* 88-89v (et 94-95v, sed haec folia vacant).

Philippo Marini (subscriptio autogr.: « Phelipe Marino ») — P.e Gio. Luigi Confalonieri, Assistente d'Italia, Tumkino, primo dī Giugno 1654 [= 1655], epistola autographa, ital., 1a via, *J. 80* 86-87v. — Hujus epistolae ex. contemporan.: *J. 80* 96-97v.

Metello Saccano, *Responsio ad Tractatum pro Annamica Baptismi forma tuenda, editum a P. Phillippo Marino Amacai, et ad P. Metellum Saccanum in Cocincinam transmissum.* Ex Regno Cocincinensi, 5. Julii, Anno a partu Virginis 1653. Cum adjunctis: In Insula Macassariensi, die 17. Octobris Anno 1656; ex, contemporan., lat., *J. 80* 102-119v. Hoc manuscripto continetur (fol. 118/8v) decretum S. Congregationis Inquisitionis Romanae, diei 26. Januarii 1650.

Orta est quaestio illa auctore potissimum P. Alexandro de Rhodes. Is enim validitatem formae (i. e. verborum) baptismi in Missione Tunkinensi et Cochinchinensi adhibitae in dubium vocavit. De ista origine questionis P. Philippus Marini (retrospiciens) dicit:

« Jam vero ad rem propius accedamus, imprimis exponendo, unde ortum sit, ut quae per tot annos forma Baptismi in Annamica Missione adhibebatur ut vera, nunc ea rejecta ut falsa, sit nova in Cochinchina introducta ... Anno 1641, nactus P. Alexander Rhodius opportunitatem navigii a Cocincinensi portu ad Philippinas solvit, negotia pertractaturus cum P. Antonio Rubino, nostrae Provinciae Visitatore, qui eo loci nuper accesserat, et interim maturabat cum sociis expeditionem in Japoniam; ibi per aliquot menses P. Rhodius commoratus est, et ubi inter colloquendum, cum ex Patribus residentiarum illius Provinciae ministris accepisset particulam formae Baptismi « In nomine » lingua illorum Indorum non ex aequo respondere latinae, coepit in corde suo hoc idem de forma Annamica vel suspicari vel sentire; postea vero, nulla de hoc dubio vel scrupulo facta mentione cum suo Visitatore, veniam petiit redeundi in suam Provinciam; quam ubi primum repetiit et ecclesias invisit, solus, sine socio, ut erat ingenii et spiritus maxime scrupulosi, coepit bona illa anima culpam agnoscere, ubi culpa non erat. Unde factum est, ut alia Baptismi forma baptizando, personam novi Eliae indutus, imbutus spiritu, alterum in deserta ea regione ageret Joanem Baptistam » [1].

3. De hoc « novo Elia » et « altero Joanne Baptista », scl. de P. Alexandro de Rhodes, hic paucis dicendum est.

P. Alexander de Rhodes [2], natione Gallus, Avenionensis, 27 annorum juvenis, die 4. Aprilis 1619 e portu Ulyssiponensi in Indiam solvit, ac demum die 29. Maji 1623 Macaum pervenit. Mense Decembri 1624 primum e Macaensi civitate Cochinchinam petiit, ubi usque ad mensem Julium anni 1626 remansit. Macaum reversus, inde die 12. Martii 1627 in Missionem Tumkinensem se contulit, atque in ea usque ad Majum anni 1630 egregie operam navavit. Decem deinde annos Macai residens, Sinensium conversioni incubuit. Initio Februarii 1640 iterum in Cochinchinam trajecit; et die 2. Julii anni sequentis 1641 e portu quodam Cochinchinae Manilam profectus, die 15. Augusti illam civitatem ingressus, inde die 21. Septembris ejusdem anni P. Visitatorem Antonium Rubino Macaum comitatus est. Sub finem Januarii 1642 tertium iter

[1] Ph. Marini, Retroscriptum, *J. 68* 62v.

[2] Vid. ejus vitam inter *Biographias*. — Data principalia inter 1618 et 1649 habes in opere: *Voyages et Missions du Père A. de Rhodes S. J., en la Chine et autres royaumes de l'Orient, avec son retour en Europe par la Persie et l'Arménie.* Nouvelle édition, conforme à la première de 1653, annotée par le Père H. Gourdin, de la même Compagnie, et ornée d'une carte de tous les voyages de l'auteur. Desclée, De Brouwer et Cie, Lille 1884. — Auctor est ipse P. Alexander de Rhodes. — In Introductione (P. H. Gourdin), p. I-II etiam data anteriora (i. e. ante 1618), et posteriora (i. e. post 1649) inveniuntur. Paginae VI-VIII: « Renseignements bibliographiques sur les ouvrages du P. de Rhodes. »

Cochinchinense iniit, et usque ad Septembrem 1643 in ea Missione egit. Denique sub finem Januarii 1644 jam quarto in eandem Missionem regressus, sed iterum ex ea expulsus, die 3. Julii 1645 inde discessit atque die 23. Julii 1645 Macaum pervenit. Die 20. Decembris 1645 e portu Macaensi, Superiorum jussu, ad Missionum negotia tractanda Europam petiit.

Qui antequam solvit, Visitatori P. Emmanueli de Azevedo questionem de baptismate annamitico proposuit (eo ipso anno 1645)[3]; Visitator autem P. Johannem Cabral, paulo ante a se Rectorem et Viceprovincialem Provinciae Japonicae nominatum, convocare Patres eorumque Consultationi praeesse et, re in utramque partem discussa, vota scripta colligere jussit[4].

4. *Consultationis historiam* ex utriusque partis documentis contemporaneis discimus. Inter haec invenitur expositio quaedam a P. Philippo Marini jussu Provincialis P. Johannis Cabral anno 1652[5] conscripta et ad Assistentem Lusitaniae missa: cui in fine Elenchus Patrum anno 1645 ad Consultationem de illa quaestione convocatorum additus est. Cujus expositionis titulus est hic: « Ihs. Manoscritto em que se prova que a forma do Bautismo pronunciada em lingoa Annámica hé verdadeira »[6]. Documentum tribus partibus constat: Introductione historica; discussione quaestionis; elencho nominum.

Ut elenchus ille rite intelligatur, primam partem introductionis historicae hoc loco transscribimus:

« Na era de 1645 propôs o P.e Alexandre Rhodez ao P.e Manoel de Azevedo, Visitatodor que então era de Jappão e China, que mandasse ouvir sobre humas dúvidas que tinha acerca da forma do Bauptismo em lingoa Tumkínica, em junta plena. Mandou então o P.e Visitador ao P.e João Cabral que era Reitor do Collégio e Viceprovincial de Jappão, que presidisse, e recolhesse os votos por escrito, depois de ventilada bem a questão. Nesta junta se achárão, além dos Padres que avião chegado na mesma monção, todos os que estavão no Collégio de Macao, entre os quais avia coatro versados na lingoa Tumkínica, que podião averiguar muito bem no que tocava em matéria da propriedade da dita lingoa; além de dous Padres da China, vistos nas letras, que sam as mesmas que correm em Tumkim. Chegárão os da junta a corenta, pouco mais ou menos: em duas que se fizerão em diversos dias foi ouvido de vagar o P.e Alexandre Rhodes por palavra e por escrito, e depois de examinadas maduramente as rezoins do Padre, tirados dous dos que nam sabião a lingoa, todos os mais forão de parecer,

---

[3] Ph. Marini, Manoscritto, em que se prova ... verdadeira, *J. 80* 35.

[4] Ib., *J. 80* 35. — De munere P. Johannis Cabral: Alvaro Semedo — Gen., Macao, 20. Nov. 1645, autogr., lus.,*J. 161 II* 298: « O P.e Manoel de Azevedo, Visitador destas partes ... Depois de chegar aqui hum mes plus minus tirou de Reitor e Viceprovincial ao P.e Gaspar de Amaral ... O P.e João Cabral, Reitor do Collégio ... ».

[5] In introductione illius expositionis (= Manoscritto, em que se prova ... verdadeira) annus 1651 dicitur « o anno passado »: *J. 80* 35.

[6] Cf. supra elenchum manuscriptorum hic adhibitorum.

e o derão por escrito, que a forma que [se] usava em Tumkim era verdadeira, e não avia que reparar, nem que innovar nella. O P.e Visitador, conformando-se com estes pareceres, mandou ao P.e Alexandre Rhodes que não falasse mais na matéria, e aos Padres de Tumkim, que usassem da forma antiga, e se alguém seguia a do P.e Rhodes, a depusesse; e assim se executou. Desta resolução se deo conta ao Senhor Patriarcha de Etyópia, o qual a approvou e louvou » [7].

Occasio Consultationis istius ex allegatis verbis satis apparet. *Nos hic in ipsam quaestionem non intrabimus*: quaenam difficultates a P. Alexandro Rhodes, et postmodum a P. Metello Saccano, contra formam eousque usitatam propositae, ac quibusnam argumentis dubia ista ab omnibus fere aliis refutata sint. Sed *elenchus Patrum, qui tunc convenerunt,* non mediocriter defectum Catalogi ejus temporis supplet. Fuerunt enim 35 socii. Verum quidem est, in Introductione hujus manuscripti P. Philippum Marini ita dicere:

« Chegárão os da junta a corenta, pouco mais ou menos » [8].

Et in epistola autographa tribus annis post:

« La sopradetta questione fu essaminata per ordine del P.e Visitatore in Consulta di 40 Padri, dieci anni a questa parte » [9].

Cur ibi 40 Patres convenisse asserit? Numquid in elencho nostro aliqui desunt? Paulo diligentius idem auctor, quinam Consultationi isti interfuerint, declarat, dum dicit:

« Nesta junta se achárão, além dos Padres, que avião chegado na mesma monção, todos os que estavão no Collégio de Macao » [10].

Quae verba, cum elencho collata, ita intelligenda esse videntur: Consultationi praeter eos Patres, qui favente illius anni (1645) aura (' monção ') Macaum pervenerunt, omnes (et soli) Patres astiterunt, qui tunc Macai commorabantur. — Sed dissentit P. Metellus Saccano, qui in opusculo « Responsio ad Tractatum pro Annamica Baptismi forma tuenda, editum a P. Philippo Marino Amacai, et ad P. Metellum Saccano in Cocincinam transmissum » [11], ita dicit:

« Dicam, qui fuerit conventus Amacai congregatus anno 1645 ad definiendam gravissimam quaestionem satis perplexam, ex qua plurimorum salus aeterna dependeret, quaeque magna ex parte ad quaestionem facti spectat: Theologi convocati fuere, quotquot classem theologiae aliquando sunt ingressi, etiam nondum ad sacerdotium promoti; idque fatetur manuscriptum, his verbis: ' Ad hunc conventum convenerunt, praeter Patres, qui nuper Amacaum appulerant, omnes, qui in Collegio degebant '. Ex his quatuor Annamice loquebantur plus minusve, at solus P. Rhodes omnium magister, et unus pro mille. Ex omnibus vero congregatis rarissimi tantae quaestionis momenta expenderunt DD. con-

---

[7] *J. 80* 35.

[8] Ib.

[9] Phelipe Marino — P. Gio. Luigi Confalonieri, Tumkino, 1. di Giugno 1655 (cf. elenchum mss., initio hujus introd. positum), autogr., ital., 1a via, *J. 80* 86/86v; ex. contemporan. *J. 80* 96.

[10] Ph. Marini, Manoscritto, em que se prova ... verdadeira, *J. 80* 35.

[11] Cf. supra, elenchum manuscriptorum hic adhibitorum.

sulentes: quod mihi constat, etiam ipsorum verbis; solum contenti his, quae auditu percipiebant turmatim, vel turmatim disputata; tum, rogati, aliorum vestigia sequentes annuebant, ducti auctoritate P. Gasparis de Amaral, qui paulo ante Rectoris et Viceprovincialis munus obierat: itane vero res maximi momenti inter Doctores definitur? » [12]

Ex hoc loco inferendum esset, Consultationi huic non Patres solum, verum etiam non-sacerdotes complures interfuisse. Quorum nomina tunc in elencho de proposito omissa esse viderentur. Quod quidem e textu P. Philippi Marini (quo textu P. Metellus Saccano utitur) certo probari nequit. Sed vere ita factum esse, ex alio manuscripto P. Philippi Marini intelligimus. Nam is in tractatu, cui titulus: « Ihs. Retroscriptum pro Manuscripto P. Philippi de Marinis contra Rescriptum Patris Metelli Saccani » [13] sic de nostro elencho asserit:

« Nomina Patrum, qui Consultationi adfuere, peculiari cathalogo supra recensui. Hic vero nominandi, qui ibi desiderantur, videlicet: P. Gaspar Siqueira, P. Thomas de Acosta, P. Joannes Correa, P. Petrus Márquez: qui anno 1641 theologiae quadriennium absolvere, et tunc sine sacerdotali corona, quia civitas sine Episcopo ... Certe ex his, quos pro nostra sententia nominavimus, nullus est, qui a scamno ad cathedram per saltus sit evectus. Dixerim hoc, quia me auctor opellae arguit, quod omnes, quotquot erant in Collegio, numeraverim, ut supra in manuscripto: sano enim modo debuisset intelligere: ly *todos*, hoc est, illos, qui poterant ferre judicium ... » [14].

Qua de causa in Elenchum Patrum, qui Consultationi illi interfuerunt, quatuor Patrum supra dictorum nomina, qui etsi nondum sacerdotes, quia tunc Macai Episcopus, qui eos ordinaret, non aderat, tamen jam dudum (anno 1641) quadriennium theologiae absolverant, inserenda censuimus.

5. *Ulteriores hujus quaestionis vicissitudines* hic nonnisi *brevissime* tangere licet, quippe quae ad Elenchi nostri intelligentiam nihil amplius conferant. De sequentium annorum rebus gestis (1645-1652) P. Philippus Marini ita scribit:

« Como o anno passado 1651, sendo já Visitador o P.e Francisco Furtado, tornasse o P.e Metello Saccano, Superior de Cochinchina, que foi hum dos dous que não derão o parecer, a resuscitar a opinião dita, o P.e João Cabral, Provincial, que veo no cabo do terceiro anno de seu provincialado a visitar esta Missão de Tumkìm, tomou novamente pareceres por escrito de todos os Padres que há annos que trabalhão na dita Missão: e como *nemine discrepante* achou que estavão na primeira resolução, conforme ordenava o P.e Manoel de Azevedo, Visitador, me mandou, quisesse apontar as rezoins em que se funda, e pouco fundamente que tem, a contrária sentença. Assi pera que fique em lembrança no Cartório da Província, como pera se poder mandar ao nosso Reverendíssimo P.e Geral » [15].

---

[12] *J. 80* 115v/6.

[13] Cf. supra, elenchum mss.

[14] *J. 68* 65.

[15] Ph. Marini, Manoscritto, em que se prova ... verdadeira, *J. 80* 35.

Cui anno 1653 P. Metellus Saccano opposuit suae sententiae defensionem, cui titulum praefixit: « Responsio ad Tractatum pro Annamica Baptismi forma tuenda, editum a P. Phillippo Marino Amacai, et ad P. Metellum Saccanum in Cocincinam transmissum »[16]. Opus ad finem perduxit in Missione Cochinchinensi die 5. Julii 1653[17], sed postea aliqua adjecit. Omissus iis, quibus auctor de ipsa quaestione disputat, de historia ' externa ' (ut ita dicam) controversiae ita loquitur:

« Hinc factum, ut decursu temporis ab aliquibus, qui rationum momenta serio sunt assecuti, vel novum idioma postea adepti, res valde diversa atque antea sit visa. Et non dubito, quin omnes fere ivissent in hanc sententiam, si ea, quae adversarii recenter in manuscripto ultro concedunt, tunc apertissime non negassent: quibus freti, sequaces illius sententiae, eam veram, falso tamen innixam fundamento, reputarunt. Hinc tractatus utrinque conscripti ad Nostrum Admodum Reverendum Patrem [Gen.] mittendi, hoc discrimine, ut suum Rhodes omnibus libenter ostenderet, adversarii vero secreto proprium custodirent, ne in manus Rhodes argumentis satisfacturi deveniret; cui tamen P. Emanuel de Azevedo, Visitator, ad unicam noctem videndum potius quam examinandum concessit; cujus rei sum ego oculatus testis, sed causae minime indagator ... »[18].

« Putat adversarius, omnes, qui in Missione Tunkinica versantur, esse pedissequos, sed fallitur egregie; nam ex sex Patribus, qui hodie in ea Missione pro animarum salute laborant, tres nostrae sententiae adhaerent: hi sunt: P. Joseph Agnes, P. Carolus Rocca, et P. Hyeronimus Majórica, qui licet in quaestione juris dissentiat, putans posse per intentionem ministri suppleri defectum, attamen in quaestione facti nobiscum sentit ... »[19].

Interim vero, P. Alexander de Rhodes, itinere in Europam post sexcenta pericula feliciter superato, die 27. Junii 1649 Romam pervenerat[20], ubi sua dubia de forma baptismatis Tunkinensis proposuit[21]. Quae et quinque theologorum Societatis Jesu examini subjecta[22], et demum *S. Congregationis Inquisitionis judicio submissa* sunt. Haec vero die 26. Januarii 1650 in Conventu S. Mariae supra Minervam quaestionem discussit, et caute de re decrevit. Cujus *tenorem decreti*[23] *hic transscribimus*:

---

[16] Cf. supra, elenchum mss.

[17] Ita *J. 80* 117v.

[18] *J. 80* 116.

[19] *J. 80* 116v/7.

[20] *Voyages et Missions du Père A. de Rhodes* S. J., ed. cit., p. 318; cf. Biogr. Cf. supra, annot. 2.

[21] Ph. Marini — Assist. Lusit., s. l. (Tumkim), 12 de Mayo 1655 (vid. elenchum mss. supra), *J. 80* 88. — Ph. Marini — Assist. Ital., Tumkino, primo di giugno 1654 [= 1655], *J. 80* 86. — Cf. Metello Saccano, Responsio ad Tractatum, *J. 80* 118.

[22] Metello Saccano, Responsio ad Tractatum, *J. 80* 118.

[23] Metello Saccano, Responsio ad Tractatum, *J. 80* 118/8v.

« Feria 4ª, die 26. Januarii 1650.

In Congregatione Generali Sanctae Romanae ac Universalis Inquisitionis, habita in Conventu S. Mariae supra Minervam, coram Eminentissimis ac Reverendissimis Dominis, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus in tota republica christiana contra haereticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus a Sancta Sede specialiter deputatis.

Relato Memoriali de casu super forma Baptismi, servata in quadam provincia Indiae Orientalis ac votis Reverendorum Patrum Qualificatorum, Sacrae Congregationi praedictae visum est ex narratis probabilius videri, Baptismum fuisse validum; quia tamen multi ex Qualificatoribus contrarium sentiebant, visum est, si, facto diligenti examine, dubium de significatione illius vocis *danh* non possit superari, posse et debere repeti Baptismum sub conditione; ac in posterum, si vox aequivalens non reperiatur in eo idiomate (quod difficile creditur), expedire, ut retineatur vox Hispana, vel Latina *in nomine*, donec usus doceat, vocabulum aliud ejusdem idiomatis eandem vim habere ».

Decretum istud per litteras P. Alexandri de Rhodes Macai innotuit, idque saltem anno 1655; nam die 12. Maji anni 1655 P. Philippus Marini ad P. Assistentem Lusitanum scribens, « varias epistolas » P. Alexandri de Rhodes commemorat, in quibus quaestio de forma baptismi agitabatur [24].

« Diz assi o P.ᵉ Rhódez em huma sua: 1.º Sayo o decreto da Suprema Inquisição dos Cardeais, no qual, ainda que em substância manda aquillo que eu pretendia, s. que se hão de fazer outra vez sub conditione aquelles Bautismos, e que a forma se há de emendar, e meter /In nomine/, porém quer que primero se faça exame com diligência, o qual feito, e ficando a dúvida, ou não se vencendo, se devem fazer esses Bautismos ».

Respondo que nesta Missão pasmarão os Padres de ver as cartas do Padre Rhódez, nenhuma de Vossa Reverência, nem do nosso Reverendo Padre [Geral], que trate nessa matéria, sendo que os mais Padres Procuradores antepassados não forão aos tribunais de fora, quando o Nosso Reverendo Padre pode isso cometer aos nossos Padres, como se vê em várias repostas de gravíssimas dúvidas, que se escrevérão a Roma, cujas repostas guardamos no archivo, e conforme ellas nos regramos. O peor hé o que o Padre acrecenta em outra carta: diz assi em Italiano: « Hè bem vero ch'io pretendevo che S. Santità ci metesse la mano per più autorità ancora, ma non fù possibile sin'adesso; desidero ancora che le parole del decreto fossero un poco più chiare, e me l'han promesso, ma non può l'esser per quest'anno; vedremo, se potiamo far ancora qualch'altra diligenza » etc.

Peço a Vosso Reverência signifique o sobreditto ao nosso Reverendo Padre, porque se todos os Procuradores, que são mandados a Roma, vão por esse rumo, ja não nos distinguiremos de Frades, quod est valde contra nostrum Institutum (!) » [25].

---

[24] *J. 80* 88 (cf. supra, elenchus mss.).

[25] *J. 80* 88.

Post haec verba, P. Philippus Marini denuo argumenta P. Alexandri de Rhodes refutat. Atque idem fecerat in epistola simul cum supradicta (ut videtur) Romam missa, quam die 1. Maji 1655 ad P. Metellum Saccano scripserat [26]. In alia tandem epistola autographa P. Assistenti Italiae eandem quaestionem proponit [27]. Quae, manu auctoris, data est « Tumkino, primo de Giugno 1654 » (Verba ista desunt in apographo simul cum praecedentibus litteris Romam misso). Sed error auctorì surrepsit: nam in illa epistola Congregatio Provincialis mense Septembri 1654 Macai habita supponitur [28]; ac praeterea, auctor de se ipso ita loquitur: « Io, son giá nove anni che sto in questa Missione di Tumkim »: qui nonnisi ineunte Januario 1647 in eam Missionem pervenerat [29]. Quare epistola Junio 1655, non 1654, scripta est. In qua imprimis de actione P. Alexandri de Rhodes conqueritur:

« Il P.e Alessandro Rhodes ha mossa in Roma una questione sopra la forma del Battesimo in lingua Annamica, ch'è il medesimo che Tumkinica; e quel di che ci maravigliamo è, che né il P.e Generale né il P.e Assistente di Portugallo ci scrive cosa veruna. Solo il P.e Rhodes dice nella sua, che la Congregatione de Propaganda fece un decreto in che comanda che si esamini la detta forma ».

Deinde ipsam quaestionem denuo tractat, refutans argumenta adversariorum; postea adjungit:

« Di più, sappia Vostra Reverenza ch' il P.e Rhodes nullos habet sequaces in ista materia, et quos allegat, se retractarunt. Intelligo de his, qui habent notionem istarum litterarum, come altri scriveranno costà » [30].

Haec anno 1655 P. Philippus Marini. E contra P. Metellus Saccano in « Responsione ad Tractatum » (cf. elench. mss.) decretum S. Inquisitionis Romanae referebat, quo injungebatur, ut, si dubium illud solvi non posset [quod facile solvi posse plurimi asserebant] sub conditione rebaptizarentur. Sed ita concludit:

---

[26] Cf. supra, elenchum mss.

[27] Cf. supra, elenchum mss.

[28] « Hora han eletto il P.e Metello Saccano, Siciliano »: *J. 80* 86. P. Metellus Saccano electus est Procurator Romam mittendus Macai, die 18. Septembris 1654, sicut ex actis illius Congregationis Provincialis constat: Ajuda, Jes. na Ásia, 49-IV-61 337v/8. Cf. infra, *Doc. 96*.

[29] « Partí deste Collégio [Macao] em treze de Janeiro deste anno de 647 no pataxo de Salvador Coelho Mourão ... e diante de nos avião já partido ... o P.e Filippe Marini, pera dalli passar a Camboja ... »: João Cabral S. J. in sua *Relação da viagem que o P.e João Cabral fez ao reyno de Tunkim, indo a visitar aquella christandade em lugar do P.e Manoel de Azevedo, Visitador da Provincia de Japão e Viceprovincia da China no anno de 647*, ex. contemporaneum, 1a via ad Gen., lus., *J. 80* 50. — Insuper: « Prometem os seguentes [annos] com o divino favor mais copioza colheita na chegada e residência dos Padres ... Felipe Marino, que por hora aqui fica, hindo pera Camboja, pera onde por falta de embarcação não pode hir »: Francisco Rangel — Gen., *Annua do Reyno de Tumquim, do anno de 1646*, Tunkim, Abril 23, de 647, prob. ex. (contemporaneum), 1.a via, lus., *J. 89* 122v.

[30] *J. 80* 86/86v.

« Tantum abest, dubium vinci posse, ut in dies magis crescat et viribus augeatur. Amacai enim, quando primo ventilata est quaestio, duo vel tres theologi opinioni P. Rhodes adhaeserunt, nunc vero prope viginti ... » [31].

Ita P. Metellus Saccano die 17. Octobris 1656. — Non adferemus ulteriora, neque ex Archivo Romano Societatis, neque ex aliis Archivis, maxime S. Congregationis de Propaganda Fide, *cum nihil hoc loco nisi elenchum illum anni 1645 edere* intendamus. Ceterum P. Alexander de Rhodes, qui die 20. Decembris 1645 e Macaensi portu in Europam profectus est [32], nunquam vel Macaum, vel in Missionem sive Tunkinicam, sive Cochinchinensem, rediit [33]. P. Metellus Saccano autem, acerrimus, post illum, defensor dubii valoris formae antiquae, mense Septembri 1654 a Congregatione Provinciali Japonica Macai habita electus Procurator [34], ineunte anno 1655 e portu Macaensi, in Europam profecturus, discessit [35]. Sed passus naufragium, quo omnia documenta perdidit, in regno Macassar nova exempla frustra exspectavit [36]; neque ante annum 1659 Macaum repetiit [37]; ubi aliquamdiu Rectoris munere functus, triennio nondum expleto [38], mense Aprili 1662 in Cochinchinam denuo advenit [39], ibique mense Augusto ejusdem anni 1662 defunctus est [40].

6. Elenchus, quem hic edimus, continetur (ut supra diximus) in documento, cui titulus est: *Jhs. Manoscritto, em que se prova, que a forma do Bautismo pronunciada em lingoa Annámica hé verdadeira;* quod P. Philippus Marini anno 1652 composuit. Manuscriptum hoc sex

---

31 Metellus Saccano, *Responsio ad Tractatum* (vid. elenchum mss., supra), *J. 80* 118v.

32 *Voyages* (ed. cit.,), pagg. 247, 249. Cf. Biogr.

33 *Voyages* (ed. cit.), Introduction p. II. Cf. Biogr.

34 Vide supra, annot. 28.

35 « Havendo-mi l'anno passato sopra ogni mio merito eletto la Provincia del Giapone nella Congregatione Provinciale per Procuratore, e venendo da Macao su'l principio del corrente a questo regno di Macassar .. fece naufragio la nave 18 legue lungi da questo porto ... »: Metello Saccano, Macassar, 7 di Giugno 1655, *Annua della Missione di Cocincina, di Giugno del 1651 fino ad Agosto del 1652* (textum Annuarum Litterarum, a P. Petro Marques compositarum, Metellus Saccano in Macassar traduxit in linguam italicam et emendavit), ex. contemporan., ital., *J. 71* 375.

36 « So' costretto a trattenermi qui [in Macassar] fin tanto che da Macao vengano gl'Atti della Congregatione Provinciale, che con tutto il resto delle scritture et altre cose si perdettero nel naufragio »: loco in praecedenti annotatione indicato.

37 Teste Catalogo Provinciae Japonicae anni 1659 est « nunc in Missione Zumbae »: *J. 25* 169v.

38 Pero Marques — Gen., *Carta Ánnua da Missão de Cochinchina da Provincia de Japão, do anno de 662,* Faifo, 31. Julii 1662, ex. contemporan., 2a via, Lus., *J. 71* 471.

39 Ib.

40 *J. 25* 179, 181v (his locis dicitur vita functus die 17. Augusti 1662); *J. 25* 183, 190, 193, 195v (horum locorum indicatio: mortuus est die 7. Augusti 1662).

foliis chartae orientalis constat (*J. 80,* 35-40^{v}), fere 29,4-31 cm. altis, ac fere 21,8-22,2 cm. latis. De istius documenti partibus jam rettulimus. Elenchus nominum ab imma pagina 38^{r} incipit et pagina 38^{v} explicit. Fol. 39-40^{v} vacant, nisi quod in summo angulo dextero fol. 40^{v} scriptus est alio atramento numerus 1645. Omnes paginae textus (ff. 35-38^{v}) levissimo strato holoserico coopertae sunt; ceterae ex parte tantum. Totum documentum olim linea verticali semel in medio, linea horizontali bis plicatum fuit. — Nomina, quae in ipso documento desiderantur, nos adjicimus (cf. supra) ex documento posteriori ejusdem auctoris: « *Jhs. Retroscriptum pro Manuscripto P. Philippi de Marinis contra Rescriptum Patris Metelli Saccani* ». Datum est hoc 'Retroscriptum' « Ex Primaria Residentia Regni Annamici, 2^{a} Junii 1654 », atque ad Assistentem Italiae (P. Giovanni Luigi Confalonieri) missum. Continetur 9 foliis chartae orientalis, fere 31-31,2 cm. altis, et 21,4-21,9 cm. latis: *J. 68* 62-70^{v}. Textu occupantur ff. 62-68; ff. 68^{v}-70^{v} vacant, nisi quod hic quoque eadem manus, ut videtur, in angulo dextero summae paginae 70^{v} numerum anni posuit: « 1654 ». Subscriptio desideratur. Textus, f. 65, sub numero 37 (marginali) habet quattuor illa nomina, quae in Elencho anni 1645 (scripto 1652) desunt. Nam totus textus post Introductionem 44 numeris dividitur, qui in margine apponuntur. Post textum vero fol. 67^{v} sequitur Epigramma (« Si me tela petunt, pungit si penna Sicani », etc.). Ac in fine fol. 67^{v}-68 characteres sinici, tum in forma baptismi, tum in aliis expressionibus comprobantibus occurrentes (cum singulis verbis latinis, sinicis, annamiticis ac japonicis, his characteribus correspondentibus) adjiciuntur; ac demum in fine nota generali de his characteribus, et in specie de charactere verbi « nomen », tractatus concluditur.

Textus

J. 80, 38/38^{v}

Nomina Patrum, qui ex mandato Patris Emanuelis de Azevedo [1], Visitatoris Provinciae Japonensis et Viceprovinciae Sinensis, interfuere consultationi et formam Baptismi lingua Annamica prolatam legitimam esse et validam affirmarunt. Anno 1645.

P. Jo. Cabral [2], Viceprovincialis. Prof. theol. Praefuit [Consult.].

---

1 Litterae Patentes pro P. Emmanuele de Azevedo *Visitatore* mense Majo 1643 Goam pervenerunt; sed ille propter bellum Lusitanos inter et Hollandos per duos annos ad Extremum Orientem sese conferre non potuit. Visitatoris munere functus est usque ad mortem: die enim 26. Januarii 1650 Macai Visitator obiit: *Liber II. Procuratoris Japoniae,* Ajuda *49 IV-66,* f. 57^{v}.

2 P. Johannes Cabral (João Cabral II) ab anno 1645 per unum annum Rectoris Macaensis simul et Viceprovincialis Japoniae munus tenuit. Postea, a die 26. Julii 1649 usque ad diem 28. Augusti 1652, per Litteras Patentes

P. Alvarus Semedus [3], Viceprovincialis Sinarum. —
P. Jo. Monterus, Missionis Sinensis. Prof. theol.
P. Vincentius Riberus. Prof. theol.
P. Franciscus Taveira. Prof. theol.
P. Antonius Ferreira. Prof. theol.
P. Franciscus Rangel. Prof. theol.
P. Thomas Valguarneira. Prof. theol.
P. Gregorius de Magalhaens. Prof. theol.
P. Antonius Barbosa, peritus linguae. Prof. theol.
P. Balthassar Caldeira, peritus linguae. Prof. theol.
P. Emmanuel Pachecus, peritus linguae. Prof. theol.
P. Gaspar d'Amaral [4], quondam Viceprovincialis, peritissimus linguae.
P. Petrus Albertus, peritus linguae.
P. Franciscus Rivas. Magister in Artibus.
P. Emmanuel de Miranda. Magister in Artibus.
P. Joannes Nunius. Magister in Artibus.
P. Balthassar Citadellius [5].
P. Raphael Carvallius.
P. Michael [Boym], Polaccus.
P. Franciscus Montefuscoli.
P. Andreas Lubellus [6].
P. Ascanius Ruidas. — Indiff.
P. Lucas Correa.
P. Dominicus Carvallius.
P. Ambrosius de Abreu.

Praepositi Generalis Provincialis Japoniae officio functus est, simulque, jussu Visitatoris P. Emmanuelis de Azevedo, Collegii Macaensis Rectorem gessit: *Liber II. Procuratoris Japoniae,* Ajuda *49-IV-66* f. 50; qui propter absentiam successoris (in regno Tunkinico) usque ad diem 3. Sept. 1653 Macai munus Provinicalis exercuit: ib.

[3] Secundum eundem *Librum II. Procuratoris Japoniae,* Ajuda *49-IV-66,* f. 61v P. Alvarus Semedo Viceprovincialis totius Missionis Sinensis fuit ab anno 1646 usque ad annum 1650. Ut supra, in introductione ad hunc elenchum, nr. 6 diximus, Ms. nostrum nonnisi anno 1652 compositum est. Auctor ad nomen P. Alvari Semedo per errorem titulum Viceprovincialis Sinensis adjecisse videtur, quem anno 1645 non gerebat.

[4] Sec. Ajuda *49-IV-66,* fol. 49v (vid. supra Adnot. 1-3, ubi de eodem doc.) P. Gaspar do Amaral a die 21. Junii 1641 usque ad annum 1645 Viceprovincialis Japoniae fuit.

[5] P. Balthasar Cittadelli die 18. Augusti 1650 in Congr. Prov. Japonica Procurator electus, iter Romanum aggressus est, sed (die 3. Dec. 1651) prope Goam in mari obiit: *Congr. 73* 358v, de ejus electione; *Hist. Soc. 48* 18 de ejus morte.

[6] P. Johannes Andreas Lubelli (1611-1685), et Viceprovincialis Sinarum, et Provincialis Japoniae, et Visitator Japoniae et Sinarum futurus: vid. ejus vitam in opere nostro *Biographiae* (in praepar.).

P. Joannes Ignatii.
P. Antonius Constantinus.
P. Adrianus Pestana.
P. Carolus de Rocha. — Indiff.
P. Valentinus Nugueira.
P. Franciscus Figueira.
P. Philippus de Marinis [7].

Ex alia parte:

P. Alexander Rhodius [8]. Prof. theol. (quondam Superior Missionis Cocincinensis)
P. Metellus Saccanus [9]. Magister in Artibus.

In multitudine Presbiterorum prudentium sta, et sapientiae illorum ex corde conjungere. Eccles. cap. 6º.

[Praeter eos, qui supra nominantur, adjungendi sunt *:
Fr. Gaspar Siqueira
Fr. Thomas de Acosta
Fr. Joannes Correa
Fr. Petrus Márquez [jun.].

Hi quadriennium theologiae absolverant, sed cum tunc nullus in civitate Macaensi adesset Episcopus, nondum ad Sacerdotium promoti erant.]

* Haec quatuor nomina a nobis adjuncta sunt: cf. introd. ad hunc elenchum, nr. 6.

---

[7] P. Philippus de Marinis, auctor hujus Elenchi. De eo passim in introd. ad praesens documentum.

[8] P. Alexander de Rhodes: vid. introd. ad praesens documentum, praesertim nr. 3, sed passim.

[9] P. Metellus Saccano: vid. introd. ad praesens documentum, praesertim nr. 5, sed passim.

91

CATÁLOGO DAS MISSOINS E SOGEITOS QUE PERTENCEM A JAPÃO E CHINA

[1646]

1. Documentum hic edendum titulo teste est *Catalogus Missionum et personarum ad Japoniam et Sinas pertinentium.* Et re quidem vera, dum in eo singularum Missionum, e Macaensi Collegio (earum « capite et seminario ») promanantium, singuli Patres nominatim recensentur, quodammodo Catalogi Brevis locum obtinet. Cumque praeterea recens defunctorum nomina mortisque occasiones referantur, aliquo modo ad genus *Supplementorum* Catalogorum Triennalium accedit. Attamen, tum forma narrationis continuae, singula data in unum jungentis, tum insertis informationibus, brevibus quidem, sed numero non paucis, sive retrospectivis, sive descriptivis, sive geographicis, a Catalogorum proprie dictorum forma discrepat, ita ut loco « Catalogi » potius (ut fit in folio externo documenti, 328v) *Relatio Brevis de Provincia Macaensi. 1646* dici debeat: nam si formam ejus spectas, magis *Relatio* est quam *Catalogus,* Missionum scl. ad Collegium Macaense ut centrum et fundamentum pertinentium, Provinciae Japonicae et Viceprovinciae Sinensis — Provincia enim Macaensis sic vocata nunquam exstitit, nisi forte unio utriusque Provinciae, Japonicae et Sinensis, in aliquorum votis fuerit.

2. *Relatio ista tum temporis, tum loci indicatione, tum auctoris subscriptione caret.* Sed tempus et locus ex ipso documento satis erui posse videntur. Et primum quidem *de tempore* dicemus. Auctor lectorem suum identidem ad Litteras Annuas remittit: ubi enim de Missione regni Laos agit, ad Annuas Litteras anni 1644 provocat; relationi autem de Sinensi Missione finem imponens, ampliorem de ejusdem praesenti statu cognitionem ex Litteris Annuis anni 1645 quaerendam esse concludit. « As mais particularidades se verão na Ânua de 45 », Praeterea, de naufragio P. Gasparis de Amaral et sociorum ejus, anno 1645 [ut auctor ait, sed revera mense Februario 1646] [1] ad regnum Tunkinense se conferentium loquens, lectorem suum ad Relationem P. Andreae Lubelli remittit, qui ex illo periculo vitam salvam habuit, quo complures socii misera morte perierunt. Quae Relatio non multo post eventum a P. Lubelli scripta esse videtur: certo anno 1646 [2], ut ex ipsius textu constat. — Ceterum auctor praesentis « Catalogi », dum varie rebus gestis annum assignat, bis etiam *annum 1646* inducit: nam initio illius anni P. Johannem Cabral cum tribus sociis in Missionem Tunki-

[1] Relação da perdição do Cho de Tunquim, aos PP. e Irmãos da Companhia de JESUS do Collégio de Macao, ex. contemp., *J. 80* 41-44v.

[2] « Passou logo a perdição desta maneira: Aos 22 de Fevereiro do presente anno, dia de 5a feira, partímos de Macao.. »: Relação (vide annot. 1), *J. 80* 41v.

nensem profectum esse dicit (sed falso, nam ille die 13. Januarii 1647 e Macaensi portu solvit)[3]; et eodem anno 1646 Missionem Macassarensem fundatam esse scribit: cujus tamen expeditionis successum auctor ignorat. — Advertimus autem, auctorem non solum *verum tempus itineris Tunkinensis P. Johannis Cabral, sed ejusdem etiam circumstantias, et reditum ad Macaense Collegium ignorare.* De sociis, quos P. Johannes Cabral secum e Macaensi portu eduxit, ipse (de sua visitatione Tunkinensi referens) ait: « Levei comigo os Padres Francisco Rangel e Francisco Figueira pera ficarem na Missão de Tunkim; e os Padres Miguel Boim, Polaco, e João Nunes pera ajudarem na ilha de Aynão. E diante de nos avião já partido pera a mesma Missão de Tunkim os Padres Francisco Montefusculi et Stanislao Torrente, e o Padre Filippe Marini pera dalli passar a Camboja »[4]. Auctor nostri « Catalogi » de duabus (fere ejusdem temporis, ut videtur) expeditionibus unam solam facit; et propter singulorem destinationem, singulos jam in « suis » Missionibus operam dantes inducit. Quod saltem ex parte errori ansam dat. Nam P. Marini per multos annos in Missione Tunkinensi remansit[5]; dum auctor noster eum in Missione Cambojana collocat. — Visitatione Tunkinensis Missionis peracta P. Johannes Cabral Macaum reversus est: mense Majo vel Junio pervenisse videtur[6]; Relatio tamen, qua de sua visitatione refert, die 12. Octobris 1647 subsignata est. Regressum ejus auctor ignorat.

E quibus concludendum erit: *auctorem nostrum nescisse eventus Macaenses saltem a medio circiter anno 1647;* ejusque cognitiones

---

[3] João Cabral — Gen., Relação da visita de Tumquis (!), que dá notícia daquella christandade, Amacao, 12. Out. 1647, lus., 1ª via, charta orient., videtur esse ex. contemp., *J. 80* 49-60v. Ibi legitur: « Partí deste Collégio em treze de Janeiro deste anno de 647 ... »: ib. fol. 50.

[4] Ib., fol. 50.

[5] Phelipe Marino — P. Gio. Luigi Confalonieri, Assistente d'Italia, Tunkin, 1. Giugno 1654, autogr., ital., *J. 80* 86: « Io son già nove anni che sto in questa Missione de Tumkim ... » Rationem autem, cur ab initio in regnum Camboja iter non prosecutus sit, habes in Litteris Annuis Tunkinensibus, scriptis a P. Francisco Rangel, Tunkin, 23. Abril 1647, lus., 1ª via, ex. contemp., *J. 89* 122v; « ... na chegada e residência dos Padres ... Felipe Marino, que por hora aqui fica, hindo pera Camboja, pera onde por falta de embarcação não pode hir. »

[6] Relatio P. Johannis Cabral de sua visitatione Tunkinensi (vid. not. 3): postquam Hebdomadae Sanctae et Paschatis solemnia (quibus in civitate regia interfuit) narravit, mox se inde profectum dicit: « Com isto conclui a visita da Corte ... fui tomar o pataxo duas jornadas da Corte, onde estava acabando de carregar, e porque a detença avia de ser ainda de alguns dias ... Com isto voltei pera o pataxo ... E dando a vela, avistámos a ilha de Aynão em outo ou nove dias ... a fomos correndo de longo, de vagar e não muito afastados da terra ... não tive modo pera desembarcar ... Passada a ilha, avistámos a de Sanchoam ... e salvando-a a honra de São Francisco Xavier. que nella morreo ... nos metemos por dentro, e chegámos a este Macao ... »: *J. 80* 57v-58v. — Dies Resurrectionis illo anno 1647 erat 21. Aprilis. A profectu e civitate, seu aula, regia usque ad adventum in portum Macaensem vix mensis unus elapsus esse videtur.

non e fontibus omni exceptione majoribus haustas fuisse: idque non solum de Missionibus longinquis, sed de rebus in ipsa civitate Macaensi gestis.

3. *De loco compositionis* haec statui posse videntur: Initio textus agitur de Macaensi collegio, quod est Missionum Japoniae et Sinarum « caput et seminarium ». — Deinceps ad Macaensem civitatem omnes Missiones referuntur, dum earum ab illa civitate distantia indicatur. — E Macaensi Collegio proficiscuntur, qui ad varias Missiones tendunt; ad Macaense Collegium regreditur P. Gaspar Luís, ut regat Provinciam Japonicam. — Mediante P. Francisco Sambiasi, « regum » Sinensium amico, commoda non pauca civitati et Collegio Macaensi proveniunt. — P. Adamus Schall e regis Tartarorum aula Macaum litteras scribit. — Haec omnia, etsi certum aliquod argumentum, omne dubium excludens, non contineant, insinuant tamen, *auctorem particulares cum Macaensi civitate et Collegio relationes habuisse;* quod eo confirmatur, quod solum Macai e variis illis Missionibus, et de singulis Patribus Fratribusque, Fidei praeconibus, tot undique notitiae confluere poterant; ita ut documentum nostrum *vel in Collegio Macaensi compositum* esse dicatur, *vel* saltem *epistolas et relationes ex eo provenientes ut fundamentum habere* censeatur. — *Sed in ipso Collegio Macaensi istum « Catalogum » factum non esse*: suadent nuntii de rebus Macai gestis parum accurati: error de tempore profectionis P. Gasparis de Amaral; et de tempore et sociis navigationis P. Johannis Cabral. Idemque suadet modus loquendi documenti nostri: nam de Cochinchina referens, ita habet: « pera onde *estava* de caminho o Padre Carlos da Rocha »; neque enim facile intelligitur, cur auctor, si Macai degeret, non diceret: « pera onde *está* de caminho »; ac similiter, dum de regno Laos loquitur: « pera onde *estava* avisado o Padre Francisco Rivas, Napolitano »: cur enim Macai non diceret: « está avisado »! Illud enim verbum « estava » certum aliquod ac determinatum tempus indicat: illum temporis limitem, usque ad quem notitiae auctoris pertingebant: quasi diceret: cum proficiscerer e portu Macaensi; vel: cum ad me mitterentur litterae, quibus documentum meum innititur. — Atque haec videtur esse conclusio, quae ex ipsius textus examine sequi videtur. Quam ex scripturae seu manūs recognitione confirmari mox ostendemus.

4. Nam quaestio de tempore et loco compositionis cum alia illa intime cohaeret: *quis scl. praesentem « Catalogum » seu « Relationem » scripserit et composuerit, et ad quem documentum suum destinaverit.* — Et primum quidem, manum scribentis, variis investigationibus adhibitis, tandem cognovimus: est enim *manus P. Petri Marques,* filii Vincentii Marques, lusitani, et nobilis feminae japonicae, Sabinae Ōgi; qui in civitate Nagasaki natus, sed mox, parentibus orbatus, puer Macaum venisse videtur: Macai ipse et Frater ejus major natu Franciscus in Societatem ingressi sunt (anno c. 1631/32). Post novitiatum, Macai per 2 annos litteris humanioribus addiscendis operam dedit, ibique Septembri 1635 philosophicis studiis occupatus recensetur; tres autem annos philosophiam audivit. Incerto tempore, sed per quattuor annos, linguam latinam docuit; ac similiter quattuor annos theologicis studiis

tribuit [7]. Die 7. Octobris 1644 etiam tum e Collegio Macaensi Relationem de expeditione japonica P. Antonii Rubino et sociorum (inter quos ipsius P. Petri Marques jun., de quo agimus, frater germanus), alteramque Relationem de itinere japonico P. Petri Marques sen. et sociorum ad Praepositum Generalem mittit [8]. Incerto tempore *inter diem 7. Octobris 1644 et mensem Novembrem 1647 in Indiam se contulit;* Novembri 1647 in Domo Probationis Goana munere ministri fungitur [9]; cum Catalogo teste tunc nullus praeter Magistrum Novitiorum Pater in Novitiatu adesset, ipse simul officium Socii Magistri Novitiorum exercuisse videtur. Mense Novembri anni 1648 in Missione Salsete linguam addiscit [10]; Septembri 1649 in districtu Tana (India) curae animarum operam dat [11]. Sed inde Macaum revertitur (probabiliter mense Aprili 1650 Goã profectus) [12]; nam teste Catalogo anni 1650 [13] (facto post mensem Julium ejus anni) [14] jam in collegio Macaensi munere ministri fungitur. Testante eodem Catalogo (1650) [15] P. Petrus Marques biennio fuerat socius Magistri novitiorum; id probabiliter in Novitiatu Goano: unde sequeretur eum saltem anno 1646 in Indiam advenisse. Post annum 1650 per multos annos in Catalogis Provinciae Japonicae recensetur [16].

Cum et eventus Macaenses in « Catalogo » commemorati usque ad initium anni 1647 pertingant, sed ante medium annum 1647 desinant; et attento examine textus suadeatur documentum non esse Macai factum: *concludimus: P. Petrum Marques vel anno 1647, vel 1648, e Macaensi collegio epistolas accepisse, iisque innixum, antequam ex India discessit, « Catalogum » istum scripsisse.* En habes hominem cum Macaensi

---

[7] Videas vitam ejus inter *Biographias.*

[8] « Relação breve do gloriozo martírio que o Padre António Rubino da Companhia de JESU, Vizitador da Província de Jappão e China, padeceo em Nangasaqui, cidade do reyno de Jappão, com mais quatro Padres da mesma Companhia e quatro pessoas seculares em Março de 1643 ». — « Relação da viagem do Padre Pero Márquez, Provincial de Japão, e mais companheiros: de sua chegada e prizão naquelle reyno o anno de 1643 ». — Hae duae relationes sub uno titulo externo: « Relação dos Mártyres de Japão, do anno de 1643 »: *J. 29 II* 264-294 c v = 2a via, ex. contemp.; *J. 29 II* 295-328cv = 3a via, ex. contemporaneum.

[9] Vid ejus vitam inter nostras *Biographias.*

[10] Ib.

[11] Ib.

[12] Cum etiam mense Septembri 1649 Catalogo Indiae Orientalis inscriptus sit, non videtur statim profectus esse; ceterum post mensem Septembrem venti navigando propitii (« monção ») Malaccam versus terminum habebant; neque ante Aprilem sequentis anni naves Goã Malaccam petentes abibant: cf. SCHÜTTE, *Valignanos Missionsgrundsätze für Japan I, 1,* p. 125. — Eum anno 1650 Goã profectum esse Macaum: P.o de Mesquita — Francisco de Távora, Assist., Goã, 25. Dezembro 1655, *J. 64,* 317v.

[13] Vide infra, *Doc. 93.*

[14] Vide introductionem nostram ad illum Catalogum.

[15] Vide infra, *Doc. 93.*

[16] Usque ad annum 1669 (inclusive) in Catalogis Provinciae Japonicae (*J. 25*) apparet.

civitate et Collegio multis nexibus conjunctum, qui, in India versatus, fontibus e Macaensi portu ad eum delatis, Documentum exaravit.

Manus P. Petri Marques jun. identidem in illius temporis scriptis nobis occurrit. Ipse confecit *Instrumentum* quoddam *de causis persecutionis in Cochinchina,* excussis testibus ante Vicarium et Comissarium Fratrum Praedicatorum, Commissarium S. Officii in regno Siam, mensibus Majo et Junio 1665: sed etsi nomen ejus, postulantis Instrumentum, ibi legitur, tamen subscriptio deest [17]. Exstat autem *epistola autographa* P. Petri Marques ad P. Josephum Tissanier S. J., Superiorem Residentiae in regno Siam, scripta in Faifo, die 28. Martii 1670, munita subscriptione et sigillo; quae postea Romam missa est [18]. De manu ergo, quae nostrum « «Catalogum » scripsit, nullum relinquitur dubium.

5. Ad quem autem « Catalogus » noster, sive « Relatio », destinatur? Aliquam allusionem in ipso textu habes: « O 2º que nesta [Missão de Cochinchina] trabalhou muito com grande honra de Deus e da Companhia, foi o Padre Alexandre Rhodes, de nação Francês, varão verdadeiramente apostólico; não digo mais delle, *porque V. R. o conhecera em Portugal* ». — Aliud quoque indicium e textu hauriri potest: nam ille, ad quem dirigitur, ad Litteras Annuas e Missionibus regni Laos et Sinarum vel jam missas vel mittendas accessum habere poterat, et ad Relationem (seu potius extractum ex ea) P. Andreae Lubelli de suo ac sociorum naufragio, quod passi sunt die 26. Februarii 1646, cum in Cochinchinensem Missionem sese conferrent (« Relação da perdição do Cho de Tunquim, aos PP. e Irmãos da Companhia de JESUS do Collégio de Macao »): « as mais particularidades se podem ver *em hum extracto que o mesmo Padre manda a Roma* ». —

Sed allusiones istae nimis incertae sunt, neque personam, ad quam « Catalogus » dirigitur, satis declarant; *suspicamur* agi de Assistente Lusitano in Curia S. J. Romana.

6. *Brevis descriptio documenti.* Duobus foliis chartae europaeae continetur, quae 20,9-21,2 cm. lata, et 30, 9-31,3 cm. alta sunt: *J. 161 II* 327-328v. Fol. 328 vacat; in fol. 328v nonnisi verba sequentia leguntur: « Relação breve da Província de Macao. 1646 ». Textus totus eãdem manu (P. Petri Marques) scripta est; sed verba fol. 328v ab alia manu videntur addita. In recenti restauratione paginae 327, 327v, 328v integrae, pagina vero 328 ex parte, coopertae sunt levissimo strato holoserico. Documentum aliquando bis linea horizontali, deinde semel verticali, plicatum fuit. Nullum signum alicujus sigilli invenitur.

---

[17] *Instrumentum* originale, lus., exstat in *J. 70* 222-229v: manus P. Petri Marques fol. 222-227v.

[18] *J. 68* 131-132v.

Textus

J. 161 II 327-328v

†

Catálogo das Missoins e sogeitos que pertencem
a Japão e China
[1646]

Residem sempre no Collégio de Macao, cabeça e seminário, donde se crião os sogeitos de Japão, 60 sogeitos [1], pouco mais ou menos. Há nelle classes seguintes: 1ª e 2ª; Curso; duas liçoins de theologia, e huma de moral: hé Universidade [2]. Aqui residem os Visitadores, pera resolverem as dúvidas que vêm das Missoins; e os Provinciais de Japão, em quanto elle esta fechado, e não vão vizitar sua Província. A Japão pertencem as Missoins sequintes:

Tunquim, Cochinchina, Camboja, Laos, e Macassar: que todos são reinos, e a celebrada ilha de Aynão [Hainan] polla pescaria de pérolas, que dista da terra firme da China 10 léguas, pouco mais ou menos. Convertérão os Padres em TUNQUIM cento e oitenta mil almas [3]. Nelle trabalhão os sugeitos seguintes:

O P.e Jerónimo Mayórica, Italiano; Felis Morelli, Romano; Onúfrio Borges, Helvético; Paulo Callopresi, Callabrês; Stanislao Torrente, Italiano; Martim Coelho, António de Fontes, Manoel Cardoso, Portuguezes. — No anno de 45 hia pera lá o P.e Gaspar de Amaral cum huma missão numerosa de sugeitos escolhidos: todos fizerão miserável naufrágio [4] junto à ilha de Aynão, escapando milagrosamente o P.e André Lubelli sem saber nadar; as mais particularidades se podem ver em hum *extracto*, que o mesmo Padre manda a Roma; os nomes dos Padres mortos são estes: o P.e Gaspar de Amaral, sinco annos Viceprovincial de Japão e juntamente Reitor do Collégio de Macao, perfeito religioso, acabado Superior; Francisco Ascánio, António Costantino, Italianos;

3 1646] *de recente add.* || 12-13 pescaria] ria *add. sup. lin.* || 16 *In marg. add.:* Fundadores da Missão de Tonquim o P.e Pero Marques, Português, e o P.e Alexandre de Rhódez, Francês de nação. || 21-22 escapando] ca *add. sup. lin.*

[1] Cf. de numero sociorum in Collegio Macaensi 1594-1655 opus nostrum *Introductio*, pp. 383-386.

[2] Cf. Domingos MAURÍCIO GOMES DOS SANTOS, *Macau, Primeira Universidade Ocidental do Extremo Oriente* in: ANAIS, *Academia Portuguesa da História*, II. Serie, Volume 17 (Lisboa 1968), pp. 201-237.

[3] Vid. Schema VIII: Socii in Missione Tunkinensi 1626-1654, cum numero baptizatorum, in opere nostro *Introductio* pp. 404-407. Ubi numerum omnium Christianorum pro annis 1642, 1652, 1655 compares. — Cf. *Doc. 89.* (150 000 Christiani).

[4] Vid. supra, Prologum ad hoc Doc., Adnot. 1.

João Ignácio, Polaco; Pero Alberto, Valentim Nogueira. — Morrérão em Tunquin[5] os Padres seguintes: o P.e João Baptista Bonelli, Milanês, hindo en descobrimento dos Laos, faleceo nos confins de Tunquim[6]; o P.e Bernardino Regio[7] e o P.e Joseph Mauro, depois de saber a língua muito bem[8]. — Há na corte de Tunquim hum Collègiosinho, aonde estão 40, ou mais catequistas[9] que vivem de esmolas dos naturais: são admitidos nelle os mais abalizados sugeitos em virtudes e letras pello Superior da Missão. Estão sugeitos a hum dos mais virtuosos, posto pello P.e Superior, e todos elles ao Superior. Depois de experiência de muitos annos fazem voto de obediência, castidade, e pobreza; estes correm quasi todo o reino por ordem do Superior da Missão com excessivo fruito das almas. No princípio do anno de 46[10] partio pera aquella Missão o P.e João Cabral por Visitador, e com os Padres Francisco Montefusculi, Francisco Figueira, e Francisco Rangel, Portuguezes. Hé reino farto e rico, há muitas minas de metais, hé abundante de seda: aonde vão comercear os Olandezes e Portuguezes; os naturais pobres polla tyrania dos mandarins; dista de Macao 7 ou 8 dias athé a barra, e da barra athé a costa outros tantos.

30 dos] s *add. sup. lin.;* do *vid. corr. ex* de *vel* da ‖ 33 40] *secundum graphiam legi etiam posset* 400; *at quod sequitur post* 40 *non est* 0 *sed virgula, habens formam quasi semi-circuli.*

[5] Post alios, die 6. Junii 1644, in Tunking obiit P. Thomás Rodríguez: *Introductio,* p. 406.

[6] *Principio da Missão de Tunkim e progressos della*: *J. 88* f. 8v: P. J. B. Bonelli in itinere ad Laos, die 4. Nov. 1638, jam prope eorum confines, succubuit. — Cf. *Introductio* p. 405. — De P. J. B. Bonelli cf. *Doc. 89,* Adnot 69.

[7] P. Bernhardinus Regio nocte inter 23. et 24. Maji 1634 in regno Tunkinico obiit: *J. 88,* f. 4v (vid. documentum in Adnot. praecedenti allegatum). — Cf. *Introductio* p. 405. — Praeterea: *J. 85a I* 2v.

[8] Die 26. Septembris 1639 in regno Tunkinico P. Joseph Mauro obiit: *J. 88,* f. 9 (vid. documentum in Adnot. 6 cit.). — Cf. *J. 85a III* 6-6v. — *Introductio,* p. 406.

[9] De Instituto Catechistarum Tunkinensium habes Relationem originalem P. Gasparis de Amaral, Tunkim, 25. Martii 1637, in Bibl. R. Acad. Hist., Matriti, *Jes. Leg. 21 Bis* ff. 31-38v, cum Catalogo Catechistarum. Vid. descriptionem istius documenti in opere nostro *El «Archivo del Japón»* pp. 296-297. — Ejusdem P. Gasparis de Amaral Relatio originalis, Tunkim, 27. Martii 1638, in *J. 88* ff. 348-355v exstat: ubi Catalogus Catechistarum 7 'professos', 20 Catechistas 'approbatos', 9 'novitios', 5 'coadjutores temporales' = 41 comprehendit. Instituti illius fundatio ad annos 1627/30 ascendebat. Conditiones: matrimonio non jungi; ex eleemosynis vivere, sine proprietate; totam vitam servitio Ecclesiae et praedicationi Evangelii mancipare. Votis religiosis (vel juramento) sese obligabant. Cf. Gio. Fil. Marini, *Delle Missioni de' Padri della Compagnia di Giesu,* Roma 1663, Lib. II, Cap. III, pp. 183-188.

[10] Re vera die 13. Januarii 1647: vid. supra: Adnot. 3 ad prologum hujus doc.

A christandade de *Cochinchina*[11] foi antigamente muito florente; trabalhavão nella 10 Padres; por causa da perseguição forão todos desterrados pera Macao, ficando lá o P.e Gaspar Luís, disfarçado, 14 annos, aonde padeceo infinito por sua fermosa Rachel, deixando grande fama de virtude, veyo pera Macao pera governar a Província de Japão[12]. O pay desta Missão foi o P.e Francisco Busomo[13], Neapolitano, varão verdadeiramente em tudo eminente; faleceo em Macao, vindo à Congregação Geral. O 2º que nella trabalhou muito com grande honra de Deus e da Companhia foi o P.e Alexandre Rhodes, de nação Francês, varão verdadeiramente apostólico; não digo mais delle porque V. R. o conhecera em Portugal. Está nesta Missão o P.e Metello Sacano mui bem /327v/ quisto do rei e dos christãos por sua excelente condição; pera onde estava[14] de caminho o P.e Carlos da Rocha. O número dos christãos será 30 athé 40 mil. Dista de Macao 3 dias de caminho por mar; também se pode hir por terra por via de Tunquim.

Em *Camboja*[15] estiverão sempre 2 athé 3 Padres. Agora estão os Padres seguintes: o P.e Felipe Marinho, Italiano, e João Borges, Português. Há pouca esperança da conversão dos naturaes, por serem mouros. Porém os Padres estão neste reino por concorrerem muitas naçoins: Portuguezes, Castelhanos, Olandezes, e Chinas. Há alguns Japoins christãos[16]. Hé caminho pera os Laos. Dista de Macao 15 dias.

---

48 10] *ita legendum, non* 20, *ut ex comparatione graphiae utriusque numeri* (1 *et* 2) *paulo inferius in textu sufficienter patet*

---

11 De numero sociorum in Missione Cochinchinae 1615-1654 vid. *Introductio* pp. 399-403: ubi etiam fontes breviter indicantur.

12 P. Gaspar Luís ex oppido Portel, archidioeceseos Eborensis, die 15. Maji 1602 Societatem Jesu Eborae ingressus, anno 1618 in Indiam profectus est. Mense Novembri 1624 e Collegio Macaensi ad regnum Cochinchinae navigavit (*J. 18 I* 42v) et mense Decembri 1624 advenit (*J. 68* 36). Mense Jaunario 1638 e Collegio Macaensi ad eum Litterae Patentes missae sunt, quibus Rector Collegii Macaensis et Viceprovincialis Provinciae Japonicae constituebatur: quibus acceptis illico, proxima navigatione, anno 1638 Macaum se contulit (*J. 18 I* 195). Vid. ejus vitam in vol. nostro *Biographiae* (in praepar.). — Cf. supra, *Doc. 89*, Adnot. 73 (ad textum).

13 Die 6. Januarii 1615 P. Franciscus Buzomo, Neapolitanus, a Provinciali P. Valentino Carvalho cum 2 sociis in Cochinchinam missus est, ut ibi novam Missionem fundarent: *J. 16 II* 174; *J. 17* 20; *J. 114* 4v. Qui die 1. Julii 1639 (postquam a die 9. ad diem 22. Septembris 1638 in Collegio Macaensi Congregationi Provinciali Japoniae interfuit: *Congr. 66* 367 = supra, *Doc. 87*) Macai defunctus est: *AHU 1659*, fol. 105v. Vid. ejus vitam in nostro vol. *Biographiae* (in praepar.).

14 'estava': vid. supra, prologum ad hoc Doc., sub 3.

15 De Missione in Camboja vid. supra, *Doc. 89*, Adnot. 7.

16 De Japonensibus ibi viventibus vid. librum cl. historiographi Iwao Seiichi, quem supra, *Doc. 89*, Adnot. 24 (ad textum), adhibuimus.

O reino dos *Laos*[17] confina com Tonquim, Camboja e Siam. O demais se verá na Ánnua de 44. Há pouco que se abrio esta Missão com a indústria do P.e João Maria Leria,[18], Italiano. O P.e Hurando[19] se vio com elle, a volta pera Macao, morreo nos confins de Cochinchina; pera onde estava avizado o P.e Francisco Rivas, Neapolitano.

Em *Aynão*[20] estão os Padres seguintes: o P.e Bento de Mattos, João Nunes, Portuguezes; Miguel Buim, Polaco; André Lubelli, Italiano. Há grande esperança de muita christandade. Haverá nella athé mil christãos. Hé ilha fertil e abundante de tudo. Hé huma despensa da província de Cantão, ou celeiro, como a Sicília de Roma. Dista de Macao 24 horas por mar.

A Missão de *Macassar*[21] comessárão o anno de 46. Athé agora não sabemos o que têm lá feito. Lá estão os Padres: João Monteiro e Manoel de Miranda, Portuguezes. Há nelle grande contrato dos Portuguezes, Olandezes, Ingrezes, Castelhanos.

Na *Viceprovíncia de China,* estão os Padres seguintes: Júlio Aleni Florentino; Jerónimo Gavina, Siciliano; Pero Caminari, Genovês; Tranquillo Gracesi, Lombardo; João Nicolao Esmoguleschi, Polaco; Martino Martinis, Tridentino; António de Gouvea, Simão da Cunha, Pero Ribeiro, Manoel Dias, Portuguezes. Todos estes estão na Província do Sul. Na do Norte os Padres seguintes: João Adamo, Alemão; Luís Búllio, Ciciliano; Francisco Brancato, Italiano; Pero Fábio, Francês; Francisco Ferraris, Italiano; Miguel Valta, Austríaco; Francisco Furtado, Ignácio da Costa, Joseph de Almeida, Gabriel de Magalhains, Portuguezes, e quatro Irmãos Coadjutores, todos letrados na língoa sínica. — Estes 3 annos ouve fraca christandade por causa das guerras entre Tártaros e Chinas. O número dos baptizados será athé 70 mil. O P.e Francisco Sambias[22] está na Província do Sul, mui estimado dos naturaes, e

89 Tridentino] *seq.* Francisco Furtado *del.*

[17] De Missione apud Laos: vid. supra *Doc. 89,* Adnot. 11 (ad textum).

[18] P. Johannes Maria Leria anno 1642 primum in regnum Laos penetravit. Vid. de eo *Doc. 89,* Adnot. 70 (ad textum).

[19] P. Hyacinthus Urando, Romanus; sec. SOMMERVOGEL IV 531 natus est anno 1611, Societatem ingressus die 2. Julii 1625. Qui in Indiam anno 1641 profectus est: FRANCO, Cat.; WICKI, *Indienfahrer* (Vrando). In Cochinchina die 11. Octobris 1647 obiit (Sm, l. c.) — De ejus morte: cf. Gio. Fil. de MARINI, *Delle Missioni de' Padri della Compagnia de Giesv,* ed. cit., p. 527.

[20] Missio in insula Hainan anno 1633 fundata est: vid. de ea supra, *Doc. 89* Adnot. 10.

[21] A. F. CARDIM, *Batalhas,* ed. cit., pp. 283-286. — Gio. Fil. de MARINI, *Delle Missioni de' Padri della Compagnia di Giesu,* Roma 1663, pp. 420-424: Della Missione dell'Isola di Macassár. Cap. IX.

[22] De P. Francisco Sambiasi: PFISTER, nr. 40. — Vid. documenta ab eo et pro eo data: in opere nostro *El « Archivo del Japón »,* pp. 276-277.

de dous reis chinas que morrérão. Do prezente também hé muito favorecido, donde vem grande proveito à cidade de Macao e ao Collégio. O P.e Adamo [Schall] está com o rei tártaro muito bem quisto e lhe faz muitas honras, como o mesmo Padre escreveo a Macao. Morreo o P.e Jácome Rho [23], grande sogeito, e o P.e Nicolao Fiva [24]. As mais particularidades se verão na Ánnua de 45.

/328 vac./ 328v: *Relação breve da Provincia de Macao. 1646.*

92

PRIMUS CATHALOGUS PATRUM ET FRATRUM SOC. JESU, QUI SUNT IN PROVINCIA JAPONENSI, FACTUS ANNO 1648

1. Ab anno 1635 usque ad annum 1648 Catalogi (proprie dicti) Provinciae Japonicae omnino deesse videntur. Quapropter, post Relationem Brevem anni 1646, quae a veri nominis Catalogo differt (etsi talis in titulo vocatur), jam ad Catalogum Primum Provinciae Japonicae anno 1648 conscriptum transimus.

2. Unum quod novimus exemplar Catalogi Primi anni 1648 exstat in ARSI, *J. 25*, 144-148v. Continetur quinque foliis chartae europaeae, quae 27, 5-8 cm. in altum, 20, 1-7 cm. in latum extenduntur. Notandum est, in primo folio (144) atramento bruni coloris (diverso a textu Catalogi) haec sola verba scripta esse: « Japponicae [Provinciae] / Catalogus / 1648 ». Fol. 144v vacat. Signum chartae hujus folii (144) inhaerens (filigrana, italice) differt a charta textus Catalogi. In summa pagina 145 legitur titulus, quem supra, ut titulum hujus introductionis, posuimus. Praeterea in angulo dextero notatur via: « 1a via ». Catalogi paginae 9 lineis verticalibus et 11 horizontalibus ita divisae sunt, ut, a summa pagina ad infimam decies, 8 spatia juxtaposita lineis inclusa oriantur, quibus informationes inscriptae sunt. Octo spatia, in summo capite posita, titulos continent, hoc modo:

Nomen Cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis	Tempus studiorum	Ministeria	Gradus

In margine sinistro nominibus numeratio juxtaponitur, quae ab 1 usque ad 58 excurrit; scl. fol. 145: 1-9; fol. 145v: 10-18; fol. 146: 19-26; fol. 146v: 27-35; fol. 147: 36-42; fol. 147v: 43-51; tandem fol. 148: 52-58. Post numerum 20 (fol. 146) 8 spatia juxtaposita vacant, et loco nomi-

106 *Haec verba alia manu, ut videtur, et forsitan Romae, add.*

[23] PFISTER, nr. 55: P. J. Rho mortuus Pekini, die 26. Aprilis 1638.
[24] PFISTER, nr. 83: P. N. Fiva anno 1640 in Sinis obiit.

nis in primo spatio legitur: « In regno Tunquinensi ». Similiter post informationes num. 37 octo spatia vacant, et absoluto num. 38, primo spatio, loco nominis legitur: « Fratres Coadjutores ». In capite fol. 148, post parvam crucem, ponitur subtitulus: « Infrascripti pertinent ad Viceprovinciam Sinensem, licet in Colegio Macaensi ». Eādem pagina, post num. 54, vacantibus ceteris septem spatiis, inscribitur: « Fratres Coadjutores ». Tandem, post ultimum numerum, scl. 58, vacantibus ceteris spatiis, paenultimo continetur *subscriptio autographa* Provincialis Sebastiani d'Amaya. Pagina autem 148v, etsi lineis divisa in eadem spatia sicut praecedentes, de cetero vacat.

3. Ut ex dictis patet, Catalogus est originalis, a Provinciali subsignatus et Romam missus. Auctor ergo est Provincialis, sive sensu stricto (uti ex subscriptione praesumitur) eo quod ipse Catalogum per se exaraverit, vel saltem sensu latiore, eo quod Catalogus ipso jubente et adprobante confectus sit.

4. Tempus vero compositionis si quaeras: annus indicatur 1648, mensis tacetur. Sed attente hanc seriem nominum cum Annuis Litteris die 15. Octobris 1648 a P. Balthasare Caldeira Macai subsignatis [1], et cum elencho Patrum Fratrumque Macai defunctorum et in ecclesia Collegii conditorum [2] comparantes, ab Octobri 1647 usque ad Octobrem 1648 (secundum Litteras Annuas), vel etiam toto anno 1648 (secundum praedictum elenchum defunctorum), 6 socios in Collegio Macaensi ex hac vita migrasse discimus, hoc ordine chronologico:

Fr. Felippe Diniz	21. Novembris 1647
P. Manoel Pacheco	29. Novembris 1647
Fr. Belchior da Gama	6. Januarii 1648
Fr. João de Chaves	31. Martii 1648
Fr. Manoel de Andrade	13. Junii 1648
Fr. João Bras	22. Junii 1648

Qui omnes in praesenti Catalogo *jam desunt*. Propterea sine dubio Catalogus post eorum mortem, et quidem *post mortem ultimi, i. e. post 22. Junii 1648*, compositus est.

[1] Litterae Annuae Provinciae Japonicae, ab Oct. 1647 ad Oct. 1648, auctore P. Balthasare Caldeira: Titulus externus (non exactus): *Ánnua da Província de Jappão do anno de 1647 - até todo o anno de 1648*. Titulus internus initio textus: *Ánnua da Província de Japão, que começa por Outubro do anno de 1647 até o seguinte em que estamos, de 1648* = P. Baltezar Caldeira — Gen., Macao, 15. Out. 1648, orig., vel exempl. contemporan., lus., 2a via, *J. 64* 248-269v. In istis litteris, de sociis Macai eo anno defunctis agitur fol. 259v-261. Dempto primo, i. e. Fratre Felipe Diniz, de aliis quinque fit breve elogium funebre, sed ordo, quo inter se sequuntur, non est chronologicus: scl. post P. Emmanuelem Pacheco enumerantur: Fr. Belchior da Guama; Fr. João de Chaves; Fr. João Bras; Fr. Manoel de Andrade; mortis occasio vel causa indicatur quidem, diei tamen et mensis obitūs mentio non fit.

[2] Lisboa, Arquivo Histórico do Ultramar, *ms. 1659*, fol. 101-104: *Dos deffunctos da Companhia que estam enterrados nesta igreja* [de Macao], 1579-1747; ibi fol. 106-106v notantur defuncti, de quibus diximus, addito die et mense et anno mortis.

Sed praeterea, quo die singuli (vel saltem multi, cum de aliquibus nos lateat) *ultima vota* emiserint, tum e Catalogis subsequentibus, tum e documentis originalibus Romae asservatis constat; atqui in praesenti Catalogo complures socii ultima vota emisisse dicuntur, quos intra annum, de quo agimus i. e. ab Octobri 1647 usque ad Octobrem 1648, vel etiam usque ad finem anni 1648 ea prompsisse ex aliis fontibus discimus. Sunt autem saltem hi tres:

Frater Coadjutor Matthaeus Vaz,	2. Dec. 1647 [3]
P. Metellus Saccano, Prof. 4 vot.,	29. Septembris 1648 [4]
Frater Coadjutor Franciscus Dias,	29. Septembris 1648 [5]

Quorum vota in Catalogo inscripta sunt, tacitis tamen die et loco nuncupationis; neque ulla apparet ratio critica, cur ea postea adjuncta, non simul cum Catalogo scripta judices. Inde vel diem compositionis Catalogi *post diem 29. Septembris 1648*, seu ultimo trimestri hujus anni, quaerere oportebit; vel etiam antea, quando tamen de futura votorum emissione jam constabat.

5. Verba, quae, ut superius diximus, in folio 144 leguntur, Romae scripta sunt [6]. Correctio autem, quae fol. 145 in informatione de P. Antonio Ferreira facta est (deleto numero 6, substitutus est numerus 9) videtur ab ipso auctore P. Sebastiano d'Amaya introducta esse [7].

---

3 De ultimis votis Fr. Matthaei Vaz vide, Cat. I. Japon. 1650, *J. 25* 153v., infra *Doc. 93.*

4 De professione solemni P. Metelli Saccano cf. in eodem Cat. I. Japon. 1650, *J. 25* 152 (infra, *Doc. 93*); documentum originale; *Lus. 6* 206, 207.

5 De ultimis votis Fr. Francisci Dias nihil jam in Cat. I. Japon. 1650: nam Frater ille, mortuus die 5. Jan. 1650 (AHU, *ms. 1659* [cf. supra annot. 2] fol. 107), in illo Catalogo non amplius recensetur. Sed documentum originale votorum ejus habes in *Lus. 28* 118.

Notandum est, P. Emmanuelem Cardoso non die 31. Maji 1648 (ut in Cat. I. Japon. 1650, *J. 25* 152), sed die 23. Maji 1649 (ut in documento originali, *Lus. 6* 237, 238/8v) ultima vota emisisse. — Neque P. Onufrium Borges die 31. Martii 1648 (ut in eodem Catalogo, *J. 25* 152), sed die 23. Maji 1649 (ut ex originali documento, *Lus. 6* 239, 240 patet) solemnem professionem nuncupasse constat. Quod in margine ad informationem de P. Onufrio Borges alia manu, alio atramento, in ipso Catalogo anni 1650 notatum est.

6 Manus ista in adnotationibus, quae in Curia Romana S. J. singulis documentis inscribi solebant, eo tempore frequenter occurrit, e. g. in vol. *J. 161 II*: ubi praesertim conferantur fol. 297v 341v 342v.

7 Atramentum, quo correctio facta est, idem videtur ac quod a Catalogi auctore pro subscriptione adhibitum est; cf. etiam *J. 25* 149 (ad num. 7).

92

J. 25 144-148v
Fol. 145

1a via

†

PRIMUS CATHALOGUS PATRUM ET FRATRUM SOCIETATIS IESU QUI SUNT IN PROVINCIA IAPONENSI, FACTUS ANNO 1648.

Nomen Cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis	Tempus studiorum	Ministeria	Gradus
Pater Emanuel de Azevedo, Visitator	Visensis	Annum agit 70	Valetudo infirma	Fuit in Societate annis 53	Absolvit studia	In missionibus Maluco, Macassa, Solor; Rector, Praepositus, Provincialis; Visitator.	Professus 4 votorum
P. Sebastianus d'Amaya, Rector Collegii et Provincialis	Olisiponensis	Annum agit 50	bona	31	Absolvit studia, docuit rhetoricam et Sacram Scripturam	Inter Bracmanes annis 3; Rector, et Provincialis Japonensis	Professus 4 votorum
P. Vincentius Ribeiro	Oeirensis	73	infirma ob senium	68	Absolvit studia, docuit grammaticam et theologiam moralem	In Japonia minister Collegii et Rector Seminarii	Professus 4 votorum
P. Franciscus Taveira	Amacaensis	74	infirma	52	Absolvit studia		Professus 4 votorum
P. Joanes Cabral	Trancosensis	50	bona	34	Absolvit studia	In missionibus Thibet et aliis; Rector, et Viceprovincialis Japonensis per annum	Professus 4 votorum

	Nomen Cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis	Tempus studiorum	Ministeria	Gradu
6	P. Antonius de Fontes	Goueensis	59	bona	44	Absolvit studia	In missionibus Tunquinensi et Cochinchinensi	Professu votorun
7	P. Antonius Ferreira	Olisiponensis	44	mediocris	28	Absolvit studia, docuit theologiam [a] 9 annos	Minister Collegii et praefectus ecclesiae	Professu votorun
8	P. Franciscus Carvalho	Olisiponensis	80	infirma	65	Audivit theologiam moralem		Coadiut spiritua formatu
9	P. Georgius Núnez	Olisiponensis	55	bona	35	Audivit theologiam moralem	Procurator Provinciae Japonensis	Coadiut spiritua formatu
145v								
10	P. Balthasar Caldeira	Amacaensis	40	Valetudo robusta	23	Absolvit studia, docuit litteras humaniores et theologiam moralem	In missionibus Mogor et Tunquin ; minister Collegii	Professu votorun
11	P. Metellus Sacano	Messanensis	39	robusta	19	Absolvit studia, docuit litteras humaniores	In missione Cochinchinensi	Profess votorun
12	P. Thomas Valguarneira	Panormitanus	40	bona	21	Absolvit studia	Minister collegii Goensis, Procurator Provinciae Japonensis	
13	P. Franciscus Rivas	Neapolitanus	42	mediocris	23	Absolvit studia		
14	P. Carolus de Rocha	Allobrox	36	robusta	20	Absolvit studia, docuit litteras humaniores		

	Nomen Cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis	Tempus studiorum	Ministeria	Gradus
15	P. Dominicus Carvalho	Olisiponensis	31	robusta	20	Absolvit studia, docuit gramaticam		
16	P. Emanuel Pinheiro	Beirensis	32	robusta	15	Nondum examinatus ad gradum		
17	P. Conçalvus de Fonseca	Interamnensis	34	robusta	15		Docuit grammaticam	
18	P. Aloysius Pinheiro	Conimbricensis	38	robusta[b]	Iterum admissus 4 [c]	Absolvit studia	Docuit gramaticam	/ 146
19	P. Duartes Ferreira	Amacaensis	55	Valetudo mediocris	7	Audivit theologiam moralem	Docuit pueros legere et scribere	
20	P. Balthasar Citadela	Lucensis	46	bona	26	Absolvit studia	Pater christianorum	Professus 4 votorum
	IN REGNO TUNQUINENSI							
21	P. Emanuel Cardoso, Superior	Portuensis	38	bona	20	Absolvit studia	In missione Tunquinensi annis 6	
22	P. Hieronymus Mayorica	Neapolitanus	60	bona	46	Absolvit studia	In missionibus Cochinchinensi, Macassa, Tunquinensi annis 26	Professus 4 votorum
23	P. Felix Morelli	Romanus	44	bona	26	Absolvit studia, docuit litteras humaniores	In missione Tunquinensi annis 12, fuit Superior Missionis	

	Nomen Cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis	Tempus studiorum	Ministeria	Gradus
24	P. Martinus Coelho	Eborensis	43	bona	24	Absolvit studia	In missione Tunquinensi annis 12	
25	P. Franciscus Rangel	Portuensis	40	bona	20	Absolvit studia, docuit philosophiam et theologiam moralem et scholasticam	In missione Tunquinensi annis 2	Professus 4 votorum
26	P. Franciscus Fighera	Eborensis	34	bona	18	Absolvit studia	In missione Tunquinensi annis 2	/ 146v
27	P. Philippus Marino	Genuensis	44	bona	25	Absolvit studia	In Missione Tunquinensi annis 2	
28	P. Onufrius Borges	Helvetius	40	bona	20	Absolvit studia, docuit grammaticam	Minister collegii, in missione Tunquinensi annis 5	
29	P. Franciscus Montefuscoli	Neapolitanus	39	infirma	19	Absolvit studia	In missione Tunquinensi annis 2	
30	P. Stanislaus Torrente	Urbevetanus	35	robusta	16	Absolvit studia	In missione Tunquinensi annis 2	
31	P. Andreas Lubelli	Neapolitanus	39	bona	19	Absolvit studia	In missionibus Salsetana, Haynanensi, Tunquinensi annis 6	
32	P. Joanes Núnez	Montemorensis	35	robusta	16	Nondum examinatus	In missionibus Haynanensi et Tunquinensi annis 3	

	Nomen Cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis	Tempus studiorum	Ministeria	Gradus
33	P. Michael Boym	Polonus	36	robusta	19	Absolvit studia	In missionibus Haynanensi et Tunquinensi annis 3	
34	P. Benedictus de Mattos in insula Haynam	Videguerensis	54	bona	33	Absolvit studia	In missionibus Sinensi, Cochinchinensi, Haynanensi annis 25	Professus 4 votorum
35	P. Joannes Maria Leria in regno Laoensi	Sabaudus	53	bona	33	Absolvit studia	In missionibus Cochinchinensi et Laoensi annis 12	Professus 4 votorum / 147
36	P. Joseph Agnes in regno Camboyae	Neapolitanus	36	Valetudo mediocris	16	Absolvit studia	In missione Camboiana annis 6	Professus 4 votorum
37	P. Emanuel de Miranda, in regno Macassa	Olisiponensis	44	robusta	20	Absolvit studia, docuit grammaticam	In missione Macassa annis 2	
38	Frater Emanuel Henríquez	Conimbricensis	25	mediocris	7	Auditor theologiae moralis		
	Fratres Coadiutores							
39	Frater Melchior Ribeiro		63	bona	35		Exercuit officia infirmarii, pharmacopolae, fuit socius Procuratoris Japonensis	Coadiutor Temporalis formatus
40	Fr. Dominicus Méndez	Sinensis	70	infirma	50		Officium emptoris	Coadiutor formatus

	Nomen Cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis	Tempus studiorum	Ministeria	Gradus
41	Fr. Antonius de Torres	Turres Veteres	56	robusta	28		Fuit subminister, socius Procuratoris Sinensis, et pleraque alia officia exercuit	Coadiutor formatus
42	Fr. Franciscus Dias	Beirensis	50	robusta	12		Subminister, et exercuit pleraque alia officia	Coadiutor formatus / 147v
43	Fr. Antonius Simões	Lamecensis	40	bona	19		Socius Procuratoris Japonensis, et pleraque officia exercuit	Coadiutor formatus
44	Fr. Petrus da Cruz	Japon	50	mediocris	26		Aedituus	Coadiutor formatus
45	Fr. Matheus Vas	Amacaensis	40	mediocris	16		Pictor, et pleraque officia exercuit	Coadiutor formatus
46	Fr. Ignatius Xavier	Cochinchinensis	30	bona	8		Dispensator	
47	Fr. Benedictus da Cruz	Sinensis	30	mediocris	8		Custos vestium et coquus	
48	Fr. Nicolaus de Faria	Amacaensis	28	bona	7		Coquus et subminister	
49	Fr. Michael Monteiro	Amacaensis	23 d	mediocris	5		Infirmarius	
50	Fr. Franciscus Carvalho, novitius	Olisiponensis	20	bona	novitius			

	Nomen Cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis	Tempus studiorum	Ministeria	Gradus
51	Fr. Emanuel Carvalho, novitius	Olisiponensis	19	bona	novitius			/ 148

Infra scripti pertinent ad Viceprovinciam Sinensem, licet in Colegio Macaensi.

52	P. Alvarus Semedo	Transtaganus	63	Valetudo bona	40	Absolvit studia	In missione Sinensi annis 28; Viceprovincialis Sinensis	Professus 4 votorum
53	P. Lucas Correa	Olisiponensis	36	infirma	20	Absolvit studia	Docuit litteras humaniores	
54	P. Adrianus Pestana	Ex insula S. Michaelis	32	mediocris	15	Absolvit studia	Docuit gramaticam	
	Fratres Coadiutores							
55	Fr. Emanuel de Fiqueredo	Lamecensis	60	bona	40		Pharmacopola et Procurator Viceprovinciae Sinensis	Coadiutor formatus
56	Fr. Henricus Xavier	Gallobelga	40	robusta	16		Pictor	
57	Fr. Ignatius Lagot	Flandrobelga	44	robusta	30		Pictor	Coadiutor formatus
58	Fr. Albertus Bray	Batavus	26	infirma	5		Pictor	
							+ Sebastianus d'Amaia, Provincialis [e]	

a prima lectio 6 ‖ *b prima lectio* Iterum admissus 4 *del.* ‖ *c prima lectio* Absolvit studia *del.* ‖ *d prima lectio* Amac *del.* ‖ *e Subscriptio est autographa; differt a textu etiam atramento bruni coloris*

93

PRIMUS CATALOGUS PATRUM, AC FRATRUM SOCIET. JESU, QUI SUNT IN PROVINCIA JAPONENSI ANNO 1650

Jam duobus annis post Catalogum Primum praecedentem, en novum Catalogum Informationum Communium anni 1650. Unum quod novimus exemplar exstat in *J. 25* 151-154v. Continetur 4 foliis chartae europaeae, quae fere 30,9-31, 4 cm. alta et 20.9-21, 7 cm. lata sunt. Ductis lineis horizontalibus et verticalibus, oriuntur in singulis paginis novem spatia rectangularia juxtaposita, novies (fol. 151r) vel decies (ceteris foliis) a summa ad immam paginam, quibus spatiis informationes inscribuntur. Suprema novem spatia, genus informationum indicant, hoc modo et ordine:

Nomen Cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis	Tempus studiorum	Ministeria	Gradus

Numeratio progrediens 1-54 singulis nominibus superscripta est: fol. 151 inveniuntur nomina 1-8; fol. 151v: 9-17; fol 152: 18-26; fol. 152v: 27-35; fol. 153: 36-44; fol. 153v: 45-53; tandem fol. 154: 54. Fol. 154v caret lineis, et omnino vacat, nisi quod in summa pagina, latere dextro, scriptus sit atramento bruni coloris annus: 1650.

Nulla subscriptio adest; in primo folio (151), in summa pagina, angulo sinistro, legitur: « 3a via ». Totus Catalogus una eādemque manu scriptus est. Sed in margine ad numerum primum atramento bruni coloris nota adjicitur, qua corrigitur tempus votorum; in informationibus de numero 11, ubi vacabat tempus votorum, bruno atramento dies, mensis et annus professionis additur; in margine ad numerum 23 similiter atramento bruno dies votorum corrigitur.

Manus, seu scriptura, Catalogi non est omnino ignota. Invenitur saltem in sequentibus documentis: In epistola christianorum Tunkinensium ad P. Johannem Cabral (pro Summo Pontifice), c. 1647 [1]; in litteris P. Emmanuelis de Azevedo ad Praepositum Generalem, Macao, 2. Dec. 1649, lus., orig., 1a via [2]; in Brevi Informatione de statu Provinciae Japonicae, anni 1650, s. d., s. l., sed auctore P. Johanne Cabral, cujus subscriptio et sigillum inveniuntur in fine [3]. — Manum P. Emmanuelis de Azevedo habes in subscriptione autographa epistolae ejus supradictae; porro, epistola ejus, scripta e collegio Macaensi ad Generalem die 20. Novembris 1647, (4a carta, 2a via) videtur esse

---

1 Epistola latina, sine subscriptionibus, in charta rubri coloris, *J. 80* 82/83.

2 Litterae originales, munitae sigillo, in *J. 161 II* 347/8v.

3 *J. 48* 5-8v.

autographa [4]. Ceterum P. Emmanuel de Azevedo defunctus est die 26. Januarii 1650 [5], dum Brevis Informatio supra dicta scripta est multis mensibus post. Manus ergo nostri Catalogi, quae est etiam manus Brevis Informationis, non est manus P. Emmanuelis de Azevedo. — Neque num manus P. Johannis Cabral sit, nobis certo constat.

Tempus indicatur in titulo: est enim annus 1650. Qua annì parte? — Die 5. Januarii 1650 defunctus est Fr. Franciscus Dias [6]; die 26. Januarii 1650 P. Visitator Emmanuel de Azevedo vivere desiit [7], die vero 22. Juli 1650 obiit Macai P. Vicente Ribeiro [8]. Omnes isti in Catalogo desunt. Propterea *Catalogus post 22. Julii 1650 factus est.* — Similiter, ultima vota die 25. et 26. Martii 1650, et die 31. Julii 1650 emissa jam recensentur; neque ullum est signum, ea postea in Catalogum jam existentem inserta esse; dum ultima vota die 8. Maii 1651 nuncupata alia manu et alio atramento postea Catalogo inscripta sunt. Unde sequitur Catalogum *saltem post 31. Julii 1650* (et utique ante 8. Maii 1651) factum esse. Porro, a die 16. usque ad diem 29. Augusti 1650 in Collegio Macaensi habita est *Congregatio Provincialis Japonica* [9]. Cur post Catalogum Triennalem ultimo trimestri anni 1648 compositum tam cito novus Catalogus Triennalis comparatus est? Ni fallor, propter Congregationem Provincialem et electionem Procuratoris Romam mittendi. Quocirca etiam notandum occurrit: die 18. Augusti 1650 ab illa Congregatione Provinciali P. Balthasarem Cittadelli electum esse Procuratorem [10]; illum vero in Catalogo nostro etiam tum Rectoris Collegii Macaensis munere fungi legimus.

Auctor Catalogi certo sciri nequit: nam subscriptio desideratur, neque ullum testimonium de eo in epistolis illius temporis invenitur. Opinamur autem, Catalogum compositum esse jubente Visitatore P. Sebastiano d'Amaya, qui jam antea munere Provincialis fungens, Catalogo Primo anni 1648 subscripserat; vel Provinciali P. Johanne Cabral, cujus erat, informare de Provincia, quam regebat; in cujus documentis etiam manus, quae praesentem Catalogum descripsit, aliquando recurrit. Sed nominum scriptio potius insinuat auctorem proprie dictum esse Italianum aliquem, sive Rectorem Collegii, P. B. Cittadelli, sive Socium Provincialis, P. Th. Valguarnera.

Sed comparatio Catalogi Primi anni 1650 cum praecedenti, anno 1648 a P. Sebastiano d'Amaya facto, demonstrat: *Catalogum anni 1650 non ex simplici transformatione vel correctione Catalogi anni 1648*

---

[4] *J. 161 II* 337/8v.

[5] Postulata Provinciae Japonicae, a Congr. Prov. anni 1650 proposita, Orig., lat., *Congr. 73* 362.

[6] Lisboa, Arquivo Histórico do Ultramar, *ms. 1659,* 101-114: « Dos deffunctos da Companhia que estam enterrados nesta igreja » [do Collégio de Macao]: de Francisco Dias ib. fol. 107.

[7] Vide annot. 5.

[8] AHU 1659 107 (vide annot. 6).

[9] *Acta, Congr.* 73 358-359.

[10] *Acta, Congr. 73* 358v.

ortum habuisse, sed denuo, immo cum multo majore diligentia exaratum esse.

Ordo nominum in utroque Catalogo diversus est. Nam *in Catalogo anni 1648* sequens ordo observatur:

Japon. Prov.	Superiores (Visitator, Provincialis = Rector coll. Macaensis Patres in Collegio Macaensi degentes Patres in Miss. Tunkinensi aliisque Missionibus Fratres (Scholastici et Coadjutores Temporales)
V. Prov. Sinica	Patres (in Coll. Macaensi habitantes) Fratres Coadjutores (in eodem Coll. Macaensi)

Catalogus anni 1650 eodem modo primum Superiores (Visitatorem, Provincialem, Rectorem Collegii Macaensis) ponit, sed deinde omnes Patres *ordine annorum in Societate peractorum;* post quos omnes Fratres, eodem ordine. — Praeterea in Catalogo anni 1650 tum studia singulorum, tum ministeria exactius declarantur, addito numero annorum, quos quis studiis vel muneribus obeundis tribuerit. Gradūs quoque (seu ultimorum votorum) dies, mensis, annus indicatur. Propterea Catalogus anni 1650, etsi praecedenti Catalogo tempore proximus (duobus vix annis ab eo distans), *pretium omnino proprium et independens* sibi vindicare potest; et suspicionem movet, diversum esse auctorem ejus ab auctore Catalogi anni 1648.

Textus

J. 25 151-154v
Fol. 151

PRIMUS CATALOGUS PATRUM AC FRATRUM SOCIETATIS JESU QUI SUNT IN PROVINCIA JAPONENSI ANNO 1650.

Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis
1 P. Sebastianus de Amaya, Visitator	Lusitanus, Ulyssiponensis	Annum agit 52	Infirmioris valetudinis	Fuit in Societate annos 39
2 P. Joannes Cabral, Provincialis	Lusitanus	Annum agit 51	Mediocriter robustus et bonae valetudinis	Fuit in Societate annos 36
3 P. Balthasar Cittadella, Rector Collegii Macaensis	Italus, Luccensis	Annum agit 47	Mediocriter sanus et bonae valetudinis	Fuit in Societate annos 27
4 P. Franciscus Tavera	Lusitanus, natus Amacai	Annum agit 76	Debilis et effusae valetudinis	Fuit in Societate annos 54
5 P. Hieronymus Maiorica	Italus, Neapolitanus	Annum agit 61	Bonae valetudinis	Fuit in Societate annos 47

Tempus studiorum	Ministeria	Gradus
Studuit in Societate philosophiae annos 4 ; theologiae annos 4, in qua creatus est Doctor.	Docuit humaniores litteras annos 7, Sacram Scripturam annos 9, fuit in Missione Madurensi annos 2, in caeteris missionibus annos 5, fuit Rector Collegii Nagapatensis annos 3, Collegii Macaensis et Provincialis Japonensis annos 3. Est Visitator Japonensis.	Professus 4 votorum anno 1633, die 8.º Dezembris [*in marg*. 1632, 8. Dec., prout ex autographo].
Studuit in Societate philosophiae annos 4, theologiae annos 3.	Docuit theologiam annos 2, fuit in Missionibus annos 15, Socius Provincialis annos 3, semel Visitator, et Rector Collegii Malacensis ; item Visitator Missionis Tunquinensis; nunc est Provincialis Japoniae. Fuit Rector Collegii et Viceprovincialis Japoniae annum 1.	Professus 4 votorum anno 1633 die 22. [*seq*. De *del*] Maii.
Studuit in Societate philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Docuit humaniores litteras annos 4, curam habuit neophytorum sinensium annos 5, fuit Socius Provincialis et Magister novitiorum annos 6. Nunc est Rector Collegii Macaensis.	Professus 4 votorum anno 1647, die 31. Julii.
Studuit in Societate philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Docuit litteras humaniores annos 3, theologiam moralem annum 1, fuit Vicerector aliquot menses, fuit procurator Collegii annos 3 et praefectus ecclesiae annos 5.	Professus 4 votorum anno 1621, die 29. Setembris.
Studuit in Societate philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Fuit in Missione Cocincinensi annos 5, inde expulsus a rege [rege *sup. lin. antea* Saracenis]. Fuit in Missione Tumquinensi annos 18, Superior annos 3, et semel Visitator eiusdem Missionis.	Professus 4 votorum anno 1625.

Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis
6 P. Georgius Nunius	Lusitanus	Annum agit 58	Integris viribus	Fuit in Societate annos 38
7 P. Benedictus de Mattos	Lusitanus	Annum agit 55	Bonae valetudinis	Fuit in Societate annos 33
8 P. Joannes Maria Leria	Italus, Vercellensis	Annum agit 50	Viribus integris, sed infirmae valetudinis	Fuit in Societate annos 34
9 P. Antonius Ferreira	Lusitanus, Ulyssiponensis	Annum agit 44	Infirma[e] valetudinis	Fuit in Societate annos 29
10 P. Felix Morelli	Italus, Romanus	Annum agit 44	Infirmae valetudinis	Fuit in Societate annos 27
11 P. Phiippus Marinus	Italus, Genuensis	Annum agit 43	Bonae valetudinis	Fuit in Societate annos 26
12 P. Martinus Cueglo	Lusitanus, Eborensis	Annum agit 42	Bonae valetudinis	Fuit in Societate annos 26
13 P. Balthasar Caldera	Lusitanus, Natus Amacai [*corr. ex* Macai]	Annum agit 42	Bonis viribus	Fuit in Societate annos 25

Tempus studiorum	Ministeria	Gradus
Studuit in Societate philosophiae annum 1, theologiae morali aliquot annos.	Fuit praefectus ecclesiae Macaensis annos 15, procurator et minister Collegii annos 6. Est procurator Provinciae Japonensis.	Coadiutor formatus Spiritualis anno 1628, die 15. Augusti.
Studuit in Societate humanioribus litteris annos 2, philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Docuit humaniores litteras annos 2, fuit in Missionibus regni Sinarum annos 4, Cocincinae annos 5, in insula Hainam annos 9.	Professus 4 votorum anno 1641, die 2. Decembris.
Studuit in Societate humanioribus litteris annos 2, philosophiae annos 3 theologiae annos 4.	Audivit confessiones tempore pestis in Italia annum 1, fuit Superior Nostrorum in itinere Indico, fuit in Missionibus annos 8.	Professus 4 votorum anno 1634, die 8. Decembris. / 151v
Studuit in Societate litteris humanioribus annum 1, philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Docuit humaniores litteras annos 3, theologiae annos 9, fuit minister Collegii Macaensis annum 1, est praefectus ecclesiae.	Professus 4 votorum anno 1647, die 31. Julii.
Studuit in Societate humanioribus litteris annos 2, philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Docuit humaniores litteras annos 4, fuit in Missione Tumquinensi annos 14, fuit Superior eiusdem Missionis annos 5.	Professus 4 votorum anno 1649, die 23. Maii.
Studuit in Societate humanioribus litteris 2 annos, philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Docuit humaniores litteras annos 4, casus conscientiae aliquot menses, fuit procurator Viceprovinciae Sinensis, fuit in Missione Tumquinensi annos 4.	Professus 4 votorum 8. Maii 1651 [*haec postea alia manu, alio atramento addita sunt*].
Studuit in Societate philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Fuit in Missione Tumquinensi annos 15.	Professus 4 votorum anno 1649, die 23. Maii.
Studuit in Societate philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Docuit litteras humaniores annos 6, philosophiam annum 1, theologiam moralem annos 4, praefectus Seminarî annum 1, fuit in Missionibus annos 6, fuit Socius Visitatoris aliquot menses.	Professus 4 votorum anno 1647, die 31. Julii.

Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis
14 P. Thomas Valguarnera	Italus, Siculus	Annum agit 41	Mediocriter sanus	Fuit in Societate annos 24
15 P. Carolus da Rocca	Italus, Salutiensis in Subalpinis	Annum agit 37	Robustus, sed inconstantis valetudinis	Fuit in Societate annos 23
16 P. Joannes Andreas Lubelli	Italus, ab Aletio.	Annum agit 40	Mediocriter sanus	Fuit in Societate annos 23
17 P. Franciscus Rivas	Italus, Neapolitanus	Annum agit 43	Infirmae valetudinis	Fuit in Societate annos 23
18 P. Emmanuel Cardosus	Lusitanus, Portuensis	Annum agit 39	Bonae valetudinis	Fuit in Societate annos 23
19 P. Emmanuel de Miranda	Lusitanus, Ulyssiponensis	Annum agit 48	Robustus et bonae valetudinis	Fuit in Societate annos 23
20 P. Franciscus Montefuscolus	Italus, Tarentinus	Annum agit 41	Mediocriter sanus	Fuit in Societate annos 22

Tempus studiorum	Ministeria	Gradus
Studuit in Societate humanioribus litteris annos 2, philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Docuit humaniores litteras annos 2, fuit minister annos 7, procurator Japoniae annos 3, captus ab haereticis passus est vincula 8 menses; est Socius Provincialis Japoniae.	Professus 4 votorum anno 1649, die 15. Augusti.
Studuit in Societate humanioribus litteris annum 1, philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Docuit humaniores litteras annos 7, fuit minister annum 1, fuit in Missione Cocincinensi annum 1.	Professus 4 votorum anno 1649, die 15. Augusti.
Studuit in Societate philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Docuit humaniores litteras annos 2, fuit in Missionibus annos 6; captus ab haereticis, fuit detentus [*corr. ex* detemptus] in vinculis 8 menses; curam habet neophytorum sinensium.	Professus 4 votorum anno 1649, 15. Augusti.
Studuit in Societate humanioribus litteris 1, philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Docuit humaniores litteras annos 3, concionatoris munus exercuit annos 7. Fuit in Missionibus annos 2, fuit Superior Nostrorum in navi Indica, minister Collegii Goani aliquot menses; docet humaniores litteras in Collegio Macaensi.	Professus 4 votorum anno 1650, die 31. Julii. / 152
Studuit in Societate humanioribus litteris annos 2, philosophiae annos 4, theologiae annos 4.	Docuit humaniores litteras annos 2, fuit in Missione Tumquinensi annos 8, et eiusdem Missionis Superior annos 2.	Professus 4 votorum anno 1648, die 31. Maii.
Studuit in Societate philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Fuit minister Collegii Macaensi[s] annum 1. Nunc occupatur in Residentia Macazariensi, in qua fuit annos 5.	Professus 4 votorum anno 1649, die 18. Aprilis.
Studuit in Societate humanioribus litteris annos 2, philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Fuit socius Magistri novitiorum annum 1. Fuit in [in *postea insertum, antea* de *del.*] Missione Tumquinensi annos 4.	Professus 4 votorum anno 1650, die 26. Martii.

Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis
21 P. Matthias d'Amaya	Lusitanus, ab Atalaya	Annum agit 34	Bonis viribus et valetudine [*corr. ex* valetudinis]	Fuit in Societate annos 21
22 P. Franciscus Rangelus	Lusitanus, Portuensis	Annum agit 37	Robustus et bonae valetudinis	Fuit in Societate annos 21
23 P. Honofrius Borges	Germanus, a Lucerna	Annum agit 36	Bonae valetudinis	Fuit in Societate annos 19
24 P. Joseph Agnes	Italus, Sepinensis in regno Neapolitano	Annum agit 38	Firmae valetudinis	Fuit in Societate annos 19
25 P. Metellus Saccanus	Italus, e regno Siciliae, Messanensis	Annum agit 38	Mediocriter sanus	Fuit in Societate annos 19
26 P. Franciscus Fighera	Lusitanus, Eborensis	Annum agit 35	Infirmae valetudinis	Fuit in Societate annos 18
27 P. Petrus Marches	Japonus, Nangasacensis	Annum agit 38	Robustus et bonae valetudinis	Fuit in Societate annos 19

Tempus studiorum	Ministeria	Gradus
Studuit in Societate humanioribus litteris annos 2, philosophiae annos 4, theologiae annos 4.	Docuit humaniores litteras annos 3 philosophiae annum 1, theologiae annos 3 ; in navigatione captus ab haereticis passus est vincula 8 menses ; est Socius Visitatoris.	Professus 4 votorum anno 1650, die 25. Martii.
Studuit in Societate humanioribus litteris annos 2, philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Docuit philosophiam annos 2, theologiam annos 2 ; in Missione Tumquinensi fuit annos 4.	Professus 4 votorum anno 1646, die 2. Februarii.
Studuit in Societate philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Fuit minister Juniorum annum 1 et Collegii Macaensis annos 2 ; fuit in Missione Tumquinensi annos 7.	Professus 4 votorum anno 1648, die 31. Martii [*In marg.* : 1649, 23. Maji.]
Studuit ante ingressum litteris humanioribus et philosophiae, in Societate vero theologiae annos 4.	Docuit litteras humaniores annum 1, fuit minister Juniorum aliquot menses. Fuit in Missionibus annos 7, et in Missione Camboiana Superior.	Professus 4 votorum anno 1647 [7 *corr. ex.* 8], die 31. Julii.
Studuit in Societate litteris humanioribus annum 1, philosophiae annos 2 [2 *vid. corr. ex* 3], theologiae annos 4.	Docuit litteras humaniores annos 3, fuit substitutus theologiae annum 1. Est Superior Missionis Cocincinensis, in qua fuit annos 4. Fuit minister Juniorum, et Visitator Missionis Camboianae.	Professus 4 votorum anno 1648, die 29. Septembris.
Studuit in Societate litteris humanioribus annum 1, philosophiae annos 4, theologiae annos 4.	Fuit minister Juniorum annum 1, exercuit munus concionandi annos 4. Fuit in Missione Tumquinensi annos 4.	Professus 4 votorum anno 1650, die 25. Martii. / 152v
Studuit in Societate humanioribus litteris annos 2, philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Fuit Socius Magistri novitiorum annos 2, curam habuit unius parochiae annum 1 ; est minister Collegii Macaensis.	

Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires		Tempus Societatis
28 P. Hector Pereira	Lusitanus		Robustus et bonae valetudinis		Fuit in Societate annos 17
29 P. Stanislaus Torrente	Italus, Urbevetanus	Annum agit 34	Bonae valetudinis		Fuit in Societate annos 17
30 P. Adrianus Pestana	Lusitanus		Bonis viribus, sed parum firmae valetudinis		Fuit in Societate
31 P. Joannes Nunes	Lusitanus, a Monte Mayore	Annum agit 34	Robustus et bonae valetudinis		Fuit in Societate annos 17
32 P. Gonçalus da Fonseca	Lusitanus		Robustus et bonae valetudinis		Fuit in Societate
33 P. Emmanuel Pignero	Lusitanus	Annum agit 32	Robustus et sanis viribus		Fuit in Societate annos 15
34 P. Petrus Mischita	Lusitanus, Ulyssiponensis	Annum agit 29	Bonae valetudinis		Fuit in Societate annos 14
35 P. Emmanuel Henriques	Lusitanus, a Laveos iuxta Conimbricam	Annum agit 27	Sanis viribus		Fuit in Societate annos 9
36 P. Eduardus Ferreira	Natus Amacai [*corr. ex* Macai]	Annum agit	Robustus et bonae valetudinis		Fuit in Societate annos 8.

Tempus studiorum	Ministeria	Gradus
Studuit in Societate humanioribus litteris annos 2, philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Confessiones audivit et aliquas conciones habuit in Indica Provincia annos 5 ; fuit in Missione Tumquinensi annos 4.	
Studuit in Societate philosophiae annos 4, theologiae cursum absolvit.	Docuit humaniores litteras annos 2, fuit in Missionibus fere annos 4.	
		Coadiutor formatus Spiritualis anno 1649, die 15. Augusti.
Studuit in Societate humanioribus litteris annos 2, philosophiae annos 3, theologiae annos 2 [*antea* 4 *del.*]	Fuit in Missionibus annos 3.	Coadiutor formatus Spiritualis anno 1649, die 15. Augusti.
Studuit in Societate humanioribus litteris annos 2, philosophiae annos 4, theologiae annos 4.	Concionandi munus et audiendi confessiones exercuit annos 3, fuit Pater Neophytorum aliquot menses.	
Studuit in Societate litteris humanioribus annos 3, theologiae morali annos 2.		/ 153
	Docuit rudimenta pueros annos 5.	

Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis
37 P. Antonius Lopes	Lusitanus, a Tavero iuxta Conimbricam	Annum agit 32	Robustus et sanae valetudinis	Fuit in Societate annos 8
38 P. Joannes Noghera	Lusitanus		Vires habet mediocres	Fuit in Societate annos 13
39 P. Barnabas d'Olivera	Lusitanus, natus Amacai [*corr. ex* Macai]		Bonae valetudinis	Fuit in Societate annos 10
40 P. Emmanuel Cortese	Lusitanus, natus Amacai [*corr. ex* Macai]		Bonae valetudinis	Fuit in Societate annos 9
41 P. Aloysius Pignero	Lusitanus, Conimbricensis	Annum agit 40	Robustus et integris viribus	Fuit in Societate annos 5 a 2.º ingressu
42 F. Dominicus Mendes	Sinensis, natus Amacai [*corr. ex* Macai]	Annum agit 70	Robustus, sed iam fractis viribus	Fuit in Societate annos 44
43 F. Emmanuel Figheredo	Lusitanus, a Lamego	Annum agit 61	Robustus et integris adhuc viribus	Fuit in Societate annos 40
44 F. Belchior Ribeiro	Lusitanus, a Sancto Petro de Torrados	Annum agit 61	Infirmis viribus	Fuit in Societate annos 40
45 F. Franciscus de Vega				

Tempus studiorum	Ministeria	Gradus
Studuit in Societate litteris humanioribus annos 2, philosophiam (!) annos 3.	Docuit infimam classem annum 1.	
Studuit in Societate philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Audivit confessiones annos 3 et aliquoties contionatus est.	
	Fuit in variis Missionibus Cocincinae et Sinarum annos fere 30 : ubi catecismo vacavit.	Coadiutor formatus Temporalis anno 1611 [1621 ?].
	In Lusitania curam habuit nostrorum infirmorum annos 8, Amacai [*corr. ex* Macai] annos 24, simulque fuit Procurator Viceprovinciae Sinarum.	Coadiutor formatus Temporalis anno 1621 [*corr. ex* 1611].
	Fuit in Missione Sinensi annos 3, socius Procuratoris Japoniae annos 14, curam habuit nostrorum infirmorum annos 5 ; est Procurator Viceprovinciae Sinarum.	Coadiutor formatus Temporalis anno 1622, die 29. Septembris. /153^{v}

Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis
46 F. Ignatius Lagotti		Annum agit 48	Robustus et sanae valetudinis	Fuit in Societate annos 32
47 F. Antonius de Torres	Lusitanus, de Torres Vedras	Annum agit 50	Robustus, sed parum firmae valetudinis	Fuit in Societate annos 28
48 F. Petrus da Crus	Japponensis, Nangasaquensis	Annum agit 48	Infirmae valetudinis	Fuit in Societate annos 28
49 F. Antonius Simões	Lusitanus, de Sancto Petro, pago iuxta Bisaeum	Annum agit 43	Bonis viribus	Fuit in Societate annos 22
50 F. Mattheus Vas	Amacaensis [*corr. ex* Macaensis]	Annum agit 39	Parum firmae valetudinis	Fuit in Societate annos 17
51 F. Ignatius Xaverius	Cocincinensis	Annum agit 33	Bonis viribus	Fuit in Societate annos 9
52 F. Michael Monterus	Sinensis, natus Amacai [*corr. ex* Macai]	Annum agit 25	Vires habet mediocres	Fuit in Societate annos 7
53 F. Franciscus Carvaglo	Lusitanus, Ulyssiponensis	Annum agit 22	Infirmae valetudinis	Fuit in Societate annos 3
54 F. Emmanuel Carvaglo	Lusitanus, Ulyssiponensis	Annum agit 22	Bonis viribus et valetudine	Fuit in Societate annos 3

Tempus studiorum	Ministeria	Gradus
	Fuit in Missione Sinensi aliquot menses. Pictoris munus exercet in Collegio Amacaensi [*corr. ex.* Macaensi].	Coadiutor formatus Temporalis [anno die 1. Januarii.
	Fuit in Missione Cocincinensi ; curam habuit villae annos 2. Fuit subminister annos 4 ; est [est *postea add.*] socius Procuratoris Japoniae [Japoniae *postea add.*].	Coadiutor formatus Temporalis anno 1639, die 5. Februarii.
	Fuit aedituus ecclesiae Amacaensis [*corr. ex.* Macaensis] 26 ; curam habuit villae aliquot menses, inde revocatus iterum est aedituus eclesiae Amacaensis [*corr. ex* Macaensis ; *verba* ecclesiae Macaensis *postea addita sunt.*].	Coadiutor formatus Temporalis anno 1639, die 5. Februarii.
	Fuit socius Procuratoris Japoniae annos 8 et aliquando Procurator, fuit subminister annos 2, curam habet villae annos 3.	Coadiutor formatus Temporalis anno 1639, die 25. Martii.
	Est pictor. Fuit aliquot menses aedituus [*corr.*], curam habuit villae annum 1. Est [Est *postea add.*] subminister Collegii Amacaensis [*corr. ex* Macaensis].	Coadiutor formatus Temporalis anno 1647, die 2. Decembris.
	Fuit dispensator annos 3, vestium custos annos 5.	
	Fuit vestium custos annos 2, subminister annum 1, socius infirmarii annos 2.	
	Fuit janitor aliquot menses et praefectus refectorii.	/ 154
	Fuit praefectus refectorii annum 1, coquus annum 1.	

94

ELENCHUS PATRUM, QUI CONGREGATIONI PROVINCIALI JAPONICAE ANNO 1650 IN COLLEGIO MACAENSI INTERFUERUNT

Post Congregationem Provincialem Japonicam, quae a die 9. Septembris usque ad diem 22. ejusdem mensis anni 1638 in Collegio Macaensi habita est [1], duodecim annorum spatio nulla alia Congregatio Provincialis Provinciae secuta est. Id ex Actis Congregationis anni 1650 certo constat [2]. Quam ob causam tanto tempore dilata sit, ex eisdem Actis discitur [3]. Nam in eis afferuntur rationes, quibus vel ipso anno 1650 dubitabatur, num Procurator tunc saltem Romam mittendus esset necne. Qui enim superiori Congregatione anni 1638 electus erat Procurator, i. e. P. Antonius Cardim [4], ex itinere Romano nondum Macaum redierat; et parum consentaneum videri poterat, ante ejus reditum novum Procuratorem in Europam mittere. Sed insuper amplissimi itineris expensae penuriam Provinciae Japonicae ita gravabant, ut, nisi vel necessitas vel maxima futuri auxilii spes aliud suaderent, a Procuratoris missione abstinendum esse videretur. Sed aliter a Patribus anno 1650 congregatis decretum est. Nam vi *Formulae Congregationis Provincialis* [5] ex dissitis Provinciis sexto vel (ut postea in-

---

[1] Elenchum Patrum Congregatorum (1638) et data principalia circa locum et tempus ex Actis supra rettulimus: cf. *Doc. 87*.

[2] « Cum igitur ex ultima Congregatione elapsi sint duodecim [anni] »: Acta, *Congr. 73* 358v (vide textum nostrum, infra).

[3] Ib., *Congr. 73* 358 (cf. textum nostrum, infra).

[4] P. Antonius Cardim die 11. Septembris 1638 a Congregatione Provinciali in Collegio Macaensi adunata electus est Procurator Romam mittendus (cf. Acta, in hoc vol. (*Doc. 87*); eodemque anno iter Romanum aggressus est (Manoel de Figueiredo — Gen., Macao, 16. Martii 1642, orig., lus., *J. 161 II* 245); mense Septembri 1642 Olyssiponem advenit (Antonio Freire — Gen., Lisboa, 3. [vel 7.: numerus lectu difficilis] Dec. 1642, orig., lus., *J. 161 II* 271v); interfuit VIII. Congregationi Generali Romae anno 1645/46 habitae [locum habuit a die 21. Nov. 1645 usque ad diem 14. Aprilis 1646] (Matthias da Maya — Gen., Ánnua da Provincia de Jappam dos annos de 1659, e 1660, orig., lus., *J. 48* 27); anno 1649 e portu Olyssiponensi denuo in Indiam solvit (Franco); sed demum paucis mensibus ante mortem Macaum regredi potuit, et ibidem die 30. Aprilis anni 1659 obiit (Matthias da Maya, Ánnua [cf. supra], *J. 48* 27v). Cf. Biographiam P. Antonii Francisci Cardim (inter *Biographias*).

[5] Sexto saltem quoque anno ex Provinciis Transmarinis Procurator mitti debebat: ita secundum *Formulam Congregationis Provincialis* in IV. Congregatione Generali approbatam et postea renovatam e. g. *Formulae Congregationum in quarta Generali Congregatione confectae, & aprobatae; in sexta, & septima recognitae, & auctae. Romae, In Collegio Romano Societatis Jesu. Anno Domini. M.DC.XVI.*: in illo libro *Formula Congregationis Provincialis* pp. 47-78; Cap. V., nr. 37: « Provinciae extra Europam ... Primum, ut non teneantur mittere Procuratorem, nisi sexto quoque anno ». (pag. 68). — Ita

dulto concessum) nono quoque anno Procurator in Urbem mitti debebat; hinc duodecim jam annis elapsis, ultra exspectari non poterat. Ceterum, multa eaque gravia negotia cum Praeposito Generali coram tractanda occurrebant, propter quae itineris expensae posthabendae essent.

Quare, a die 16. Augusti usque ad 29. ejusdem mensis anni jubilaei 1650 in Collegio Macaensi congregati sunt Patres [6], quorum elenchum edimus. Prima die, qui fuit 16. Augusti, Secretarius Congregationis electus est P. Franciscus Montefuscoli, et ejus Adjutor P. Mathias d'Amaya; Deputati vero P. Antonius Ferreira et B. Balthasar Cittadelli, Collegi Macaensis Rector [7]. Deinde, die 18. Augusti Procurator Romam mittendus electus est idem P. Balthasar Cittadelli, et ejus Substitutus P. Emmanuel Cardoso [8]. Objecit quidem P. Cittadelli impedimenta, quae mandato sibi imposito obesse videbantur; sed admissa non sunt; quare ille Patrum congregatorum sententiae subito acquievit. Sequentibus diebus tum de Congregatione Generali cogenda vel non cogenda, tum de iis, quae ab ipso supremo Societatis Jesu consessu, quaeve a Praeposito Generali postulanda essent, deliberatum est. Tandem die 29. Augusti 1650 dimissa est Congregatio [9].

Acta Congregationis Provincialis anni 1650 originalia exstant in vol. *Congr. 73,* quod Congregationes Provinciales multarum Provinciarum annis 1650-1652 habitas complectitur: Prooemium (in quo locus et tempus Congregationis, elenchus Patrum congregatorum, electio secretarii Congregationis, deputatorum, Procuratoris) invenitur in fol. 358/8ᵛ; textum subsignavit propria manu P. Franciscus Montefusculus, secretarius, addito etiam sigillo. — Sequenti folio 359 primum de cogenda vel non cogenda Congregatione Generali agitur; adjunguntur deinde, quae Congregatio Provincialis Congregationi Generali proponenda deliberavit. Eadem subscriptio, idem sigillum. Fol. 359ᵛ vacat. — Fol. 360-365: « Haec a R. P. N. Generali postulanda censuit Congregatio Japonica, habita in Collegio Amacaënsi anno 1650 »: textus in 28 articulos divisus est; in fine de conclusione Congregationis brevissime tractatur; sequitur eadem subscriptio, idem sigillum. Fol. 365ᵛ-366ᵛ vacant. — Continetur ergo totum manuscriptum 9 foliis chartae europaeae (ff. 358-366ᵛ); e quibus duo priora (358/9ᵛ) fere 20, 9/21, 3 cm. lata, et 28, 5 cm. alta sunt; cetera folia eādem extenduntur latitudine, sed altitudo est paulo major, scl. 28, 8-9 cm. — Manus, praeter secretarii subscriptionem autographam, eadem est ac quae scripsit Catalogum Primum Japonicum anni 1650.

Praeter Acta Originalia modo descripta exstat ipsorum exemplar inter ea documenta, quae olim Archivi Macaensis S. J. (seu Provinciae Japonicae) fuerunt, nunc vero Matriti asservantur (Acad. d. 1. Hist.,

---

etiam *Institutum Societatis Iesu,* vol. II., Florentiae 1893, pag. 610. — De indulto autem, quod in textu commemoratur, interim nihil aliunde nobis constat.

[6] Vide textum praesentis Documenti.

[7] Ib.

[8] Ib.

[9] Ib.

Jes. Leg. 21 353-363v) = quae subscriptione et sigillo carent. Textus eorum ab Actis originalibus tum ordine partium, tum additis Postulatis in Congregatione *rejectis* differt.

Convenit cum isto exemplari apographum eorundem Actorum in collectione *Jesuítas na Asia,* Ajuda *49-V-13,* ff. 661-672. In quibus, sicut in manuscripto nunc Matritensi (olim Macaensi), ordo partium paulo inversus est; post Prooemium [de loco et tempore Congregationis, elencho nominum, electione ad munera (ff. 661-662)] illico transitur ad Postulata R. P. Generali proponenda (ff. 662-671); inseritur autem aliqua pars, quae in Actis originalibus (prout nunc exstant) deest: « Postulata rejecta in supradicta Congregatione » (ff. 671-671v). Tandem quid Patres adunati de cogenda vel non cogenda Congregatione Generali censeant, et quae a Congregatione Generali postulanda existiment, subjungitur (671v/672). — Quod Actorum apographum, in Collegio Macaensi s. 18. factum, omissionibus et erroribus scatet, ut ex Apparatu critico facile apparet; pro textu elenchi Patrum Congregatorum ceterisque, quae hic edimus, nihil novi affert.

In Apparatu critico Acta originalia = A vocamus; exemplum nunc Matritense (olim Macaense) = B dicimus; apographum Bibliothecae Ajuda = C statuimus.

Textus

Congr. 73 358/8v

Acta Congregationis habitae pro Japonica Provincia. Anno jubilei 1650.

In nomine Sanctissimae Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Anno a partu Virginis 1650, die 16. Augusti, quae ad inchoandam Congregationem praestituta est; affixis de more duobus Catalogis, altero Congregandorum, Eligendorum altero. In urbe Amacaensi, in Collegio Societatis JESU, convenerunt inprimis P. Joannes Cabral, Provincialis Japonicae Provinciae; ad ejus dexteram sederunt Professi 4 votorum, hoc ordine:

P. Franciscus Taveyra.
P. Joannes Maria Leria, Superior Missionis Laorum.
P. Antonius Ferreyra.
P. Balthasar Cittadelli, Rector Collegii Amacaensis.
P. Balthasar Caldeyra.

---

1 pro *deest in B* (*excidit charta*) ‖ 2 *C* jubili ‖ 6 *C lacuna* praestituta /...../ de more ‖ 7-8 *C lacuna* altero /...../ Amacaensi ‖ 8 *B* JESVS | 8 *B* converunt (*loco* convenerunt) ‖ 9 *C deest* Provinciae ‖ 10 *C* profetti; *C deest* votorum ‖ 12 *B deest* Missionis ‖ 13 B Ferrejra ‖ 15 B Caldeira

P. Joseph Agnes.
P. Metellus Sacanus, Superior Cocincinensis Missionis.
P. Felix Morelli.
P. Thomas Valguarnera, Socius P. Provincialis.
P. Carolus da Rocha.
P. Joannes Andreas Lobelli.
P. Matthias d'Amaya, Socius P. Visitatoris.
P. Franciscus Figueira.
P. Franciscus Montefusculus.
P. Franciscus Rivas, Superior Cambogensis Missionis.
Ad sinistram vero P. Georgius Nunes, Procurator Provinciae.

Quibus omnibus congregatis, ac dicto alternatim hymno 'Veni Creator' cum sua oratione: P. Joannes Cabral Provincialis sermonem habuit, quo paucis exposuit, cur coacta fuerit Congregatio, proposuitque ea, de quibus agendum esset; atque omnes, ut magna cum aedificatione ac synceritate in omnibus se gererent, adhortatus est.

Deinde idem P. Provincialis quaesiit ab omnibus, num censenda esset legitima Congregatio? Responsum est ab omnibus: legitima. Quaesiit etiam, num supplendi essent defectus (si qui forte surrepsissent) circa omnia, quae ad ipsam Congregationem, aut congregandi formam, pertinent? Responsum est ab omnibus: supplendi.

Denique petiit, num hoc anno mittendus Romam esset Procurator? Dubitationem enim faciebat, tum quia P. Antonius Cardinius, in praecedenti Congregatione Procurator electus, nondum Amacaum reversus fuerat; tum, quia praesens hujus Provinciae inopia tam magnos sumptus in tam longinqua navigatione non patiebatur impendere. Attamen, nemine discrepante, Congregationi visum est, hoc anno Procuratorem mittere /358v/ ob duplicem praecipue causam: Prima, quia servanda erat Formula Congregationis Provincialis, in qua praescribitur, sexto quoque anno mittendum Procuratorem; licet postea per concessionem peculia-

---

19 *B* Valguarnero ‖ 20 *B* de Rocha ‖ 21 *B Joannes prob. corr. ex* And[reas] ‖ 22 *B C* de Amaya ‖ 24 *B* Montefuscolus; *C* Monte Fuscolus ‖ 27 *B excidit* /Quibus - congrega/; *C* alternati ‖ 28 *C lacuna; deest* cum | 28 *B excidit* /cum - P. Jo/ ‖ 29 *C lacuna; deest* habuit | 29 *B excidit* /paucis coac/; *C deest* /paucis - cur/ | 29 *B* [coac]to; *C* Congregatis ‖ 30 *B excidit* /bus agendum esset/; | *C lacuna, deest* /atque omnes, ut/ | C in agna [*loco* magna] ‖ 31 *B excidit* [sy]nceritate in; *C lacuna* [syncer]itate; ‖ 31-32 *B* adhostatus ‖ 31 *C deest* /omnibus se gererent ad/ ‖ 33 *B* quesiit; *C bis positum, in fine pag. et initio seq.* ab omnibus ‖ 33-34 *C deest* /num censenda/ ‖ 35 *B* quesiit; *C deest* /num/ | 35 *C* si quis ‖ 39 *B* petit; *C deest* petiit; B esse [*loco* esset] ‖ 40 *C deest* enim faciebat, tum quia ‖ 42 *C* Macaum *C* praedens ‖ 43 *C deest* magnos ‖ 44-45 *B* Atamem; *B* Congregatione; *C deest* hoc ‖ 46 *B* 1a ‖ 48 concessionem] *A corr. ex* consessionem

rem dilatum fuerit spatium ad nonum quemlibet annum. Cum igitur ex ultima Congregatione elapsi sint duodecim, nulla inerat caussa, cur ulterius protraheretur. 2ª, quia multa prae manibus erant, eaque gravia negotia, quae cum Reverendo Patre Nostro [Generali] coram agenda erant.

Eadem die, videlicet 16. Augusti, mane P. Franciscus Montefuscolus ad plura secreta suffragia electus est in Secretarium, primo scrutinio. Eodemque modo in ejus Adjutorem primo scrutinio electus est P. Mathias d'Amaya, ambo Professi 4 votorum. Electi itidem sunt ad plura secreta suffragia, e primariis Patribus Professis 4 votorum, Deputati duo, hoc est: P. Antonius Ferreira et Pater Balthasar Cittadelli, ambo in primo scrutinio.

His ita peractis, omnium consensione indictus est dies ab inchoata Congregatione tertius ad Procuratoris electionem, et ad informationes interim de more capiendas.

Quincta igitur feria, quae fuit 18. Augusti, convenerunt Patres ad locum praefixum, et fusa brevi oratione, primo, ut omnia legitime procederent, recitata sunt, quae in Formula Congregationis Provincialis continentur. Deinde lecta sunt omnia consultiva suffragia Patrum professorum in Missionibus degentium. Denique ad plura medietate suffragia electus est in Procuratorem 2° scrutinio P. Balthasar Cittadelli, Rector hujus collegii; eodemque modo electus est in Substi[tu]tum 5° scrutinio P. Emmanuel Cardosus, Superior Missionis Tumquinensis, ubi ea tempestate versabatur, ambo Professi 4 votorum.

Et quoniam P. Balthasar Cittadelli tria impedimenta proposuit de suo itinere Romano: primum scilicet, quia maris agitatione sentiebat se solito plus vexari; 2um, quia dotes illae, quae ad pertractanda negotia requiruntur, sibi deerant; 3um, quia nuperrime per litteras acceperat, P. Joannem Maracium, Procuratorem in Goana Congregatione electum, ad Lusitaniam pervenisse, ejusque adventum Serenissimo Regi minime gratum fuisse, eo nomine tantum, quia Lusitanus non erat. Insuper edicto regio prohibitum fuisse, ne Religiosus ullus, praeter Lusitanos, ad Indias trajiceret. — Quae impedimenta juxta decretum 49. 7. Congr. post Substituti electionem audita sunt, atque omnium suffragiis

---

52 *B* erat [*loco* erant] ‖ 55 *C* Secretarius ‖ 57 *B deest* electus ‖ 58 sunt]: *B* sicut; plura] *C* pl... ‖ 61-62 *B* inchota ‖ 64 *B* [P]atres *excidit* ‖ 65-66 *B* 1°; legitime] *B* egi *excidit* ‖ 68 *B* PP. (*loco* Patrum) ‖ 71-72 *B* Substitutum *C* .. bstitutum; *B* secru [*loco* scru] *desunt seqq. usque ad* tempestate *incl.; C* P. em Manuel ‖ 72-73 *C lacuna, deest* ubi ea; *C lacuna, deest* versabatur; *C lacuna, deest* 4 ‖ 74 *C deest* Et ‖ 74-75 *C lacunae*: impedimen /...../ de suo itinere /...../ scilicet ‖ 75 *B* 1um ‖ 76 *C* sentiebant ‖ 76-77 *B deest* quae; *C deest* quae ad ‖ 78 *C* Mancium [*loco* Maracium] ‖ 78-79 *C* Procuratore ‖ 80 *C deest* .. ventum Serenissimo ‖ 81 Insuper]: C In sup. es *deinde lacuna, deest* edicto ‖ 82-83 *C deest* Lusitanos; *C* junta [*loco* juxta]; *C deest* decretum 49. 7. Congr. | *B.* Cong.

(excluso a Congregatione tantisper praedicto Patre) admissa non sunt. Revocatus postea P. Balthasar congregatorum Patrum sententiis acquievit, suamque electionem illico accepit.

Franciscus Montefuscolus, Secretarius

Sigillum

[f. 365]

. . . .

His in hunc modum ritè peractis, dictoque alternatim ac submissa voce hymno ' Te Deum Laudamus ', dimissa est Congregatio die 29. Augusti anno 1650.

Franciscus Montefuscolus, Secretarius

Sigillum

95 ABCD

CATALOGI PROVINCIAE JAPONICAE ANNI 1654

1. Catalogus tempore ultimo, qui de sociis in Japonia degentibus aliquid referat, videtur esse « Catalogus Triennalis » anni 1654. Nam in Tertio Catalogo anni 1654 ita scribitur:

« Japonia.

In Japonia annis propius elapsis socii degebant duo. De his, quid actum sit, vivantne, an vixerint, propter interclusam illuc navigationem plane non constat, ut eos propterea in numerum sociorum supra positum recensendos visum non fuerit »[1].

Quae cum ita sint, *anni 1654 Catalogos ultimos nostrae seriei ponimus,* neque nobis ultra procedendum esse censemus. Nam etsi sequentium quoque annorum Catalogi Provinciae Japonicae multi sint: cum ipsam Japoniam non amplius respiciant, neque Collegium Macaense *ut fulcrum ac sustentaculum Ecclesiae et Societatis in Japonia,* sed ut centrum novarum Expeditionum in diversa Asiae regna, propterea Catalogi illi a nobis hoc loco edendi non sunt.

Verum quidem est, jam antea, triginta annorum spatio, i. e. a Catalogo Triennali Dec. 1623/Jan. 1624 usque ad praesentem Catalogum anni 1654, *Catalogos proprie dictos* de Patribus Fratribusque in ipsa

85 excluso] : *C* concluso; *C deest* Patre. — *Parenthesis in textu a transcribente intellecta non est, quare e verbo* excluso *factum est* concluso, *et ante* admissa *signum*) *mutatum est in* (. ‖ 88-89 *haec desunt in B* ‖ 90 rite] : *BC* ricte *vel* riete ‖ 93-94 *haec desunt in B*

[1] *J. 25* 168: vid. *Doc. 95 D.*

Japonia inter persecutionum procellas laborantibus silere [2]. Sed retinendum est Catalogorum illius periodi maximam partem interriisse; quodsi illi Catalogi adhuc existerent, vix dubium aliquos saltem etiam de sociis in Japonia, occulte quidem, operam dantibus referre. Pauci autem Catalogi illius temporis hodiedum existentes (1635, 1648, 1650) multa nomina continent eorum, qui vel antea per multos annos in vinea Domini Japonica desudaverant, vel postea opportunam nacti occasionem in Japonia transituri erant; nomina etiam Superiorum Majorum, de quorum nutu Japonica Missio dependebat; Procuratoris Provinciae, qui e Macaensi portu socios in Japonia degentes clam sustentare continuabat. Propterea totius temporis, quo socios in Japonia adesse constat, Catalogos huic operi omnino inserendos esse censuimus.

2. Editur hic a nobis tum *Syllabus Alphabeticus Patrum et Fratrum qui sunt intra Provinciam Japonicam et continentur in Primo Catalogo*, tum ipse *Primus Catalogus Patrum ac Fratrum Societatis JESU, qui sunt in Provincia Japonica Anno Domini 1654*, tum *Indiculus Alphabeticus Patrum qui modo sunt extra Provinciam Japonicam*, tum denique Catalogus Rerum, seu *Tertius Catalogus Provinciae Japonicae*. Omnes isti Catalogi simul inveniuntur in vol. *J. 25*, ut postea pro singulis notamus. Scripti sunt in charta europaea, omnes eadem manu. *In fine Catalogi Secundi ac Tertii sua manu subscripsit Provincialis Hieronymus Mayorica.* Quare, etsi alii Catalogi istius seriei, quos edimus, subscriptione careant, cum prudens dubium eos simul Romam missos esse locum habere nequeat, omnes documentorum originalium pretio gaudere censemus.

3. *Quo tempore compositi sint,* indicatur in titulo Catalogi Primi: nempe Anno Domini 1654. Quo mense? Id e Catalogi textu erui necesse est. In informatione de P. Metello Saccano legitur: « Nunc Proc. Romam. » Atqui P. Metellus Saccano, qui die 19. Julii 1654 e portu Cochinchinensi profectus, post undecim dies ad litus Macaense appulit [3], *die 18. Septembris anni 1654 a Congregatione Provinciali electus est Procurator Provinciae Japonicae Romam mittendus* [4]; initio sequentis anni 1655 iter Romanum e portu Macaensi aggressus est [5]; sed die 16.

---

[2] Cf. *Docc. 79 A B C, 85, 92, 93* hujus voluminis.

[3] Metello Saccano, Annua de Coccincina, de' 13 di Luglio 1652 fino a' 19 di Luglio di 1654, Macao, 1. di Novembre 1654, autogr., ital.: *J. 71* 394-416v; ibi J. 71 415: « il P. Superiore [Metello Saccano] (partì) per Macao à 19 di Luglio del presente anno, et in ondeci giorni di viaggio entrò nel porto a salvamento, ma di tal sorte, che si dubbitò non poco della sua vita ». Cf.: Pero Marques, Ánnua da Missão do Reyno de Cochinchina da Provincia de Japão da Companhia de JESU do anno de 1654, Turão, dous de Junho de 1655, ex. contemp., lus.: « Em vinte tantos de Julho se fez a vella o P.e Superior desta barra de Turão pera Macao »: *J. 71* 423v.

[4] Acta, Ajuda 49-IV-61, ff. 336v-362r: de electione 337v-338.

[5] Metello Saccano, Annua della Missione di Cocincina, di Giugno del 1651 fino ad Agosto del 1652, Macassar, 7 di Giugno 1655: « Havendo-mi l'anno passato sopra ogni mio merito eletto la Provincia del Giapone nella Congregatione Provinciale per procuratore, e venendo da Macao su'l principio

Januarii 1655 prope Macassar naufragium passus, vitam quidem salvam habuit, sed omnia documenta perdidit[6]. Quapropter interea in Misione Macassar remansit, unde praeter alia die 7. Junii 1655 Annuas Litteras Missionis Cochinchinensis[7], et die 4. Aprilis 1657 Relationem de Legatione Hollandensium ad Imperatorem Sinensem scripsit[8]. Demum in Catalogo Primo Provinciae Japonicae anni 1659 de eo dicitur: « Nunc est in Missione Zumbae »[9]. Patet ergo, eum itineri Romano (quod sine documentis exsequi non poterat) tandem renuntiasse. — *Cum electio P. Metelli Saccano in diem 18. Septembris 1654, ejusdem autem profectio e portu Macaensi in primos dies Januarii 1655 cadat, Catalogus noster intra illud tempus compositus est.*

4. In Litteris Annuis Macai die 16. Septembris 1655 a P. Johanne Nunes subsignatis, dum de naufragio P. Metelli Saccano refertur, id etiam comperimus: « A Ánnua de 54 fes naufrágio *com a primeira via que se perdeo en os baixos do Macassar* »[10]. — Ipse vero P. Metellus Saccano in Litteris Annuis Missionis Cochinchinensis, quae de tempore a Junio 1651 usque ad Augustum 1652 elapso referunt, sed die 7. Junii 1655 in Macassar subsignatae sunt (nam post naufragium in regno Macassar degens, Litteras Annuas P. Petri Márquez ibi inventas in correctiorem et ampliorem formam italicam transfudit), de documentis perditis ita loquitur: « So costretto a trattenermi qui fin che da Macao vengano gl'Atti della Congregatione Provinciale, *che con tutto il resto delle scritture el altre cose si perdettero nel naufragio* »[11]. — Ex istis duobus locis concludi posse videtur: *P. Metellum Saccano secum in itinere Romano attulisse primam viam documentorum, quae naufragio interiit.* E Catalogis hic edendis, solius Tertii Catalogi *via* indicatur. Nam in summa pagina prima Catalogi Rerum legitur: « 2. via. Ann. Dñi 1654 ». Primam igitur viam istorum quoque Catalogorum naufragio illo

---

del corrente à questo regno del Macassar, per passar quindi a Goa ... »: *J. 71* 375.

[6] De isto naufragio ipse P. Metellus Saccano in praedicta Relatione Annua (cf. Adnot. 5), *J. 71* 375. Ubi *dies* naufragii non indicatur. — *J. 64* 312v: João Nunes ad Gen., Macao, 16 Sept. 1655, Ánnua, Orig.?, lus.: « aos 16 de Janeiro do presente » (1655). E contextu patet agi de navigio, quo vehebatur P. Metellus Saccano. — *De documentis perditis*: « ... gl'Atti della Congregatione Provinciale, che con tutto il resto delle scritture, et altre cose, si perdettero nel naufragio »: ita in supradicta Relatione Annua P. Metelli Saccano, *J. 71* 375.

[7] Cf. annot. 5.

[8] Relatione del successo dell'Imbasciata che Giovanni Methvithero de Baden Generale de gl'Olandesi nell'India Orientale, mandò da Batavia all'Imperatore della Cina e Tartaria, a 20 di Luglio 1655, chiedendo il comercio di mercantia ne' porti del suo Imperio. Cavata da quella che scrisse il P. Gabriele di Magaglianes della Compagnia di Giesù, assistente della Corte di Pekim nella Cina. « Del Regno del Macassa, 4 d'Aprile di 1657. Metello Saccano ». Autogr., ital., *J. 126* 168-181v.

[9] *J. 25* 169v.

[10] João Nunes — Gen., Macao, 16. Sept. 1655, Ánnua, Orig. (?). lus., *J. 64* 294.

[11] *J. 71* 375: vit. annot. 5.

in mari periisse censendum est. Ceterum, de aliis viis quid actum sit, P. Johannes Nunes, auctor Litterarum Annuarum (de quibus supra) etiam tum anceps haeret: scribit enim: « Da 2ª e 3ª [via] não há notícia certa, visto os barcos irem tomar outros portos mui diferintes dos que pertendião, derrotados com a variedade de ventos contrários; nasceo nova obrigação ao Pe Visitador, pera mandar faser huma breve relação deste anno presente de 55 ... » [12]. Sed timor ille saltem quoad Catalogos nostros sine causa fuisse videtur; nullum enim in eis signum deprehenditur, quod missis tribus viis iisque deperditis, denuo Macai confecti sint.

Nunc de singulis Catalogis anni 1654.

1

Syllabus Alphabeticus Patrum et Fratrum, qui sunt intra Provinciam Japonicam et continentur in Primo Catalogo.

Elenchus alphabethicus, qui Catalogum Primum anni 1654 praecedit, uno continetur folio chartae europaeae (*J. 25*, 159/9v), 21,3-5 cm. lato, 30,8-31 cm. alto. Sub titulo duabus columnis dispositus est, atque utraque columna tum in medio, linea verticali communi, dividitur, tum a latere et ab infra lineis circumdatur, ita ut a sola parte superiori aperta sit. Columnae sinistrae omnes Patres, columnae dexterae omnes Fratres inscribuntur, additis pagina et numero, quibus eorum informatio in Primo Catalogo inveniatur. A latere vero, tum sinistro, tum dextero, extra lineas, ponitur numeratio personarum, quae a primo Patre (scl. P. Aloysio Pinheiro) usque ad ultimum Fratrem (scl. Fr. Pasqualem Fernández) ab uno usque ad 44 continuatur. Manus eadem est ac manus Catalogi Primi. Textus totus habetur in pagina 159v; 159r vacat, praeter verba alia manu et atramento bruni coloris postea addita: « Catalogus Provinciae Japoniae. 1654 ».

2

Primus Catalogus Patrum ac Fratrum Societatis JESU, qui sunt in Provincia Japponica. Anno 1654.

Syllabum Alphabeticum sequitur Catalogus Primus, qui 4 foliis chartae europaeae (*J. 25*, 160-163v) continetur, quae ejusdem fere extensionis sunt ac folium elenchi alphabethici. Eadem est divisio paginarum lineis verticalibus et horizontalibus ac in praecedentibus Catalogis Primis annorum 1648 et 1650. In singularum paginarum octo supremis spatiis tituli singularum informationum inscribuntur, hoc modo:

---

[12] *J. 64* 294: vit. annot. 10.

Nomen Cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis	Tempus studiorum	Ministeria	Gradus

Numeratio in margine sinistro juxta nomina apponitur, scl. fol. 160: nr. 1-8; fol. 160v: nr. 9-17; fol. 161: nr. 18-26; fol. 161v: nr. 27-34; infima paginae octo spatia juxtaposita vacant. Omnes, qui in istis foliis recensentur, Patres sunt. A summo folio 162 series Fratrum incipit: nr. 35-42; fol. 162v: nr. 43-51. Tandem in folio 163 unus qui remansit numerus 52 invenitur. De cetero pagina vacat omni alio textu. Fol. 163v divisum est quidem lineis sicut ceterae paginae, sed nihil inscriptum est.

Ad num. 8, informationes | Tempus Studiorum | Ministeria | coopertae sunt charta glutine affixa, et informationes denuo scriptae.

Ordo nominum hic est, ut primo loco (nr. 1-3) ponantur Visitator, Provincialis, Rector Collegii Macaensis; deinde alii Patres secundum tempus ultimorum votorum (nr. 4-20); post quos alii Patres sine ultimis votis, degentes intra Provinciam (nr. 21-26); denique 8 Patres extra Provinciam occupati (nr. 27-34), non sine aliquo respectu (ut videtur) ad annos in Religione transactos. — Sequuntur duo Fratres scholastici, ordine ingressus in Societatem (nr. 35-36); deinde Fratres Coadjutores formati, ordine ultimorum votorum (nr. 37-41); tandem ceteri Fratres Coadjutores et Novitii: post primum (nr. 42) ceteri ordine ingressus in Societatem (nr. 43-52).

Informationes, quae pag. 161v ad nn. 27-34 leguntur, multis lacunis obnoxiae sunt: ubi de octo illis Patribus agitur, qui secundum *Indiculum Alphabeticum particularem* tunc *extra Provinciam Japonicam* versabantur, de quibus auctor, cum praesentem Catalogum concinnaret, ulteriora rescire, vel certiora ab eisdem percunctari non poterat; pauca vero, quae de illis Patribus referuntur, ex praecedenti Catalogo anni 1650 hausta sunt, annorum quidem aetatis et vitae religiosae *aucto* numero, additisque quae de eorum ministeriis Macai innotuerant. Trium Patrum ultimo loco positorum nomina in praecedenti Catalogo deerant, quippe qui nunquam antea ad Japonicae Provinciae territorium accessissent; de unoquoque eorum in praesenti Catalogo nonnisi nomen et natio scribitur.

Considerata autem dependentia, quae quoad Patres extra Provinciam degentes inter Catalogum Primum anni 1654 et Catalogum Primum anni 1650 viget, jam accuratius *de relationibus inter utrumque Catalogum Primum* videndum est. Et *primum quidem, ordo nominum* ita mutatus invenitur, ut vix tria nomina eodem modo ac in praecedenti Catalogo (1650) in praesenti (1654) inter se sequantur. Quae transpositio duplicem rationem habet. Nam in antecedenti Catalogo (1650) *ordo*

nominum singulorum Patrum, dein Fratrum, ingressui in Societatem, seu annis in religione transactis, nitebatur; in praesenti autem Catalogo (1654), retenta divisione in series Patrum, Fratrum Scholasticorum, ac Fratrum Coadjutorum, pro Professis, ac Coadjutoribus Spiritualibus et Temporalibus formatis, respectus ultimorum votorum praevaluit, dum ceteri etiam nunc ordine annorum Societatis sequuntur. — Sed praeter mutatam nominum distributionem, *ipsa quoque nomina* (sociorum Provinciae Japonicae) nunc ex parte alia sunt: teste enim Catalogo Tertio anni 1654, mox edendo: « *ab anno 1650 inclusive usque in hanc diem admissi in Societatem 19, dimissi* 7, *vita functi 14* ». — Diximus superius [13] Catalogum Primum anni 1650 post diem 31. Julii 1650 (probabiliter occasione Congregationis Provincialis, quae a die 16. usque ad 29. Augusti Macai habita est) compositum esse; ita ut Catalogus ille majorem partem anni 1650 in se comprehendat. Mutationes personarum, ab initio anni 1650 factae, in eum jam receptae sunt. E contra, numeri admissorum, dimissorum, defunctorum, *in Catalogo Tertio anni 1654 scripti*, non inde a Catalogo Primo circa mensem Augusti 1650 composito, sed inde ab initio anni 1650 computati esse videntur: « ab anno 1650 inclusive ». Deficientibus vero Catalogis Brevibus 1650-1654, mutationes illas ex parte tantum cognoscimus.

Admissi erant eo tempore (1650-1654) 19 novitii; e quibus teste Catalogo Primo 1654 11 in Societate perseverabant; aliunde 1 novitium obiisse scimus [14]; de ceteris 7 quid actum sit, ignoramus, immo, neque eorum nomina novimus.

Dimissi erant 7 socii; numerus cum 7 ex admissis coincidit, quorum nomina in Catalogis non apparent; sed dubitamus, num de ipsis agatur; an alii ex aetate provectioribus, quorum vestigia in Catalogis posterioribus non invenimus, in aliam Provinciam transierint, an Societatem reliquerint. Nam comparatis inter se omnibus nominibus Catalogorum 1650 et 1654, dum ceterorum sortem non ignoramus, de tribus sociis, quid eis contigerit, ancipites haeremus: qui sunt: P. Emmanuel Pinheiro; Fr. Franciscus de Vega; Fr. Ignatius Xaverius Cochinchinensis. Fratris Francisci de Vega nomen tantummodo, sine ulla alia informatione, in Catalogo anni 1650 invenitur: ut propterea in Provinciam Japonicam destinatus quidem, sed numquam ingressus credi possit.

Vita functi erant 14; de quorum nominibus aliunde constare videtur. Nam mortui sunt: anno 1650: Fr. Franciscus Dias; P. Emmanuel de Azevedo, Visitator; P. Vicens Ribeiro (omnes Macai obiere [15]); anno 1651: P. Felix Morelli et P. Franciscus Montefuscoli in mari Tunkinensi [16]; P. Franciscus Figueira Macai [17]; P. Balthasar Cittadelli et Fr.

---

[13] Videas superius Introd. ad Catalogum anni 1650, *scl. ad Doc. 93.*

[14] AHU, *ms. 1659* fol. 107: *Dos deffunctos da Companhia que estam enterrados nesta igreja*: die 4. Februarii 1652 sepultus est Fr. Manoel de Moura, a paucis mensibus novitius.

[15] AHU, *ms. 1659* fol. 107.

[16] Joam Cabral — Gen., Macao, 30 de Novembro 1652, Ânnua da Missão de Tonkim, da Provínciae de Jappão, do anno de 1652, 2ª via, ex. authentifi-

Ignatius Lagotte in mari prope Goam[18]; anno 1652: P. Eduardus Ferreira; Fr. Emmanuel de Moura, novitius; P. Franciscus Taveira; Fr. Dominicus Mendes; Fr. Petrus da Cruz: omnes Macai[19]; anno 1653: P. Emmanuel Cardoso in Missione Tunkinensi[20]; P. Franciscus Furtado, Visitator[21]. Ultimus, etsi utriusque Provinciae Visitator, ad Viceprovinciam Sinensem revera pertinebat et forsitan hanc ob causam inter 14 defunctos Provinciae Japonicae (1650-1654) non numeratus est.

Neque in Catalogo Primo neque in Catalogo Tertio anni 1654 eorum mentio fit, qui eo tempore (1650-1654) in alias Provincias abierunt. Profecti sunt enim: in Europam (sed mortui in itinere) P. Balthasar Cittadelli et Fr. Ignatius Lagot(te)[22]; in Indiam: P. Johannes Cabral[23]; P. Balthasar Caldeira[24]; P. Gundisalvus (Gonçalo) da Fonseca[25]; tandem in Sinensem Missionem ad tempus missus esse videtur Fr. Emmanuel Carvalho[26].

Quibus eventibus Provincia Japonica brevi 5 annorum spatio profunde mutata est, ita ut Catalogus noster non solo ordine nominum, sed ipsis nominibus a praecedenti magna ex parte differat.

E contra, tota Catalogi dispositio (genus scl. informationum de singulis Patribus Fratribusque) eadem est; immo, auctorem nostri Catalogi praecedentem Catalogum anni 1650 prae manibus habuisse, et saepe, mutatis mutandis, ad verbum descripsisse: id ex utriusque Catalogi comparatione facile patet.

---

catum (Heitor Pereira, Procurator Japponensis in urbe Goana, Goae, 25. Jan. 1654, lus., *J. 89* 148-149v.

[17] *AHU 1659* f. 107.

[18] *Hist. Soc. 48* 18: duo isti defuncti die 3. Decembris 1653; plura de eorum morte habes in opere P. Michelis Boym de suo Itinerario, *J. 77* 67v.

[19] AHU *ms. 1659* ff. 107/7v.

[20] *Hist. Soc. 48* 35v.

[21] AHU *ms. 1659* 107v.

[22] Vid. annot. 18.

[23] P. Joam Cabral, etsi deest in Catalogo Japonico 1654, in Cat. Br. Goano Jan. 1655 nondum recensetur (*Goa 27* 64-66v); in Cat. Br. 1656 ejus nomen invenitur (*Goa 27* 67), sicut in sequentibus Catalogis Provinciae Goanae *Goa 27* 71, 75, 79, 83, 86; *Goa 25* 141v, 165, 189, 209v, 226 (defunctus Goae 4. Julii 1669: *Hist. Soc. 48* 90).

[24] P. Balthasar Caldeira in Catalogo Primo Japonico 1654 deest; in Catalogo Goano Nov. 1656 recensetur ut minister in Domo Professa Goana: *Goa 25* 140, atque ibi deinceps (*Goa 25* 168v, 190, 203, 210v, 230v, 252, 277; *Goa 27* 71), usque ad mortem (3. Maii 1678, in eadem domo): *Goa 25* 292.

[25] P. Gonçalo da Fonseca jam mense Decembri 1653 in Provincia Goana recensetur, et usque ad Novembrem 1656 in Catalogis Provinciae Goanae inscriptus est (*Goa 27* 63 65 68v; *Goa 25* 148). Postea vero ad Collegium Macaense rediit, ubi die 7. Octobris 1662 obiit (*J. 25* 181v 183v 190v 192v 195v).

[26] Fr. Emmanuel Carvalho deest in Catalogo Japonico 1654: in Catalogo Japonico 1659 reapparet (*J. 25* 172): cum, secundum Catalogum 1659, per 2 annos in Missione Sinensi fuerit, forsitan tempore Catalogi Japonici 1654 (ultimo trimestri 1654) apud Sinas degebat?

3

Indiculus Alphabeticus Patrum qui modo sunt extra Provinciam Japonicam, de quibus propterea nulla fit mentio in 2° Catalogo

Brevis iste elenchus octo nominum invenitur in unico folio chartae europaeae ejusdem extensionis ac totus Catalogus Primus (*J. 25,* 164; 164^v vacat). Dispositio eadem est as in Syllabo Alphabetico, sed textus nonnisi tertiam fere partem columnae sinistrae occupat. Deest numeratio in margine. Ad singula nomina indicatur locus, ubi informatio in Catalogo Primo scripta sit. Quas informationes multis obnoxias esse lacunis, jam in Introductione ad Catalogum Primum diximus. Notandum est id, quod de Patre Adriano Pestana in Catalogo Primo statuitur: « Scripto jam Catalogo didici hunc Patrem spectare ad Viceprovinciam Sinensem ».

4

Tertius Catalogus Provinciae Japonicae

Catalogus Rerum anni 1654 unico folio chartae europaeae (*J. 25,* 168), ejusdem fere extensionis ac praecedentia folia, continetur. Textus totam paginam 168^r et minus quam mediam paginam 168^v occupat; quem in fine sequitur subscriptio autographa auctoris, scl P. Hieronymi Mayorica, Provincialis. Agitur de 2^a via, ut legitur in angulo sinistro summae paginae 168^r. Manus eadem est ac Catalogi Primi.

Textus totus in Introductionem generalem et 5 capitula sat brevia, unumquodque sub proprio titulo, dividitur. Dum Introductio particulari superscriptione caret, 5 capitula haec sunt: Collegium Amacaense; Japonia; Missio Cocincinica; Missio Tunkinica; Missiones Reliquae.

Duplex est respectus Catalogi: brevissime enim proponitur tum distributio personarum, tum administratio rerum temporalium (substantia, redditus, expensae) Provinciae Japonicae. —

★

Cum Catalogus Brevis eo tempore *desit, ex Catalogo Tertio numericam distributionem* sociorum per domos vel regiones discimus: quae brevi conspectu ita describi potest:

In Collegio Macaensi	36	20 Patres	
		2 Fratres Scholastici	
		8 Fratres Coadjutores	
		6 Novitii	1 Novitius Scholasticus
			5 Novitii Coadjutores
In Missionibus	8	1 In Cochinchina	
		5 In Tumkim	
		1 In Camboja	
		1 In Macassar	
Intra Provinciam	44		
[Extra Provinciam	8]		
[Universi	52]		

In praecedenti Catalogo Primo anni 1650 socii erant 54; praesens *Catalogus Tertius anni 1654 mutationes factas ita complectitur*:

[Socii 1560	:	54]
Admissi	:	+ 19
Dimissi	:	— 7
Defuncti	:	— 14
		— 2
[Socii 1654	:	52]
[Extra Prov.	:	— 8]
Socii sec. Cat. III.	:	44

Sed Catalogus Tertius, dum ita sociorum numerum computat, tum in Indiam vel in alias partes regressos, tum recenter inde advectos praeterit; praeterea non omnino liquet, num admissi, dimissi, defuncti ab initio anni 1650 (ut videtur) vel a tempore compositionis Catalogi ejusdem anni recenseantur.

★

Rerum temporalium administratio brevissime quidem, non clarissime, explicatur. Catalogus Tertius praesertim de Provinciae Japonicae (ut talis) redditibus, expensis, debitis agit; deinde Macaensis collegii redditus brevi describuntur. Schema fere hoc est:

I. Provincia Japponica

A. Redditūs

1. Locatio domorum: redd. 518 arg.
2. Administratio argenti orphanorum: Summa = 1500 arg.; lucra orphanorum: [4½% =] 68 arg.
3. Seminario Japonico « pro pecunia inde accepta » quotannis 334 arg. solvuntur.
4. Damna, quae Provincia subiit 1650-1654: 4884 arg.
5. In India redditūs annui: c. 4000 arg. (= patacas).
6. Mercium sericarum lucra propter interclusum commercium fere evanuerunt.

II. Collegium Macaense

1. Decem domorum locatio: redd. 313 arg.
2. Praedia duo: Ilha Verde: sumptus exaequant redditus. — Oytem: c. 100 arg. reddituum (sperantur in posterum c. 500 arg.)
3. Fundatio deest.
4. 8 socii e Collegii redditibus, ceteri ex aerario Provinciae aluntur.

III. Missio Cochinchinensis

Habet fundationis initium: 2300 arg., e mente fundatricis commercio mercium sericarum ita augen-

B. Expensae annuae

C. 12 000 arg.

C. Debita

Macai, in India, Lusitania:
56 000 Serafins
(Provincia habet exiguos redditus in Lusitania e praedio Carcavellos)

Reliquum aerarii: c. 7000 arg.

dum, ut sufficiat. Istam pecuniam Provincia Japonica debet Missioni Cochinchinensi.

★

Quid in Catalogo sub *argenteorum* voce veniat, non explicatur; tantummodo ubi redditus annui in India percepti recensentur, de argenteis nomine 'pataca' agi expresse statuitur. Debita autem Provinciae Japonicae nummis, qui 'serafins' vocantur, declarantur. Macai tunc temporis alii etiam varii nominis et generis nummi in usu erant [27].

Succinctam et claram, etsi *duobus decenniis posteriorem*, declarationem P. Sebastianus d'Almeida, Visitator, *die 17. Novembris 1677* Catalogo cuidam Fundatorum et Benefactorum Provinciae Japonicae et Collegii Macaensis adjecit. Cujus textum comparationis gratia hic transscribimus [27a]:

« Para que fique mais clara a contia que deu a esta Provincia cada hum dos Fundadores e Bemfeitores della, servem as contas seguintes.

Huma pataca de Espanha tem sete mazes, tres caixas pella balança de Macao. —

Hum pão de ouro de des taeis de Macao se compra em Macao comforme o tempo a cento e quinze taeis, e a cento e vinte, e a cento vinte e sinco pello pão de ouro; fazendo em patacas a rezão de cento e vinte taeis o pão de ouro, montão cento secenta e tres patacas, sinco mazes, dous condorins, e huma caixa.—

Hum cruzado de Macao tem seis mazes, coatro condorins; de corrente feitos em Saissi sinco mazes, coatro condorins, e coatro caixas.

Hum cruzado de Portugal que tem doze reales e meyo por cada cruzado, monta em hum real nove condorins, huma caixa, secenta dous avos e meyo; [de modo] que fazem os ditos reales acima de hum cruzado hum taël, hum mas, coatro condorins e meyo, trinta e hum avos e vinte e sinco partes de hum avo.—

Hum taël le Macao tem des mazes, hum *mas* tem des condorins, hum condorim tem des caixas, huma caixa tem cem avos.—

Macao, 17 de Novembre de 677.

Sebastiam d'Almeida »

[27] Cf. Adnot. 33 ad Doc. 89, p. 1016.
[27a] *J. 23* 4v. Subscriptio videtur esse autographa.

Propius ad tempus nostri Catalogi (1654) accedunt rationes [28], quas Fr. Emmanuel dos Reis *ab anno 1661 usque ad annum 1669,* quo mortuus est (die 17. Decembris 1669 Macai obiit) [29] de gestione sui officii reddidit: erat enim Procurator Provinciae Japonicae et Viceprovinciae Sinicae. Ubi diversi quidem nummi frequenter occurrunt, sed *redditus et expensae omnes reducuntur ad eam argenteorum speciem, quae taël* (*taël de prata, de reales*) vocatur. Cumque alia argenteorum genera, *pardaos, patacas, Xerafins,* commutentur in taëis, eorum valor relativus facile invenitur. Nummi enim *pardao* et *pataca* eodem omnino valore ibi computantur; *una autem pataca = 2½ Serafins* aequiparatur; porro *una pataca aequivalet = 0, 7333 taeis de prata de reales;* denique praeter nummum *taël de prata de reales* alius etiam *taël de prata Saissy* (Shanshi) frequenter in istis rationibus nominatur, qui priorem pretio aliquantulum superat, ita ut *unus taël de prata Saissy = 1,08695 taël de prata de reales* aestimetur. Lusitanum autem argentum, si istis nummis conferas, *1 milreis = valorem 3,33 serafins* attingit. — Vel aliter: 1000 serafins = 400 patacas; 1000 patacas = 733 taëis de prata de reales; item 1000 pardaos = 733 taëis de prata de reales; 1000 taëis de prata Saissy = 1086, 956 taëis de prata de reales; 1000 serafins = 300 milreis. — Diximus Procuratorem Provinciae Japonicae et Viceprovinciae Sinensis, Fratrem Emmanuelem dos Reis, in suis rationibus *reditūs et expensas omnes reducere ad nummos argenteos « taëis de prata de reales »,* idque ab anno, quo munus suum suscepit, usque ad annum, quo illud deposuit (1661-1669).

Eundem modum tenet in rationibus sui muneris Procurator (Macaensis) [30] Viceprovinciae Sinensis, Fr. Manoel de Figueiredo, *annis 1647/48*: omnes enim redditūs et expensas nummis « taëis de prata de reales » exprimit. Quapropter nummus iste, prae ceteris tunc Macai adhibitis, a Procuratoribus S. J. ut fundamentum totius computationis assumptus fuisse videtur. Ideoque magna cum probabilitate in nostro Catalogo nummos argenteos (nisi expresse alio nomine vocantur, ut fit de nummis « pataca » dictis in India) ejusmodi taëis fuisse censendum est.

Valorem vero nummi non relativum seu aliorum nummorum pretio expressum, sed realem, sumptum in se, qualem tunc *taël de prata de reales* Macai habuerit, *e nostro Catalogo Tertio* aliquo modo discimus. Illa enim relatio inter certam istorum nummorum copiam et *annuam sustentationem personarum* in Collegio Macaensi degentium exprimitur: 313 argenteis vix quatuor capita ali possunt; ita ut 78¼ argentei pro unius vita uno anno vix satis esse dicantur.

Redditus Provinciae Japonicae olim e variis fontibus confluere solebant; sed Catalogo Tertio teste, aliqui e principalibus fontibus jam evanuerant; nam et de elargitionibus Regis Lusitani et de Summi Pontificis annua « pensione » Catalogus silet; et propter interclusum ad Japonicas insulas transitum, Civitatis Macaensis e sericarum mercium

---

[28] *J. 23* 138-156v.
[29] AHU, *ms. 1659* fol. 108v.
[30] *J. 23* 338-339v.

venditione lucra cessaverant: ut ob eam causam pariter Provinciae Japonicae in his emolumentis participatio perdita sit; neque aliter res se habebat cum commercio, quod aliquando inter istam Civitatem et Manilam, Philippinarum emporium, viguerat. Ideoque e principalibus olim fontibus nonnisi annui proventus e praediis in India jamdudum coemptis remanserant, additis minoribus quibusdam redditibus: e locatione domorum; ex administratione « argenti orphanorum » (cujus pecuniae pericula Procurator in se suscipiens, annua lucra (ad 4½%) orphanis tribuebat); ex administratione item argenti Seminarii (cujus lucra in proventum Seminarii cedebant); e praediis Collegii Macaensis (Ilha Verde et Oytem).

Expensae annuae, quae ad 12 000 argenteos ascendebant, in Catalogo non magis declarantur; quae non sociorum sustentationem tantum, sed et domorum curam, itinera et « missiones », ecclesias et sacella, collegiales et servos, sacrarum aedium custodes, munera principibus non-christianis deferenda, eleemosynas pauperibus erogandas, aliaque multa continebant.

Comparanti redditus et expensas facile patet, expensas annuas multo superare annuos redditus; aggravari autem penuriam damnis non paucis, quae illis annis (1650-1654) Provincia Japonica passa erat; nullis autem insolitis eleemosynis eodem tempore status Provinciae sublevabatur; unde mirum non erat, Provinciam Japponicam opprimi debitis; nam aeris alieni summa usque ad 56 000 serafins increverat (= 22 400 patacas; = 16 419 taëis de prata de reales); dum aerarium Provinciae nonnisi c. 7000 argenteos continebat.

Totius considerationis conclusio haec est: Provincia Japonica S. J., olim florentissima, variis causis concurrentibus, tum personarum diminutione, tum activitatis suae restrictione, tum rei familiaris penuria, paulatim a priorum temporum statu deciderat. Cujus imminutionis causa praecipua fuit violenta atque diuturna Japonicae Ecclesiae oppressio: qua Novembri 1614 omnes praecones Fidei e Japonia discedere jussi sunt; omnes ecclesiae, sacella, domus Societatis ceterorumque Ordinum destructae; clam remanentibus Evangelii praedicatoribus nulla jam securo loco consistentia; quin potius huc illuc vagari, interdiu abscondi, noctis tempore e latebris emergere et antelucanis horis sacrum litare, confessiones audire, verbum Dei annuntiare coacti sunt. Quorum numerus, multorum pro Christo gloriosa morte frequenter imminutus, quorundam etiam sociorum misera defectione debilitatus, novis copiis aliunde adscitis rarius in singulos annos refici potuit. Tandem Societatis Jesu, immo, ipsius Ecclesiae, in Japonia omnis actio evanuit.

Verum quidem est, socios e Japonia expulsos in regnis circumjacentibus novas Missiones fundasse, quibus Macaense Collegium veluti fundamentum et fulcrum erat. Itaque factum est, ut Japonicae Provinciae nomen retineretur: nam Patres Fratresque, extra ambitum Japonicarum insularum viventes, spem non amittebant, redeundi aliquando tandem ad « suam » desideratissimam Japoniam. Novas autem in terris circumvicinis Missiones, variis persecutionibus agitatas, tempore Catalogi 1654 nonnisi perexiguus sociorum numerus excolebat, ita ut

omnium membrorum Provinciae Japonicae numerus tunc ad 52 descenderit. Unde gloriosa Provincia Japonica (a qua jamdudum Sinarum Viceprovincia avulsa erat) post tot apostolicae vitae labores, post tanta pericula magno animo tolerata, tot Martyrum redimita coronis, tandem ad maestum quendam atque languentem statum delapsa est, e quo antiquae Societatis tempore (s. 17. et 18.) non convaluit. Tandem Missio Japonica, saeculi vigesimi initiis denuo fundata, mirum in modum in florentissimam Provinciam, Divina Bonitate largiente, resurrexit.

95 A

Textus

J. 25 159v

SYLLABUS ALPHABETICUS PATRUM ET FRATRUM QUI SUNT INTRA PROVINCIAM JAPONICAM ET CONTINENTUR IN PRIMO CATALOGO.

1.	P. Aloysius Pinherius	Pag. 3 n. 26
2.	P. Antonius Ferreira	Pag. 1 n. 7
3.	P. Antonius López	Pag. 3 n. 25
4.	P. Barnabas de Oliveira	Pag. 3 n. 24
5.	P. Benedictus de Mattos	Pag. 1 n. 6
6.	P. Carolus da Rocha	Pag. 2 n. 14
7.	P. Emmanuel de Miranda	Pag. 2 n. 12
8.	P. Franciscus Rangelus	Pag. 1 n. 8
9.	P. Franciscus Rivas	Pag. 3 n. 18
10.	P. Georgius Nunes	Pag. 1 n. 4
11.	P. Hieronymus Mayorica	Pag. 1 n. 2
12.	P. Joseph Agnes	Pag. 2 n. 9
13.	P. Joannes Andreas Lubelli	Pag. 2 n. 15
14.	P. Joannes Baptista Brando	Pag. 2 n. 16
15.	P. Joannes Maria Leria	Pag. 1 n. 5
16.	P. Joannes Nogheira	Pag. 3 n. 23
17.	P. Joannes Nunes	Pag. 3 n. 21
18.	P. Martinus Coelho	Pag. 1 n. 3
19.	P. Matthias d'Amaya [!]	Pag. 2 n. 17
20.	P. Metellus Saccanus	Pag. 2 n. 10
21.	P. Onufrius Borges	Pag. 2 n. 11
22.	P. Petrus Márquez	Pag. 3 n. 22
23.	P. Philippus Marinus	Pag. 3 n. 19
24.	P. Sebastianus d'Amaya	Pag. 1 n. 1
25.	P. Stanislaus Torrente	Pag. 3 n. 20
26.	P. Thomas Valguarneira	Pag. 2 n. 13
27.	F. Antonius Méndez	Pag. 6 n. 48
28.	F. Antonius Rodríguez	Pag. 6 n. 50
29.	F. Antonius Simõis	Pag. 5 n. 40
30.	F. Antonius de Torres	Pag. 5 n. 39
31.	F. Belchior Ribeiro	Pag. 5 n. 38
32.	F. Bartholomeus da Costa	Pag. 5 n. 35

33.	F. Didacus Cottinius	Pag. 6 n. 49
34.	F. Didacus Suares	Pag. 6 n. 47
35.	F. Dominicus Correa	Pag. 6 n. 45
36.	F. Dominicus Nobrega	Pag. 6 n. 51
37.	F. Emmanuel Ferreira	Pag. 6 n. 52
38.	F. Emmanuel Figheredo	Pag. 5 n. 37
39.	F. Emmanuel da Silva	Pag. 5 n. 44
40.	F. Ignatius Sanga	Pag. 5 n. 36
41.	F. Joannes Pereira	Pag. 6 n. 46
42.	F. Mattheus Vaz	Pag. 5 n. 41
43.	F. Michael Monterius	Pag. 5 n. 42
44.	F. Pasqualis Fernández	Pag. 6 n. 43

95 B

Textus

J.25 160-163v
Fol 160

PRIMUS CATALOGUS PATRUM AC FRATRUM SOCIETATIS JESU QUI SUNT IN PROVINCIA JAPPONICA. ANNO DOMINI 1654.

	Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis
1	P. Sebastianus de Amaya, Visitator	Lusitanus, Ulysipponensis	Annum agit 56	Infirmissima valetudine	Fuit in Societate annos 43
2	P. Hieronymus Maiorica, Provincialis	Italus, Neapolitanus	Annum agit 64	Bonae valetudinis	Fuit in Societate annos 51 (!) [Ingr. 17. IV. 1605, vid. *Biogr.*]
3	P. Martinus Coelho, Rector Collegii	Lusitanus, Eborensis	Annum agit 46	Robustus et firmae valetudiniss	Fuit in Societate annos 30
4	P. Georgius Núnez	Lusitanus	Annum agit 62	Mediocriter sanus	Fuit in Societate annos 42
5	P. Joannes Maria Leria	Italus, Vercellensis	Annum agit 54	Viribus integris, sed infirmae valetudinis	Fuit in Societate annos 38
6	P. Benedictus de Mattos	Lusitanus	Annum agit 59	Bonae valetudinis	Fuit in Societate annos 37

Tempus studiorum	Ministeria	Gradus
Studuit in Societate philosophiae annos 4, theologiae annos 4, in qua creatus est Doctor	Docuit humaniores litteras annos 7, Sacram Scripturam annos 9. Fuit in Missione Madurensi annos 2, in aliis Missionibus annos 5. Fuit Rector Collegii Nagapatensis annos 3, Collegii Macai et Provincialis Japoniae annos 3. Est Visitator Japoniae.	Professus 4 votorum anno 1633, die 8. Decembris.
Studuit in Societate philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Fuit in Missionibus annos 30. Superior in Missione Tunkinensi annos 3, et bis Visitator eiusdem Missionis. Nunc est Provincialis Japoniae. Docuit humaniora annos 4 [a].	Professus 4 votorum anno 1626, die 21. Maii.
Studuit in Societate philosophiae annos 4, theologiae annos 4.	Fuit in Missione Tunkinensi annos 18.	Professus 4 votorum anno 1649, die 23. Maii.
Studuit in Societate philosophiae annum 1, theologiae morali annos aliquot.	Fuit praefectus ecclesiae annos 15, procurator et minister Collegii Amacai annos 6, procurator Provinciae Japoniae annos 6, Vicerector Collegii Amacaensis annum 1 cum dimidio.	Coadiutor formatus Spiritualis anno 1628, die 15. Augusti.
Studuit in Societate humanioribus litteris annos 2, philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Audivit confessiones in Italia tempore pestis annum 1. Fuit Superior Nostrorum in itinere Indico. Fuit in Missionibus annos 12, in quibus fuit Superior annos 3 [b].	Professus 4 votorum anno 1634, die 8. Decembris.
Studuit in Societate humanioribus litteris annos 2, philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Docuit humaniores litteras annos 2. Fuit in Missione Sinensi annos 4; Cocicinae annos 5; in insula Haynan annos 13; nunc denuo ad Sinensem abreptus a regul.	Professus 4 votorum anno 1641, die 2. Decembris.

	Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis
7	P. Antonius Fereira	Lusitanus, Ulysipponensis	Annum agit 48	Infirmae valetudinis	Fuit in Societate annos 33
8	P. Franciscus Rangelus	Lusitanus, Portuensis	Annum agit 41	Robustus et bonae valetudinis	Fuit in Societate annos 25
9	P. Joseph Agnes	Italus, Sepinensis, in regno Neapolitano	Annum agit 42	Firmae valetudinis	Fuit in Societate annos 23
10	P. Metellus Saccanus	Italus, Siculus Messanensis	Annum agit 43	Mediocriter sanus	Fuit in Societate annos 23
11	P. Onufrius Borges	Helvetius, Lucernensis	Annum agit 40	Mediocriter sanus	Fuit in Societate annos 23
12	P. Emmanuel de Miranda	Lusitanus, Ulysipponensis	Annum agit 52	Robustus et bonae valetudinis	Fuit in Societate annos 27
13	P. Thomas Valguarnera	Italus, Siculus Panormitanus	Annum agit 45	Mediocriter sanus	Fuit in Societate annos 28
14	P. Carolus da Rocha	Italus, Salutiensis, in Subalpinis	Annum agit 42	Mediocriter sanus	Fuit in Societate annos 27

Tempus studiorum	Ministeria	Gradus
Studuit in Societate litteris humanioribus annum 1, philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Docuit humaniores litteras annos 3, theologiam annos 9. Fuit minister Collegii Amacai [c] annum 1, fuit praefectus studiorum annos 5, fuit praefectus ecclesiae annos 6.	Professus 4 votorum anno 1647, die 31. Julii.
Studuit in Societate humanioribus litteris annos 2, philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Docuit philosophiam annos 2, theologiam annos 2. Fuit in Missione Tunkinensi annos 8.	Professus 4 votorum anno 1646, die 2. Februarii. / 160v
Studuit ante ingressum litteris humanioribus et philosophiae, in Societate vero theologiae annos 4.	Docuit litteras humaniores annum 1, fuit minister Juniorum aliquot menses. Fuit in Missionibus annos 11.	Professus 4 votorum anno 1647, die 31. Julii.
Studuit in Societate litteris humanioribus annum 1, philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Docuit humaniores litteras annos 3, fuit substitutus theologiae annum 1. Superior Missionis Cocicinensis annos 9. Nunc Procurator Romam.	Professus 4 votorum anno 1648, die 29. Septembris.
Studuit in Societate philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Fuit minister Juniorum annum 1, Collegii Macaensis annos 2. Fuit in Missione Tunkinica annos 11.	Professus 4 votorum anno 1648, die 31. Martii.
Studuit in Societate philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Fuit minister Collegii Amacaensis annum 1. Nunc occupatur in Residentia Macassariae, in qua fuit annos 9.	Professus 4 votorum anno 1649, die 18. Aprilis.
Studuit in Societate humanioribus litteris annos 2, philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Docuit humaniores litteras annos 2. Fuit minister annos 7, Procurator Japoniae annos 3, Socius Provincialis annos 4, Rector Seminarii annos 3. Captus ab haereticis passus est vincula 8 menses.	Professus 4 votorum anno 1649, die 15. Augusti.
Studuit in Societate litteris humanioriribus annum 1, philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Docuit humaniores litteras annos 7. Fuit minister annum 1, fuit in Missionibus annos 5.	Professus 4 votorum anno 1649, die 15. Augusti.

	Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis
15	P. Joannes Andreas Lubelli	Italus, ab Aletio	Annum agit 44	Mediocriter sanus	Fuit in Societate annos 27
16	P. Joannes Baptista Brando	Italus, Neapolitanus	Annum agit 44	Infirmae valetudinis	Fuit in Societate annos 27
17	P. Matthias de Amaya	Lusitanus, ab Atalaya	Annum agit 38	Bonis viribus et valetudine	Fuit in Societate annos 25
18	P. Franciscus Rivas	Italus, Neapolitanus	Annum agit 47	Vires mediocres	Fuit in Societate annos 27
19	P. Philippus Marinus	Italus, Genuensis	Annum agit 47	Infirmae valetudinis	Fuit in Societate annos 30
20	P. Stanislaus Torrente	Italus, Urbevetanus	Annum agit 38	Bonae valetudinis	Fuit in Societate annos 21
21	P. Joannes Núnez	Lusitanus, a Monte Maiore	Annum agit 38	Robustus et bonae valetudinis	Fuit in Societate annos 21

Tempus studiorum	Ministeria	Gradus
Studuit in Societate philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Docuit humaniores litteras annos 2. Fuit in Missionibus annos 6, fuit Magister novitiorum annum 1.	Professus 4 votorum anno 1649, die 15. Augusti.
Studuit in Societate humanioribus litteris annum 1, theologiae annos 4. Ante ingressum absolvit philosophiam.	Docuit humaniores litteras annos 4. Fuit minister Goae 4 menses, Amacai totidem, confessiones audivit annos 17.	Professus 4 votorum anno 1650, die 25. Martii.
Studuit in Societate humanioribus litteris annos 2, philosophiae annos 4, theologiae annos 4.	Docuit humaniores litteras annos 3, philosophiam annum 1, theologiam annos 3. Captus ab haereticis, passus est vincula 8 menses. Fuit Socius Visitatoris annum 1, Magister novitiorum annum 1, Pater christianorum annum1.	Professus 4 votorum anno 1650, die 25. Martii. /161
Studuit in Societate humanioribus litteris annum 1, philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Docuit humaniores litteras annos 4, concionatoris munus exercuit annos 11. Fuit in Missionibus annos 2, fuit Superior in navi Indica, fuit minister Goae aliquot menses.	Professus 4 votorum anno 1650, die 31. Julii.
Studuit in Societate humanioribus litteris annos 2, philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Docuit humaniores litteras annos 4, casus concientiae aliquot menses. Fuit Procurator Viceprovinciae Sinensis. Fuit in Missione Tunkinica annos 4.	Professus 4 votorum anno 1651, die 7. Maii.
Studuit in Societate litteris humanioribus annos 2, philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Confessiones audivit et aliquas conciones habuit in Indica Provincia annos 5. Fuit in Missione Tunkinica annos 8.	Professus 4 votorum anno 1651, die 7. Maii.
Studuit in Societate philosophiae annos 4, theologiae annos 3.	Docuit humaniores litteras annos 2. Fuit in Missionibus annos fere 4, concionatus interdum et confessiones audivit annos 6.	

	Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis
22	P. Petrus Márquez	Japon, natus Nangazaqui	Annum agit 42	Robustus et bonae valetudinis	Fuit in Societate annos 23
23	P. Joannes Nogueira	Lusitanus, Braccarensis	Annum agit 33	Vires habet mediocres	Fuit in Societate annos 17
24	P. Barnabas de Oliveyra	Lusitanus, Amacaensis	Annum agit 32	Bonae valetudinis	Fuit in Societate annos 14
25	P. Antonius López	Lusitanus, a Tavero iuxta Conimbricam	Annum agit 36	Mediocriter sanus	Fuit in Societate annos 12
26	P. Aloysius Piñerius	Lusitanus, Conimbricensis	Annum agit 44	Robustus et integris viribus	Fuit in Societate annos 9 a secundo ingressu
27	P. Hector Pereira	Lusitanus			Fuit in Societate annos 21
28	P. Petrus Mesquita	Lusitanus, Ulysipponensis	Annum agit 33	Bonae valetudinis	Fuit in Societate annos 18
29 +	P. Adrianus Pestana	Lusitanus		Bonis viribus, sed parum firmae valetudinis	

Tempus studiorum	Ministeria	Gradus
Studuit in Societate humanioribus litteris annos 2, philosophiae annos 3, theologiae annos 4.	Fuit socius Magistri novitiorum annos 2, curam habuit unius parochiae [d] annos 2. Fuit minister Amacai annos 2. Fuit in Missione Cocincinensi annos 2.	
Studuit in Societate humanioribus litteris annos 5, philosophiae annos 3, theologiae annos 3.	Docuit humaniores litteras annos 4, conciones aliquas habuit ; fuit confessarius annos 6 ; fuit praefectus Congregationis scholasticorum annum 1.	
Studuit in Societate humanioribus litteris annos 2, philosophiae annos 3, theologiae annos 3.	Docuit annos 2 grammaticam, quam nunc iterum docet ; fuit praefectus Juniorum annum 1 et Vicerector Coulani aliquot mensibus.	
Studuit in Societate humanioribus litteris annos 2, philosophiae annos 3.	Docuit infimam classem annos 2, fuit minister Collegii Amacai annos 4, Procurator Viceprovinciae Sinensis 4 mensibus, iterum est minister.	
Studuit in Societate philosophiae annos, 3, theologiae annos 4.	Docuit grammaticam annos 2, audivit confessiones annos 7 et aliquando concionatus est. Fuit in Missionibus annum 1 cum dimidio.	/ 161v
	Est Procurator Provinciae Japponiae in India, Goae.	
Studuit in Societate humanioribus litteris annos 2, philosophiae annos 4, theologiae annos 4.	Concionatoris et confessarii munus exercuit [e] annos 3 ; fuit Pater christianorum aliquot menses. Fuit annos 5 in Missione Malacensi.	
	Scripto iam Catalogo didici hunc Patrem spectare ad Viceprovinciam Sinensem.	

	Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis
30	P. Emmanuel Henrríquez	Lusitanus, a Lavaos iuxta Conimbricam	Annum agit 31	Sanis viribus	Fuit in Societate annos 13
31	P. Emmanuel Cortesius	Lusitanus, Amacaensis		Bonae valetudinis	Fuit in Societate annos 13
32	P. Joseph Corina	Italus			
33	P. Aloysius Saxo	Italus			
34	P. Joannes Cardosus	Lusitanus			
35	F. Bartolomeus da Costa	Japon, natus Amacai	Annum agit 26	Bonae valetudinis	Fuit in Societate annos 3
36	F. Ignatius Sanga	Japon, natus Amacai	Annum agit 23	Firmae valetudinis	Fuit in Societate annum 1, menses 3
37	F. Emmanuel Figheredo	Lusitanus, a Lamego	Annum agit 65	Integris adhuc viribus	Fuit in Societate annos 44
38	F. Belchior Ribeiro	Lusitanus, a Sancto Petro de [Torrados]	Annum agit 65	Infirmis viribus	Fuit in Societate annos 44

Tempus studiorum	Ministeria	Gradus
Studuit in Societate litteris humanioribus annos 3, theologiae morali annos 2.	Fuit in Missione Malacensi annos 5.	
	Fuit minister.	
		/ 162
Studet in Societate theologiae morali.	Fuit praefectus refeitorii annum 1, aedituus 6 menses, ostiarius 6 menses, vestium custos annum 1, nunc est subminister.	
Studet in Societate theologiae morali.	Fuit vestium custos annum 1 cum dimidio et nunc iterum est ; fuit praefectus refectorii menses 6.	
	In Lusitania curam habuit nostrorum infirmorum annos 8, Amacai annos 28, simulque fuit Procurator Viceprovinciae Sinarum. Nunc est ostiarius Collegii Amacai.	Coadiutor formatus Temporalis anno 1621.
Fuit in Missione Sinensi annos 3, socius Procuratoris Japoniae annos 14, cur [f]	Fuit in Missione Sinensi annos 3, socius Procuratoris Japoniae annos 14, curam habuit nostrorum infirmorum annos 5, Procurator Viceprovinciae Sinarum annos 5. Nunc iterum curam habet nostrorum infirmorum.	Coadiutor formatus Temporalis anno 1622, die 29. Septembris.

	Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis
39	F. Antonius Torres	Lusitanus, de Torres Vedras	Annum agit 54	Robustus et bonae valetudinis	Fuit in Societate annos 32
40	F. Antonius Simõis	Lusitanus, de Sancto Petro, pago iuxta Visseum	Annum agit	Infirmae admodum valetudinis	Fuit in Societate annos 26
41	F. Mattheus Vas	Amacaensis	Annum agit 43	Parum firmae valetudinis	Fuit in Societate annos 21
42	F. Michael Monterius	Sinensis, natus Amacai	Annum agit 29	Vires habet mediocres	Fuit in Socieatet annos 11
43	F. Pasqualis Fernández	Sinensis, natus Amacai	Annum agit 43	Vires mediocres	Fuit in Societate annos 20
44	F. Emmanuel da Sylva	Lusitanus	Annum agit 42	Bonae valetudinis	Fuit in Societate annos 4
45	F. Dominicus Correa	Italus, Fontanarosa, regno Neapolitano	Annum agit 43	Robustus, sed inconstantis valetudinis	Fuit in Societate annos 3 cum dimidio
46	F. Joannes Pereira	Sinensis, natus Amacai	Annum agit 30	Bonae valetudinis	Fuit in Societate annos 2, menses 6

Tempus studiorum	Ministeria	Gradus
	Fuit in Missione Cocicinae annos 2, curam habuit villae annos 2, fuit subminister annos 4, socius Procuratoris et emptor annos 5. Fuit in Missione Ciampa annos 2. Nunc est Procurator Viceprovinciae Sinensis.	Coadiutor formatus Temporalis anno 1639, die 5. Februarii [g].
	Fuit socius Procuratoris Japoniae annos 8 et aliquando Procurator ; fuit subminister annos 2, curam habuit ville annos 7.	Coadiutor formatus Temporalis anno 1639, die 25. Martii.
	Est pictor, fuit aliquot [h], menses aedituus. Curam habuit villae annum 1 ; subminister Collegii Amacai annum 1. Praefectus Seminarii annos 2.	Coadiutor formatus Temporalis anno 1647, die 2. Decembris.
	Fuit vestium custos annos 2, subminister annum 1, socius infirmarii annos 2. Docet et docuit pueros elementa litterarum annos 4.	/ 162v
	Fuit in Missione Sinica annos 20 in Societate, et 6 ante ingressum ; ubi cathequistam egit et curam habuit domus.	
	Fuit praefectus refectorii menses 5, coquus menses 6, dispensarius menses 5, ostiarius annos 2, aedituus annum 1 menses 6, socius infirmarii menses 6.	
	Curam habuit horti. Nunc habet villae.	
	Fuit in Missionibus menses 5, fuit coquus menses 4, socius infirmarii menses 3, vestium custos menses 2, aedituus menses 2, ostiarius menses 4. Nunc socius Procuratoris.	

	Nomen et cognomen	Patria	Aetas	Vires	Tempus Societatis
47	F. Didacus Suares	Lusitanus, natus Goae	Annum agit 19	Bonae valetudinis	Fuit in Societate annum 1 cum dimidio
48	F. Antonius Mendes	Lusitanus, a Barcellos	Annum agit 20	Bonae valetudinis	Fuit in Societate annum 1
49	F. Didacus Cottinius	Cocinensis	Annum agit 26	Infirmae valetudinis	Fuit in Societate menses 11
50	F. Antonius Rodríguez	Japon, natus Amacai	Annum agit 20	Robustus et bonae valetudinis	Fuit in Societate a 2' ingressu
51	F. Dominicus Nóbrega	Amacaensis	Annum agit 20	Bonae valetudinis	Fuit in Societate menses 9
52	F. Emmanuel Ferreira	Lusitanus, natus Amacai	Annum agit 19	Robustus et bonae valetudinis	Fuit in Societate menses 3

Tempus studiorum	Ministeria	Gradus
Ante ingressum studuit rudimentis grammaticae annos 2.	Fuit praefectus refectorii annum 1 cum dimidio.	
	Fuit coquus menses 2, praefectus refectorii menses 4, vestium custos menses 3.	
	Fuit coquus menses 3.	
	Fuit socius infirmarii.	
	Praefectus refectorii menses Nunc dispensarius.	/ 163
	Fuit socius Praefecti refectorii.	

a Docuit - 4 *alia manu postea add.* ‖ *b* 3 *vid. corr. ex* 2 ‖ *c* Amacai *corr. ex* Macai ‖ *d* parochiae *ms.* parensiae ‖ *e* exercuit *ms.* ercuit ‖ *f Per errorem hoc loco scriptum est, quod denuo suo loco repetitur* ‖ *g antea* die 25. Martii *quod fere erasum est* ‖ *h* aliquot *corr. ex* aliquod

95 C

Textus

J. 25 164

INDICULUS ALPHABETICUS

PATRUM QUI MODO SUNT EXTRA PROVINCIAM JAPONICAM DE QUIBUS PROPTEREA NULLA FIT MENTIO IN 2.º CATALOGO

P. Adrianus Pestana	Pag. 4 n. 29
P. Aloysius Saxo	Pag. 4 n. 33
P. Emmanuel Cortesius	Pag. 4 n. 31
P. Emmanuel Henrríquez	Pag. 4 n. 30
P. Hector Pereira	Pag. 4 n. 27
P. Joannes Cardosus	Pag. 4 n. 34
P. Joseph Corina	Pag. 4 n. 32
P. Petrus Mesquita	Pag. 4 n. 28

95 D

Textus

J. 25 168-168^{v}
Fol. 168.

TERTIUS CATALOGUS
PROVINCIAE JAPONICAE

Sunt intra Provinciam Japonicam de Societate omnino 44: in Collegio Amacaensi 36; sit ne quis Nostrum in Japonia non constat. In Missione Tunkinica quinque; in Cocicinica, Macasarica, Cambogensi unus in singulis; in Haynanica nemo. Ab anno 1650 inclusive usque in hanc diem admissi in Societatem 19, dimissi 7, vita functi 14.

Habet haec Provincia redditus qui sequuntur: ex locatione domorum singulis annis recipit 518 argenteos, quibus alere potest ad summum sex e Nostris; nam in domorum restauratione redditutum partem insumit. Pecuniam quam vocat Orphanorum accepit mutuam ad mille et quinque argenteos. Ad haec solvit Provincia quotannis Seminario Japonico pro accepta inde pecunia 334 argenteos. Ab anno 650 ad hunc annum labentem damna in pecunia, aliisque rebus passi sumus ad 4.884 argenteos. Annui Provinciae redditus in India fere accedunt ad quatuor mille argenteos, quos vulgo Patacas [1] appellamus. Redditus, quos olim habebat ex negotiatione a Summo Pontifice huic Provinciae permissa, modo sunt exigui aut pene nulli propter interclusum in Japonia et Manila cum hac civitate comercium. Indiget duodecim mille argenteis ad annuam Nostrorum sustentationem. Ad 56 millia xerafinorum [2] ascendit aes alienum ab hac Provincia contractum Amacai, in India et Lusitania, ubi ad sumptus in Europa necessarios redditus habet exiguos, quos refert ex praedio Carcavelli. Nihil ex aliena largitate nacti sumus ab anno 650 ad hunc annum. Reliquum aerarii ad septem mille argenteos fere ascendit.

---

1 *Pataca,* ab initio (sub Prorege Alphonso de Noronha, 1550-1554) nummus aureus (= 360 reis); postea (ut etiam in praesenti documento) nummus argenteus, variis temporibus et locis diversimode aestimatus: vid. Edoardo MARTINORI, *La Moneta. Vocabulario Generale,* Roma 1915, p. 368. — Cf. HOBSON-JOBSON, *A Glossary of Colloquial Anglo-Indian Words and Phrases,* ed. London 1903, p. 683. — Cf. supra, pp. 1016 et 1096.

2 *Xerafim* (Xarafim), nummus in India Orientali, saepe eodem sensu ac Pardao: secundum metallum adhibitum, vel pretio 6 tangas = 360 reis, vel, communius, 5 tangas = 300 reis: vid. Sebastião Rodolfo DALGADO, *Glossário Luso-Asiático,* vol. II (Coimbra 1921), pp. 424-426; cf. ibidem de nummo Pardau vel Pardao dicto, pp. 175-176. — Cf. supra, pp. 1016 et 1096.

Collegium Amacaense

In Sinensi Imperio Collegium habemus Amacaense, Japonicae Provinciae caput. Sunt in eo 36 omnino e Nostris, quorum sunt sacerdotes 20, scholastici approbati duo, reliqui coadiutores, uno e sex tyronibus excepto, qui in scholasticum fuit admissus. Habet Collegium decem domos locabiles, ex quibus singulis annis recipit 313 argenteos, quibus quatuor capita vix ali possunt. Ad haec habet praedia duo ad aegrotorum levamentum et solitam recreationem. Alterum, quod Insulam Viridem appellamus, terrae fructibus, quos inde recipimus, aegre sumptus exaequat. Alterum (dicunt Oytem) gregi et armento pascua suppeditat, Collegio vero deductis expensis non amplius hactenus quam 100 argenteos. Sperant tamen rerum periti fore ut annis insequentibus, si res e voto succedat, recipiantur inde argentei 500. Non tenetur ex ulla obligatione Collegium ad docendas scientias aut litteras, quod hactenus careat fundatione, sed ex charitate dumtaxat classes olim aperuit. Hoc anno grammaticam superiorem et infimam, elementa litterarum, necnon arithmeticam, cum musicis numeris pueros docet. Octo sociorum Collegii redditibus, reliqui Provinciae aluntur impensis.

Japonia

In Japonia annis propius elapsis socii degebant duo [3], de his quid actum sit, vivantne, an vixerint, propter interclusam illuc navigationem plane non constat, ut eos propterea in numerum sociorum supra positum recensendos visum non fuerit.

Missio Cocincinica

Missioni Cocincinicae, quam nunc unus tantum Pater moderatur, debet Provincia Japonica /168v/ 2300 argenteos, quos ad illius Residentiae fundationem nobilis faemina legavit, ea lege, ut ex commercio japonico lucro augerentur, donec ad eam summam perveniet, quae praedictae fundationi sufficeret. Verum propter interclusum commercium nondum huic oneri Provincia satisfecit. Quare et summam ipsam, et, si Paternitati Vestrae videbitur, cum lucra inde cessantia, tum damna emergentia debet Missioni Cocincinicae.

Missio Tunkinica

In Missione Tunkinica quinque degunt Patres in quinque Residentiis. Nulli Missioni sunt redditus. Sumptus illi necessarios Provinciae (ut dictum est) aerarium suppeditat.

---

[3] *Ultimo* hic de sociis in Japonia degentibus in Catalogis mentio fit.

Missiones reliquae.

Haynanica, Cambogensis et Macazarica Missio Provinciae aluntur impensis, quod hactenus careant fundatione. Primam nemo obtinet. Reliquarum singulas unus duntaxat excolit operarius.

† HIERONYMUS MAYORICA

96

ELENCHUS PATRUM AD CONGREGATIONEM PROVINCIAE JAPONICAE MENSE SEPTEMBRI ANNI 1654 CONVOCATORUM

Elenchum Patrum, qui Congregationi Provinciali Japonicae a die 9. ad diem 22. Septembris 1638 in Collegio Macaensi habitae intervenerunt, supra edidimus (= Doc. 87). Sequentis etiam Congregationis Provincialis Japonicae, in eodem loco a die 16. usque ad diem 29. Augusti 1650 celebratae, Elenchum supra transcripsimus (= Doc. 94). Restat, ut etiam Congregationis Provincialis Japonicae, mense Septembri (ut videtur) anni 1654 in eadem Domo institutae, Elenchum ceteris documentis jungamus atque ita seriei documentorum a nobis hic edendorum finem imponamus.

Acta istius Congregationis nonnisi inter documenta Archivi Macaensis, medio saeculo XVIII. opera P. Josephi Montanha, Fr. Johannis Álvarez et numerosi agminis amanuensium eorum descripta atque nunc in Bibliotheca 'Ajuda', in collectione « Jesuítas na Ásia », conservata, exstare videntur: Ajuda, *49-IV-61* ff. 336v-337 (= exemplum A) et ff. 680 (= exemplum B). Quae (Acta) in prooemio nomina 10 Patrum praesentium, praeter Provincialem, Congregationis moderatorem, continent; quos sequuntur: « Septem ex universa Provincia desiderati Professi, nimirum »: ubi sex, non septem, nomina recensentur. Sed, cum omnia nomina recensita cum nominibus eorum, qui, Professi 4 votorum, in Catalogo Primo anni 1654 inscripti sunt, comparantur: tres Professos 4 votorum deesse invenimus. Qui sunt: P. Sebastianus da Maya, Visitator, quem propter officium Visitatoris, quod gerebat, Congregationi afuisse opinamur; P. Benedictus (Bento) de Matos, de quo Catalogus Primus 1654: « Nunc denuo ad Sinensem (Missionem) abreptus a Regul. »; et P. Emmanuel de Miranda, qui eodem Catalogo Primo 1654 teste a multis annis in Missione Macassarica operabatur. Cur isti (praeter Visitatorem) inter 'desideratos' seu absentes non numerentur, nescimus.

Textus manu P. Josephi Montanha nitide scriptus, ab erroribus immunis non est: forsitan, quod documentum originale (hodie deperditum) tempore descriptionis jam difficile lectu evaderat. Quod praesertim de verbis, quae finem Congregationis indicant, valere videtur. Nam in titulo quidem, Congregationem die 15. Septembris inchoatam esse asseritur; dum in fine declaratur: « Atque hac tandem clausula

felicissima Congregationi finis imponitur die choata (!) duodecima, XIVto Kal. Novembris. Anno a partu Virginis 1654 ». Si dies, quo coepit Congregatio, est 15. Septembris, dies 12. in 26. Septembris cadit. Vere illo die Congregationem terminatam esse censemus: qui est VI. Kal. Octobris. Quodsi Congregatio demum die XIV. Kal. Novembris, seu die 19. Octobris, post 12 dierum Sessiones, finem habuisset, tunc die 8. Octobris inchoata esset.

P. Carolus da Rocha electus est Secretarius Congregationis, ejusque adjutor P. Mathias da Maya. Ad examinanda postulata deputati sunt P. Antonius Ferreira et P. Metellus Saccano. Procurator Romam mittendus factus est idem P. Metellus Saccano, ejusque Substitutus P. Franciscus Rangel.

Textus

Ajuda, Jes. na Ásia, *49-IV-61*, ff. 336v/337.

ACTA CONGREGATIONIS PRO JAPPONICA PROVINCIA HABITAE IN COLLEGIO MACAENSI ANNO DOMINI 1654, DIE SEPTEMBRIS QUINTA SUPRA DECIMAM INCHOATAE. PRAESIDE P. HYERONIMO MAYORICA, PROVINCIALI PRAESENTIBUS DECEM PATRIBUS IISQUE OMNIBUS QUATUOR VOTORUM PROFESSIS, VIDELICET

P. Joanne Cabral, supra numerum, quia fuit Provincialis —
P. Antonio Ferreira —
P. Metello Saccano —
P. Martino Coelho, Rectore Collegii ac Provinciae Procuratore —
P. Thoma de Valguaneira —
P. Carolo da Rocha, Socio P. Provincialis —
P. Andrea Lubelli —
P. Joanne Baptista Brando —
P. Mathia de Maya —
P. Francisco Rivas —

Septem ex universa Provincia desiderati Professi, nimirum:

P. Joannes Maria Leria, Superior /337/ Missionis Cambogenis —
P. Franciscus Rangelis —
P. Joseph Agnes —
P. Onofrius Borges, Superior Missionis Tunkinicae —
P. Philippus Marinis —
P. Stanislaus Torrente —

2 *A* habita | 2 *B* Amacaensi || 6 *B* 4 || 7 quia *B* quinta || 8 *B* Antonio Ferreyra || 10 *B* Rector || 11 *B* de Valganera || 14 *B* Ioannes || 15 *B* Mathias || 21 *B* Onufrius .. Tumkinicae || 22 *B* Phelippus de Marinis

INDEX PERSONARUM, LOCORUM, RERUM

